This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

BIB. COLL.
PICTAV. S.J.

81-2

Digitized by Google

X 621/153

Digitized by Google

Digitized by Google

# NOTAE GRAECORVM COLLECTAE ET ILLVSTRATAE

BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

Digitized by Google

Digitized by Google

# NOTAE GRAECORVM

## SIVE VOCVM

## ET NVMERORVM COMPENDIA

QVAE IN AEREIS ATQVE MARMOREIS GRAECORVM TABVLIS OBSERVANTVR

COLLEGIT RECENSVIT EXPLICAVIT

EASDEMQVE TABVLAS OPPORTVNE ILLVSTRAVIT


## EDVARDVS CORSINVS

CL. REG. SCHOLARVM PIARVM

IN ACADEMIA PISANA PHILOSOPHIAE PROFESSOR


*ACCEDVNT*

DISSERTATIONES SEX

QVIBVS MARMORA QVAEDAM TVM SACRA TVM PROFANA
EXPONVNTVR AC EMENDANTVR.





BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY



FLORENTIAE. ANNO MDCCIL.

E TYPOGRAPHIO IMPERIALI

*SVPERIORVM PERMISSV.*


Digitized by Google

Digitized by Google



J. VC. ſc.

*EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI*

# ANGELO MARIAE QVIRINO

## S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

### APOSTOLICAE SEDIS BIBLIOTHECARIO

### ET EPISCOPO BRIXIENSI

### EDVARDVS CORSINVS

*QVod accurata veterum Monimentorum cognitio, atque pulcherrima Antiquitatis ſtudia noſtris hiſce temporibus ubique gentium excellere, atque florere maxime videantur, non tam ego,* QVIRINE CARDINALIS AMPLISSIME, *ſubtilioribus doctiſſimorum hominum ſtudiis tribuendum putaverim, qui penitiora Antiquitatis arcana omnigenae eruditionis praeſidio penetrarunt, uberrimamque lucem pretioſis illis auroque contra aeſtimandis eruditae Vetuſtatis reliquiis affuderunt, quam Scriptoribus etiam illis, qui primam veluti facem rudioribus adhuc Adoleſcentum ingeniis extulerunt, ac prima fere eiuſmodi cognitionis elementa nitida quadam ſerie demonſtrarunt. Tanta nimirum obſcuri-*

*tas*

Digitized by Google

*tas in variis Hiſtoriae, Chronologiae, univerſae demum Antiquitatis capitibus, atque perplexitas obſervatur, ut illa perſpicaciores etiam ingenii vires eludere videatur; adeoque pauci admodum, quos aequus Iupiter amaverit, vividiorque animi vis ad eximiam hanc eruditionis doctrinaeque gloriam acrius impulerit, in dirimendis illis ſedulo conſtanterque verſentur; plerique vero maxima rerum difficultate perterriti ab inſtituto ſemel itinere revocari, animumque fere deſpondere conſueverint. Quid vero quod in Scriptoribus etiam illis, qui incredibili quadam ingenii ſubtilitate, beataque eruditionis copia praeclara id genus Antiquitatis Monumenta illuſtranda ſuſceperunt, offuſamque caliginem mira, atque immenſa doctrinae gloria diſpulerunt, maxima tamen obſcuritas ineſſe ſubinde ſolet: quod ii nimirum cum eruditis ſolum peritiſque Viris ſibi rem eſſe putantes, graviora ſolum, ac ſubtiliora rerum capita perſequantur; adeoque ingenuis Adoleſcentibus, quos eiuſmodi cognitionis ardor excitaverit, parum conſulere ſive prodeſſe poſſe videantur? Optime vero praeclareque intelligis,* QVIRINE SAPIENTISSIME, *quot quantiſque literis inſtructus eſſe debeat qui Salmaſii, Scaligeri, Meurſii, Petavii, Dodvelli, aliorumque plurium, quos veluti Principes, atque Heroas ſuſcipere, ac venerari conſuevimus, ſcripta conſulere, iiſque immorari deſideret; quibuſve praeſidiis ornari, qui uberrimos illos eruditionis theſauros adire feliciterque delibare velit. Itaque mirari plane non poſſumus ſi ſuperioribus ſeculis, quibus, renatis in Italia literis, ac fere poſtliminio reſtitutis, plurimi eruditae Antiquitatis Interpretes affulſerunt, ad paucos tamen felicitas illa manaverit: quod nempe, ut opinor, Adoleſcentum plerique iis praeſidiis primiſque luminibus carerent, ex quibus uberior deinde cognitio hauriri, graviorumque Scriptorum, aut Criticorum opera intelligi perfecte poſſent. Hinc, quemadmodum olim Xenocrates Adoleſcenti, qui, neque Muſica, neque Geometria inſtructus ad Philoſophiae ſtudia acceſſerat, dixiſſe fertur, apud ſe haec vellera non tingi, ipſumque dimiſiſſe quod anſis, & adminiculis Philoſophiae careret; ita quoque Adoleſcentum plurimi, aut aegre in hoc erudito pulvere verſari, aut ab illo recedere, & abhorrere conſueverant, quod variis illis praeſidiorum generibus deſtituti penitiora eruditae Antiquitatis adyta pervadere prohiberentur. Exinde vero facile intelligi deprehendique poteſt quam praeclare de literis, & Graecae Latinaeque Antiquitatis cultoribus meriti ſint illi, qui erudiendae inprimis iuventuti nitida nativaque ſerie, & or-*

*di-*

*dine prima veluti rudimenta adornarunt, quibus ipſorum ingenia veluti infecta ſacriſque fere myſteriis illis initiata ad arcana deinde longeque auguſtiora facile admitterentur, atque in immenſo hoc campo, nulliſque pene finibus circumſcripto, libere expatiari iucundiſſimeque verſari poſſent. Eiuſmodi ſane ſunt Potterus, Nieuportus, Ioubertus, Vasletus, Beveregius, Vrſatus aliique plurimi, quorum aureoli libelli ſtudioſae iuventutis manibus ita teruntur, ut incredibilis inde fructus oriatur; & ſeverior illa Antiquitatis cognitio, quae iampridem aſpera obſcurior, atque impervia videbatur, facilis iam explicata, longeque iucundiſſima deprehendatur. Id oculis certe mihi,* QVIRINE MAECENAS OPTIME, *id animo obverſabatur ubi de variis* Graecorum Notis, *quae in aereis, atque marmoreis ipſorum Tabulis obſervantur, una colligendis, explicandis, illuſtrandiſque cogitavi. Quis enim ignoret in Monimentis illis rite legendis explicandiſque non mediocrem aliquando longeque etiam maximam difficultatem ex inuſitatis illis implexis obſcuriſque vocum compendiis oriri, quibus expreſſa vel interſperſa illa fuerint? ubi praeſertim compendiis, ac notis ipſis barbara quoque characterum forma, vitioſa vocum diſpoſitio, atque interpunctio mirifice depravata accedat: quae certe ſingula vitiorum errorumque genera in pleriſque ſequioris aevi Monimentis occurrunt. Haec optime profecto norunt, qui plurimas Graecorum Marmorum interpretationes ab eruditis etiam doctiſque Viris editas minus aliquando felices, & accuratas eſſe queruntur: quod vera nempe Siglarum ſignificatio, veruſque Notarum valor, ab iis exploratus riteque definitus non fuerit: ne plurima hic ego interpretationum portenta memorem, quae ex hoc ipſo fonte in aliorum ſcripta profluxere, ut ſuis in locis opportune obſervavi. Clariſſimi nempe Viri, qui maximo literarum bono, & fauſtitati Graeca Marmora ab interitu vindicarunt, gravioribus ſolum rebus intenti lubricam hanc inſuavem, miriſque interdum ambagibus involutam Siglarum explicationem neglexere; cumque illa ſolum vocum compendia pro re nata explicaſſent, quae in peculiaribus quibuſdam Marmoribus obverſabantur, integram tamen Notarum omnium ſeriem contexere, ſingulas Notarum vires inquirere, marmor unum cum ceteris conferre vix poterant: ut proinde ingenuis Adoleſcentibus hoc etiam praeſidii genus adhuc deeſſe vel optari poſſe merito videretur. Itaque ſtudioſis iſtis eruditae Antiquitatis cultoribus conſulere, atque aliquam apud illos gratiam inire me poſſe putavi, ſi quidquid ſuperioribus annis, interim dum Fuſtos Atti-*

*ti-*

*ticos, atque Agoniſticas Diſſertationes Tibi* Maecenas, & Cardinalis Ampliſſime, *inſcriptas adornarem, in adverſaria congeſſeram, nitidius aliquando, atque accuratius recenſerem, atque integram illam Graecarum Notarum ſeriem, cui iampridem manum admoveram, meliori quo poterat ordine concinnarem. Tantum vero abeſt, ut conquirendae mihi ſint cauſſae cur Te unum,* QVIRINE CARDINALIS DOCTISSIME, *Operis huius Auſpicem, atque Patronum optaverim, adeoque hanc etiam ſtudiorum meorum partem Tibi dicatam conſecratamque voluerim, ut merito potius mirari quis poſſit, quod haec ipſa Tibi muneris inſtar offerantur, quae Tibi maximo optimoque iure debebantur. Vt enim plurima, atque immortalia merita in me tua, eximias Doctrinae, Humanitatis, Prudentiae, Virtutumque omnium laudes praeteream, quibus graviſſima conſtantique Sapientum omnium iudicio apud exteras etiam Gentes mirifice commendaris, quibuſque pro rei dignitate efferendis imparem eſſe me ſentio, tuum eſt certe,* MAECENAS OPTIME, AC BENEFICENTISSIME, *quod autoritate conſilio iudicioque tuo confirmatus intermiſſum hoc Opus urgere decreverim; praeſertim vero quod eximia Liberalitate, ac Munificentia tua fretus hoc edere potuerim. Itaque dum Opus hoc auſpicio tuo incoeptum, tuo iudicio ſuffragioque graviſſime probatum, Munificentia denique tua typis excuſſum humiliter offero conſecroque, intelligo ſane publiceque profiteor ea me Tibi reddere, & conſecrare, quae tua ſunt, quaeque in ſinum tuum ſponte quadam ſua convolare propemodum videbantur. Atque utinam quidem ea in me foret ingenii vis & alacritas, quae eximio prorſus Operis argumento, ſimulque maximae, & incredibili huic tuae in fovendis promovendiſque literarum ſtudiis voluntati plenius reſpondere, adeoque illuſtrius aliquod, atque perennius munificentiae tuae monimentum exſtare poſſet! Quandoquidem tamen, neque nobilius aliud obſervantiae in Te meae ſimulque memoris grati devinctiſſimique animi pignus offerre nunc licuit, neque meritis hiſce tuis par ulla, aut oratio, aut elucubratio inveniri iam poterat, quaeſo obteſtorque Te, ut hoc ipſum ea, qua cetera complecti ſoles, humanitate excipias; meque ſtudiaque haec mea auſpicio, favore, praeſidioque tuo ornare pergas. Nihil eſt enim quod mihi amore, & benevolentia hac tua carius, atque honorificentius eſſe unquam poſſit; nihilque vividius, aut acrius ad uberiora, quae meditor, ſtudiorum genera excitare me poterit, quam ſi haec Tibi* GRAVISSIMO SAPIENTISSIMOQVE PRINCIPI *probari intellexero.*

IN

Digitized by Google



# IN NOTAS GRAECORVM
## PROLEGOMENA.

QVemadmodum maximo, atque immortali Dei munere loquendi vis, & facultas hominum generi conceſſa fuit, qua mutuo colloqui, varios animi ſenſus exponere, quidquid animo , ſenſibuſque perceperant, vocibus exprimere perfecte illi poſſent; ita maxima, & incredibili quadam ingenii felicitate varia characterum, & literarum genera ab hominibus ipſis inventa ſunt, quibus voces ipſae, veluti perenni quodam conſtantique ſigno, exprimerentur; adeoque rerum cognitio, foederum, pactorum, hiſtoriarumque memoria, quae facile vocis inſtar evaneſcere, brevique interire poterat, accuratiſſime conſervaretur. Haec ipſa tamen uberrima ſcriptarum vocum, aut characterum utilitas brevibus propemodum, anguſtiſque finibus circumſcripta videri fortaſſe poterat, niſi interdum pro re nata breviores alii, faciliores, aut obſcuriores etiam characteres, ſigna, vel Notae uſurpari ſubinde poſſent, quibus integrae aliquando voces compendiis quibuſdam, brevibuſque literis exprimerentur. Fieri nimirum aliquando poterat, ut ille, qui literis, aut characteribus uti vellet, animi ſui ſenſum non hominibus omnibus, ſed uni ſolum patere cuperet; adeoque non uſitatis illis, quae ab omnibus intelligi repente poſſent; ſed occultis potius, aut furtivis, notis uti mallet; quarum vis amico ſoli iampridem expoſita, adeoque ex inito iam pacto, ac veluti foedere, perſpecta foret. Ita quoque, ſi oratio quaedam ex ipſo dicentis ore excipienda foret, ſperari certe vix poterat, ut ſcribentis celeritas, dicentis celeritati par eſſe poſſet, ubi communibus ille vocibus explicate integreque exarandis occuparetur; adeoque brevioribus aliquando notis, plurimiſque vocum compendiis opus erat, ut character unus, aut nota integrae vocis loco poſita, vocem ipſam exprimeret. Ipſa quoque marmoris, aeris, papyri, chartaeque anguſtia, quae ſingulis integriſque vocibus accurate excipiendis impar eſſet, in cauſſa eſſe potuit, ut mutilae potius, imperfectae, vel truncatae voces inſcri-



Digitized by Google

ſcriberentur: quemadmodum facile Scriptores omnes, ubi praeſertim aeri, vel marmori voces incidendae fuerant, ut labori taedioque parcerent, ea vocum compendia frequentiſſime uſurparent, quae facile a ceteris ex inita iam conſuetudine receptoque more intelligi poſſent: perinde quaſi voces omnes integre diſerteque conſcriptae forent. Itaque mirari plane non poſſumus, ſi vel a primis uſque temporibus apud Gentes omnes haec vocum Compendia, Notae, vel Signa uſurpari conſueverint; & quemadmodum Artes, & Facultates omnes peculiaribus quibuſdam nominibus uti debent, quae ſemel iterumque, ac frequenter etiam exaranda fuerant; ita quoque Scriptores omnes peculiares etiam diſtinctaſque Notas adhibere coeperint, quibus eadem nomina deſignarentur. Id facile exemplis innumeris oſtendi poſſet, ſi mihi ſingula, atque infinita propemodum Notarum, & Compendiorum genera complecti mens foret: quemadmodum certe Ioannes Nicolai *de Siglis* differens innumera fere Notarum genera expoſuit, quae Nummis, Marmoribus, Teſſeris, Veſtibus, Servis, Vexillis, Figlinis, Pecoribus, Kalendariis imprimi, vel inſcribi conſueverant. Quandoquidem vero ea ſolum ſignorum, vel characterum genera in hoc Opere recenſenda, & explicanda ſuſcepi, quae in aereis, atque marmoreis Graecorum Tabulis reperiuntur; illa nimirum, quae aut vocum Compendia, aut numerales Notae fuerint; nihil propemodum de innumeris Siglis, aut Notis aliis hic loquar; nihilque de variis Scriptoribus ego diſſeram, qui vel a primis uſque temporibus, vel ſequiori aetate, vel reſtitutis demum in Italia literis de Romanorum Notis, una colligendis explicandiſque cogitarunt; cum praeſertim haec omnia ex Nicolao, Lipſio, Vrſato, ceteriſque repeti facile poſſint, qui de Notis ipſis, illarum diſcrimine, origine, poteſtate, uberrime diſputarunt.

## § I.

### *De variis nominibus, quibus vocum, aut numerorum compendia exprimuntur.*

ILlud unum hic opportune obſervandum, atque in ipſo veluti limine definiendum eſſe putaverim, quid *Notae* nomine a Scriptoribus intelligatur; ut exinde facile deprehendi poſſit, cur eiuſmodi vocum, aut numerorum compendia, *Notas* ego potius, quam *Siglas*, vocaverim; atque Opus iſtud *Graecorum Notas*, non vero *Siglas*, inſcripſerim: quum praeſertim doctiſſimos etiam Viros hac in parte diſſidentes conſpiciam, pluribuſque *Siglarum* potius, quam *Notarum*, nomen hic uſurpandum eſſe videretur. Itaque Lipſius [1] ita veterum *Notas* a *Siglis* diſtinguendas eſſe putavit, ut *Siglarum* quidem nomine character aliquis, aut litera intelligatur, quae communi receptoque more a ſcribentibus adhiberi conſueverit; quamvis illa integrae vocis alicuius loco ponatur, aut integrae voci ſignificandae uſurpetur: *Notarum* autem nomine ſigna quaedam, & characteres intelligi exiſtimavit, qui ab uſitatis ſcribentium characteribus diſſiderent. Atque optime id ille quidem, & ex veteri Iuriſconſultorum ſententia, apud quos ce-

(1) Epiſt. 28. Cent. I. ad Belgas.

celebre effatum illud quod *Notae* ipſae *literae non ſunt*; ſcriptaeque literae *Notarum* voce non comprehenduntur; ut uberrime ex variis legum teſtimoniis Briſſonius [1], & Cuiacius [2] demonſtravit. Sic, ut exemplo res clarior fiat, ſi tres characteres iſtos exaravero D. M. A., ſolemnem formulam Siglarum ope exprimam, *Dolus Malus Abeſto*; ſin vero novum characterum alium, ſignum, aut nexum ꝟ usurpavero, *Nota* vocabitur: quod nimirum characteres illi a ſcribentibus adhiberi ſoleant, communeſque Latinorum literae cenſeri illi debeant; haec vero Nota a literis ipſis, uſitatiſque characteribus prorſus abhorreat. Eiuſmodi vero *Notae*, quibus integra vox, atque interdum etiam plures exprimebantur, a Graecis σεμεῖα *ſigna* dicebantur. Ita Laertius [3] de Xenophonte loquens ait: ὁ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν: *primus notis excipiens quae a* Socrate *dicebantur, in homines protulit*; ut ille proinde omnium primus apud Graecos Notarum inventor haberi fortaſſe poſſit. Haec ipſa celerrima ſcribendi ratio, *Notarum* varietas, quemadmodum etiam σημεῖα, *ſigna*, ac Σημειογράφοι *Notarii*, a Cicerone omnium primo apud Romanos invecta fuit Hinc Plutarchus [4] ait unicam Vticenſi Catonis orationem ſuis temporibus exſtitiſſe: Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου, τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων, σημεῖα προδιδάξαντος, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις, πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν, εἶτα ἄλλον αλλαχόσε τοῦ βουλευτηρίου σποράδην ἐμβαλόντος. οὔπω γὰρ ἤσκουν, οὐδ' ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους, ἀλλὰ τότε πρῶτον εἰς ἴχνός τι καταστῆναι λέγουσιν: *quod Conſul Cicero expeditiſſimos Scribas ante docuiſſet Notas, quae minutis, & brevibus figuris multarum vim literarum complectebantur; indeque alium alibi paſſim diſpoſuiſſe in Curia. Nondum enim uſi fuerant neque habebant exceptores actuarios; ſed tunc primum rudimenta eos aſſerunt poſuiſſe*. Itaque, cum Dio de Maecenate dicit ὅτι πρῶτος σημεῖα τινὰ γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε [5]: *primus ſigna quaedam literarum ad celeritatem invenit*, de quibuſdam ſolum literarum Notis intelligi profecto debet; quas ille veteribus vel Ciceronianis Notis adiecerit: quum certe Perſanius, Philargyrus, & Aquila Maecenatis liberti plura Notarum genera invenerint; quemadmodum Tyro Ciceronis libertus uberem illam Notarum ſeriem contexuit, quam a Scaligero ad calcem Gruteriani Theſauri editam eſſe conſpicimus. Quamvis autem eiuſmodi *verborum Notae quibus*, *quamvis citata*, *excipiatur oratio*, a mancipiis plerumque libertiſque ſolum uſurpari conſueverint, ut auctor eſt Seneca [6]; aliquando tamen a liberis etiam, & ingenuis hominibus adhibebantur; ut certe idem Cicero ſe Notarum, vel Signorum ope aliquando ſcripſiſſe teſtatur, cum ait: *quod ad te de decem Legatis ſcripſi, parum intellexti credo, quia* διὰ σημείων *ſcripſeram* [7] Ita propemodum Ovidius Notas ipſas adhibuit, quas non graeca voce, Ciceronis inſtar, σημεῖα; ſed latina potius, *Signa* appellavit:

> *Scis bene cui dicam poſitis pro nomine ſignis*. [8]

quemadmodum Horatius ait:

> . . . . . . . . . *non eſt mihi tempus aventi*
> *Ponere ſigna* [9]

atque Sidonius Apollinaris de Notariis, celeribuſque Scriptoribus dixit, ipſos *comprehendiſſe ſignis, quod literis non tenebant*. [10]



(1) De Verb. ſignif. (2) Libr. XII. c. 10. (3) Lib. II. Segm. 48. (4) In Catone. (5) Lib. LV. (6) Epiſt. 90. (7) Ad Attic. Lib. XIII. Epiſt. 32. (8) Triſt. IV. Eleg. 4. (9) Satyr. II. 4. (10) Lib. IX. Epiſt. 7.

Longe tamen frequentior apud Romanos ipſos Siglarum, quam Signorum eiuſmodi, ſive Notarum uſus conſpicitur; quum nulla propemodum monimenta ſuperſint, quibus arbitrariae notae, vel privata ſigna inſcripta reperiantur; plurima vero, atque innumera prorſus, eademque publica monimenta ſubinde occurrant, in quibus unica, eaque ut plurimum initiali, vocis litera, aut certe paucioribus literis, ita vox integra exprimatur, ut Siglis iſtis eadem vox veluti mutila, contracta, vel imperfecta deliteſcere, ſeu contineri videatur. Eiuſmodi vero Siglarum uſum apud Romanos antiquiſſimum, publicoque more, vel auctoritate receptum eſse Probus teſtatur: *Nam apud Veteres*, inquit ille, *cum uſus Notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem, maxime in Senatu, qui aderant ſcribendo, ut celeriter comprehenderent, quaedam verba, atque nomina ex communi conſenſu primis literis notabant; & ſingulae quid ſignificarent in promptu erat. Quod in Nominibus, Praenominibus, Legibus publicis, Pontificumque monumentis, Iuriſque Civilis Libris etiam nunc manet. Ad quas Notas publicas acceſſit & ſtudioſorum voluntas, ut unuſquiſque familiares ſibi Notas pro voluntate ſignaret Publicae ſane tenendae ſunt, quae in monumentis plurimis, & Hiſtoriarum libris, ſacriſque publicis reperiuntur. . . . . . Secundum haec Curiarum nomina, Tribuum, Comitiorum, Sacerdotiorum, Poteſtatum, Magiſtratuum, Praefecturarum, Sacrorum, Ludorum, Rerum militarium, Collegiorum, Decuriarum, Faſtorum, Numerorum, Menſurarum, Iuris Civilis, & ſimilium ceterorum Notas proprias habebant*. Hinc Plutarchus ipſe, qui Notas, aut ſigna a Cicerone primum inſtituta fuiſse jam dixerat, ubi de tribus Ciceronis nominibus loquitur, perſpicue teſtatur, quod idem Cicero, dum Quaeſtor in Sicilia foret, τοῖς Θεοῖς ἀνάθημα ποιούμενος ἀργυροῦν, τὰ μὲν πρῶτα τῶν δύο ὀνομάτων ἐπέγραψε, τόν τε Μάρκον, καὶ τὸν Τύλλιον, ἀντὶ δὲ τοῦ τρίτου σκώπτων, ἐρέβινθον ἐκέλευσε παρὰ τὰ γράμματα τὸν τεχνίτην ἐντορεῦσαι (1): *donum argenteum Diis conſecravit, in quo initia inſcripſit duorum nominum Marci Tullii; tertii loco ludens cicer iuſſit artifici proxime illas literas incidere*; quod nimirum ille priora duo nomina *Marcus*, & *Tullius*, Siglis M. & T. tertium vero *Cicero*, cicere, veluti nota, ſigno, vel ſymbolo, expreſserit; quemadmodum fere Lacedaemonii Euſtathio teſte: Λάμβδα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν αὐτῶν, εἰς παράσημον ἔγραφον ἐκ τοῦ κατάρχοντος στοιχείου χαρακτηρίζοντες ἑαυτοὺς (2) *Lambda*, ſeu literam Λ *clypeis ſuis veluti ſignum inſcribebant, ſeipſos ex initiali litera diſtinguentes*. Nec alia certe de cauſsa characteres illi, vel literae apud Romanos *Siglae*, vel *Sigli* nomen acceperunt, niſi quod *ſingulae*, vel *ſingulariae* literae pro integra voce quadam adhiberentur: ut optime proinde Cicero (3) Siglas iſtas, aut huiuſmodi contractae vocis genus *ſingulas literas*, Gellius (4) vero *ſingularias literas* appellaverit; quamvis ibi Gellius de ſingularibus ſolum literis ingenioſa quadam arte tranſpoſitis loquatur, quibus una litera alterius loco in furtivis C. Caeſaris Epiſtolis ponebatur; adeoque *Probi Grammatici commentarium ſatis curioſe factum* ibi memoret *de occulta literarum ſignificatione Epiſtolarum C. Caeſaris ſcriptarum*; ſicuti pridem Suetonius, ac Dio furtivas illas Caeſaris, & Auguſti literas explicaverant. Hinc etiam Feſtus *Siglae* vocem, eiuſque originem exponens, ait; *Siglae erant literae, vel ſingulae, vel binae*; quamvis Briſsonius, aliique plures literas illas *Sigla*, *Sigilla*, vel parva ſigna dicta pu-

(1) In Cicer. (2) Ad Iliad. B. (3) Orat. pro Murc. c. 11. (4) Lib. 17. c. 9.

Digitized by Google

putaverint, quod iis veluti brevibus quibuſdam ſignis integrae voces exprimerentur, ut optime proinde *verborum ſigna*, & *furta* a Hieronymo (1) vocentur; eademque ab Hebraeis, qui hoc ſcribendi genere mirifice delectabantur, *capita*, vel *initia vocum* dicantur; iiſque interdum, non ſecus, ac Notis aliis, celeres Scriptores, ſive Notarii uterentur: unde Manilius ait: (2)

*Hic & erit felix Scriptor, cui litera verbum,*
*Quique Notis linguam ſuperet, curſimque loquentis*
*Excipiat longas nova per compendia voces:*

ubi vides a felicibus Scriptoribus non modo *Notas*, ſed etiam *Siglas*, quibus unica litera verbum exprimitur, uſurpatas eſse; ſed ita tamen, ut *Notae* ipſae a *Siglis*, vel ſingularibus literis, diſcrimine ſuperius expoſito, diſtinguantur.

Quamvis tamen eiuſmodi varietate, veluti certo conſtantique diſcrimine, a pleriſque Scriptoribus doctiſque Viris *Siglae a Notis* diſtingui conſueverint; plerumque uno eodemque *Notae* nomine ipſae quoque *Siglae* comprehendi, vel deſignari ſolent: perinde quaſi *Notae* vox, veluti communior magiſque patens, omnia ſignorum, & characterum genera, quaecumque illa fuerint, adeoque Siglas etiam, vel ſingulares literas, complectatur Certe graviſſimus idemque accuratiſſimus Romanarum vocum interpres Feſtus utrumque compendiorum genus, *Signa* nimirum, & *Siglas*, uno eodemque *Notae* nomine deſignari teſtatur: *Nota*, inquit, *nunc ſignificat ſignum, nunc literas ſingulas, aut binas*. M. Valerius Probus, qui Gellium proxime aetate anteceſſit, adeoque circa an. Chr. 60. floruit, plurimaſque Siglas, quae a Romanis uſurpatae fuerant, in unum congeſſit, aureolum Libellum ſuum inſcripſit: *De Notis Romanorum interpretandis*: neque tamen Notas alias diligens Scriptor ille recenſuit, quam quae integras voces unica, vel aliquibus ſolum literis exprimerent; quemadmodum initio Poëmii dixerat *circa perſcribendas, vel paucioribus literis notandas voces ſtudium neceſſarium* eſse. Sic Petrus Diaconus Libellum ſuum Conrado I. Roman. Imp. dicatum inſcripſit: *De Notis Literarum more Romano*; eiuſque nominis vim exponens ait: *Notae autem dictae ſunt eo quod verba, vel ſyllabas praefixis*, hoc eſt initialibus, *characteribus notent .... ut per B. F. Bonum Factum, per S. C. Senatus Conſultum*. Ita propemodum *Notae Iuris*, quas Probus ipſe, Papias, & Magno collegit, uſitatis quidem literis, & characteribus exprimebantur; & tamen Magno illarum ſeriem a ſe contextam Carolo Magno offerens, illas *Signa*, vel graeca voce σημεῖα, vocavit:

*Haec Iuris* σημεῖα *libens Rex accipe, Carle,*
*Offert devotus, quae tibi Magno tuus.*

Denique ut exemplis aliis abſtineam; Iuſtinianus ipſe ſingularibus etiam literis, aut Siglis σημείου, vel *Signi* nomen attribuit. Etenim ille falſitatis poenam conſtituit κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῇ γραφῇ χρομένον, ἅπερ Σίγγλας καλῦσι, κ̀ δι' αὐτῶν συνταράττειν τὴν γραφὴν ἐπιχειρύντων. ἀλλὰ μὴ δι' ὅλυ τύς τε ἀριθμὺς τάτε ὀνόματα τῶν πάλαι σοφῶν, τήν τε ὅλην νομοθεσίαν γραφόντων (3): *adverſus eos, qui Notis, ſeu Signis quibuſdam in ſcriptura utentur, quae Signa Singlas vocant; & qui per ea conturba-*

(1) Epiſt. 117. (2) Lib. IV. v. 297. (3) Cod. Libr. I. Tit. 17.

*bare ſcripturam tentaverint*; *nec per totam conſequentiam literarum numeros*, *& nomina veterum Prudentum*, *& totam legum poſitionem ſcripſerint*. Itaque licet alibi σημείου *Signi* nomine, non characteres a ſcribentibus uſitati, ſed Notae ſolum, ut ſuperius vidimus, intelligerentur; hic tamen *Siglis* ipſis, vel ſingularibus literis a Iuſtiniano *Signi*, vel *Notae* nomen tribuitur; quemadmodum prorſus viciſſim *Siglarum* nomine, non ſingulares modo literas, ſed numerales etiam Notas Iuſtinianus ipſe complectitur cum in Praefatione I. Digeſtorum ait: *Iubemus non per Siglorum captiones*, *& compendioſa aenigmata*, *quae multas per ſe*, *& per ſuum vitium antinomias induxerunt*, *eiuſdem Codicis textum conſcribi*; *etiamſi numerus Librorum ſignificetur*, *aut aliud quidquam*; *nec enim per ſpecialia Sigla numerorum manifeſtari*; *ſed per literarum conſequentiam explanari concedimus*: ſicuti in II. ait: *poenam falſitatis conſtituimus adverſus eos*, *qui in poſterum Leges noſtras per Siglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere*; *omnia enim*, *ideſt nomina Prudentum*, *& titulos*, *& Librorum numeros per conſequentias literarum volumus*, *non per Sigla*, *manifeſtari*: quemadmodum Novella CVII. de teſtatore loquens, iuſſit: ϗ τὰς ὀγκιασμὰς, εἰς οὓς γράφει κληρονόμους μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινομένας, ἀλλὰ δι' ὅλων γραμμάτων δηλουμένας: *& uncias*, *in quibus ſcribit heredes*, *non ſignis numerorum*, *ſed per totas literas declarandas*. Haec, aliaque id genus plura, quae facile proferri poſsent, perſpicue oſtendunt *Notae* nomen, ſive ipſam vocis vim, ſive Scriptores illos conſideres, qui omnium primi de Notis illis recenſendis, & explicandis cogitarunt, *Siglas* etiam, & *numerales Notas* complecti; adeoque, ubi de ſignis, & characteribus diſſeratur, qui in Nummis, aut aereis, vel marmoreis Graecorum, vel Romanorom Tabulis reperiuntur, *Notae* potius, quam *Siglae* nomen uſurpandum eſse. Ac certe quidem in Graecis ipſis Marmoribus ſigna plurima, aut Notae exprimendis praeſertim numeris obſervantur, quas aegre *Siglas*, vel cum Cicerone *Singulas*, aut cum Gellio *ſingularias literas* appellaveris; cum neque *literae* vocari ille poſſint; neque alibi, quam in numerorum ſerie, reperiantur. Ita *epiſemon bau* ϛ, *epiſemon coppa* ϟ, *Sampi* ϡ, quae in Marmoribus, aut in monimentis aliis occurrunt, nemo certe *literas*, aut *ſingularias*, aut *ſingulas*, aut *Siglas* vocaverit. Ita character X̶, qui *denaria* ſignificat, ex literarum, & ſiglarum numero expungi debet; & tamen ille ſaepiſſime in Romanis, Graeciſque Tabulis obſervatur. Itaque, quum in hoc Opere characteres omnes, notas, aut ſigna recenſere, & explicare decreverim, quae non modo vocibus, ſed etiam numeris exprimendis in aereis, atque marmoreis Graecorum Tabulis obſervavi, Opus ipſum non de *Siglis*, ſed de *Notis Graecorum* inſcribendum eſse putavi; ut nimirum ipſa quoque tituli vociſque amplitudo characteres omnes, aut ſigna complecti poſset, quae ſuis in locis opportune recenſenda, & explicanda fuerant; adeoque in univerſo Opere ſubinde occurrunt. Exinde vero facile intelligi deducique debet, quod *Notae* nomine nihil aliud intelligo, quam characteres omnes, literas, aut ſigna, quibus numeri deſignantur, eaſque *numerales Notas* appello; itidemque ea vocum compendia, quibus unica litera, aut duabus, aut etiam pluribus literis, integra vox aliqua deſignatur, eaſque *vocum Notas* voco; communique illa *Notarum* voce utriuſque Notarum, aut compendiorum genus comprehendo. Ita propemodum non *Lapidarias*, aut *Aereas* Notas ipſas inſcripſi, quod nempe utriuſque generis Notas

una

Digitized by Google

una complecti voluerim: quemadmodum certe in Grutero, Gualtherio, Reineſio, Sponio, Fabretto, Gorio, Maffeio, Muratorio, ceteriſque non lapideae ſolum, ſed aereae etiam Tabulae proferuntur, in quibus eiuſmodi Notae exaratae reperiuntur. Quin etiam una eademque alphabetica ſerie tum *vocum Notas*, ſeu vocum Compendia, tum etiam *numerales Notas* recenſendas eſſe putavi; quod ubi Nota quaedam in veteri monimento ſubinde occurrat, aegre intelligi, vel definiri repente poſſit, an illa *vocem* potius, quam *numerum*, ſignificet; adeoque, ubi duplex fortaſſe illarum ſeries contexta foret, ambiguum plane incertumque videretur in quanam ſerie inquirenda illa foret, ut ipſius valor, & explicatio inveniretur. Sin vero potius diſſidentes omnes, & ſinguli unius eiuſdemque Notae valores ſimul ordine diſpoſiti fuerint, facile ex integro Marmoris contextu, atque exemplis aliis, quae tunc proferentur, intelligi profecto poterit, an ibi *vocis*, an *numeri* vim habere illa debeat. Quandoquidem tamen plurima, ubi de antiquitate, varietate, miraque prorſus characterum forma diſſeritur, Numeralibus Notis conveniunt, que in Siglis, aut vocum Compendiis obſervari minime ſolent; ita ſeorſim de utroque Notarum genere praefari nunc libuit, ut initio quidem de vocum Notis, aut Compendiis diſſeram; de numeralibus deinde Notis, ipſarumque affectionibus loquuturus, ut exinde ceteras ad Notas omnes ſpectantia clariori, quo poterit ordine, demonſtrentur.

## § II.

### *De Graecarum vocum compendiis, ipſorumque origine, & antiquitate.*

Atque ut a primo Notarum genere exordiar, a Siglis nimirum, variiſque compendiis illis, quibus unica, atque praeſertim principe, vel initiali, vocis alicuius litera integra vox ipſa deſignatur; dubitari certe non poterit, quin illa veteribus Graecis cognita, atque interdum etiam uſurpata fuerint. Exemplo ſane, vel argumento eſſe poterunt antiquiſſimi Graecarum Vrbium Nummi, quibus aut Regum, aut Heroum, aut Vrbium ipſarum nomina variis iſtis Notarum, aut compendiorum generibus inſcripta conſpiciuntur. Sic in antiquiſſimo Amyntae Regis nummo, qui an. I. Olymp. LXIII. regnare coepit, adverſa areae pars characteribus iſtis exornatur: (1)

B A M I
Г˥ T ⊓ Ч
M

ubi certiſſime Βασιλέως Α᾽μιντυ Μακεδόνων legi debet; adeoque character B integram vocem Βασιλέως; & chacter alius M vocem aliam Μακέδονος, ſive Μακεδόνων, ſignificat. In plurimis etiam Gentium aliarum Nummis, qui a Goltzio, Vaillantio, Geſnero, aliiſque Scriptoribus afferuntur, Vrbium nomina Siglis, aut Notis plerumque expreſſa reperiuntur; quarum plurimae a Montfau-

(1) Montfauc. Palaeogr. pag. 122.

Digitized by Google

ſauconio ipſo pag. 144. accuratiſſime exhibentur. Ita Lacedaemonios in clypeis initialem literam Λ inſcribere conſueviſſe, iam vidimus; ſimilique ritu, vel compendii genere circa Olymp. xcvi. Sigma, vel Σ a Sicyoniis inſculpebatur, ut a Xenophonte erudimur: (1) idemque prorſus ab Argivis uſitatum accepimus, (2) qui clypeis, & vexillis *Alpha*, hoc eſt Α, principem, nempe nominis literam, vel characterem, imprimebant. Quemadmodum ergo Graecos in clypeis, vexillis, & nummis his Notarum generibus uſos eſſe conſpicimus, quibus pauciores literae, vel interdum etiam character unus, integrae vocis loco poneretur; nihil eſt certe cur Graecos ipſos in aereis aliis, aut marmoreis etiam titulis exarandis eodem ipſo compendiorum genere uti conſueviſſe dubitemus.

Hic ipſe Notarum uſus ſcribendique ratio facile ex aereis ipſis, marmoreiſque Graecorum Tabulis oſtendi poſſet, ſi plura id genus monimenta noſtris hiſce temporibus haberentur; neque ea, quae ſuperſunt breviſſima forent, aut ſolam plerumque nominum ſeriem continerent, in quibus certe exarandis exprimendiſque contractior illa ſcribendi methodus commode feliciterque uſurpari non poterat. Quandoquidem tamen in antiquiſſimis etiam, brevibuſque Graecorum titulis Notae quaedam, Siglae, vel contractiones occurrunt; facile exinde coniicere, vel inferre quis poterit, alia quoque vocum Compendia iis temporibus uſurpari conſueviſse; quamvis eadem, aut parcius, aut in prolixioribus ſolum Titulis adhiberentur. Certe ex Marmoribus, quae ad haec uſque tempora pervenerunt, antiquiſſimum haberi merito ſolet Sigeum illud βυςροφηδὸν exaratum, quod erudito Commentario expoſitum, atque illuſtratum ſemel iterumque a Chishullo (3) accepimus. In breviori hoc titulo, qui vix *triginta* voces, atque *undecim* ſolum verſus complectitur, nulla quidem vocum contractio reperitur; niſi fortaſſe aphaereſes, apocopes, apoſtrophos, vocaliumque literarum eliſiones contractionis inſtar habendas, aut compendii nomine vocandas eſse, putaveris. Etenim in *tertio* verſu legitur ΚΑΓΟ, pro ΚΑΙ ΕΓΟ; *quartique* initio reperitur ΚΑΠΙSΤΑΤΟΝ, pro ΚΑΙ ΕΠΙSΤΑΤΟΝ; itidemque in *decimo* ΜΕΠΟΕΙSΕΝ, pro ΜΕ ΕΠΟΙΕSΕΝ; denique in *octavo* verſu ubi legitur: ΜΕΛΕΔΑΙΝΗΝ :: ΕΟΣΙΓΕΙΕΣ, varias quidem rationes Cl. Editor excogitavit, quibus lacuna ſuppleri integerque ſenſus exſculpi inde poſſit; ſed ceteris tamen hanc praeferendam exiſtimat ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΝ ΔΕΙ *curare oportet*; ideoque Nota ΔΕ pro ΔΕΙ haberetur. Quandoquidem vero Marmor illud, aut Phanodici titulus, ab Aeſopo eiuſque fratribus ſculptus dicitur; idque Chishullus ipſe de celeberrimo Aeſopo Fabularum auctore intelligi poſse coniecit, (4) adeoque Sigeum Lapidem ad Olymp. L. qua ille floruit, referendum exiſtimavit; illud hic obiter obſervaſse liceat, quod in Aeſopi vita Siglarum uſus ipſius temporibus exſtitiſſe dicitur, quo voces integrae principe ſolum, ac initiali litera exprimerentur. Ibi nimirum legitur, quod quum Aeſopus ſeptem characteres iſtos, Α.Β.Δ.Ο Ε.Θ.Χ. marmoreae columnae inſculptos conſpexiſſet; ita Siglas iſtas expoſuit: Ἀποβὰς Βήματα Δ, hoc eſt τέσσαρα, Ὀρύξας Εὑρήσεις Θησαυρὸν Χρυσίου: *deſcendens gradus quatuor, fodiens inveniens theſaurum auri*; moxque interpretationem hanc aliam adhibuit: Ἀνελόμενοι, Βαδίσαντες, Διέλεσθε, Ὃν Εὕρετε Θησαυρὸν Χρυσίου: *Tollentes, ite, dividite, quem inveniſtis, theſaurum auri*: Xanthoque hero ſuo

(1) Rer. Graec. Libr. IV. (2) Vid. Nicol. pag. 183. (3) In Antiquit. Aſiat. pag. 4. (4) Pag. 38.

Digitized by Google

ſuo minitatus explicationem iſtam adiecit: Α'ποδὸς Βασιλεῖ Διονυσίῳ Ο῎ν Ε῎υρες Θησαυρὸν Χρυσίυ: *redde Regi Dionyſio, quem inveniſti, theſaurum auri*. Sed haec, vel Maximi Planudae, vel alterius Graeculi Scriptoris figmenta cenſeri debent, qui temporum rationem miſere confudit: quemadmodum certe alterius Graeculi commentum fuit epitaphium illud, quod perpetuis vocum compendiis compoſitum Conſtantini M. Sepulchro inſculptum fingitur, atque a Bandurio in Hiſtoria Imperii Orientalis profertur. (1)

Sed, ut a ludicris fictiſque eiuſmodi Notarum exemplis ad vera vocum compendia revertar, par fere Sigeo Lapidi, niſi forte antiquior, Inſcriptio cenſeri debet, quae in Inſula Delo coloſseae Apollinis ſtatuae ſuſubiecta, hoc eſt ipſius baſi inſculpta, fuerat, atque accuratiſſime a Tourneſortio excerpta, moxque a Montfauconio, (2) & Chishullo (3) edita, atque illuſtrata fuit:

ΟΑΓΤΤΟ ΛΙΤΟ ΕΙΜ ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ

*Non eiuſdem lapidis ſum ſtatua, & baſis*

Nulla quidem hic vocum contractio, Sigla, vel Nota reperitur; quum character ο veterum more pro diphthongo ΟΥ poſitus ſit; ſed poſtrema tamen litera in ΕΙΜΙ per apocopen eliſa conſpicitur; atque in voce ΛΙΘΟ priores characteres Λ, & Ι in unum veluti characterem nexu quodam coaleſcunt; quod etiam in altera voce ΕΙΜ conſpicitur, in qua Ι, & Μ ita ΛΛΛ coniunguntur. Proxime ad aetatem illam, qua ſuperiora Marmora exarata fuerant, Marmor aliud accedit, quod anno 4. Olymp. LXXIX. ut in *Agoniſticis Diſſertationibus* (4) obſervavi, victoria in Nemeacis Ludis puerili quinquertio parta, Mantheus Aethi filius Iovi dicavit. Eiuſmodi Marmor, aut titulus, qui octo vocibus quatuorque verſibus βυςροφηδὸν exaratis componitur, nullam prorſus Notam, aut vocum compendium complectitur.

Olympiade proxime conſequuta, hoc eſt anno 3. Olymp. LXXX. eximium Marmor illud Athenis excitatum fuit, quod ex Baudelotii cimeliis in Regiae Pariſienſis Academiae Muſeum migravit. Inſcriptionis huius argumentum, characterum ſpecimen, primoſque verſus Montfauconius ediderat in *Palaeographia*: (5) integrum vero Marmor Sponius exhibuit in *Miſcellaneis Eruditae Antiquitatis*; (6) omniumque accuratiſſime expreſſit variiſque obſervationibus illuſtravit eruditiſſimus Maffeius in *Galliae Antiquitatibus*; (7) praecipuamque Marmoris eiuſdem partem definiendo Athenienſium Tribuum ordini in Faſtis Atticis ego protuli. (8) Quum in eiuſmodi Marmore, ſive ſi libeat ſepulchrali titulo, ſola Athenienſium civium nomina recenſita fuerint, qui uno eodemque anno variis in locis in bello interierunt, nullae propemodum Notae, aut contractae voces adhiberi ibi poterant; quemadmodum certe rariſſimae in illo obſervantur. Quinque tamen in eximio hoc Monimento contractas mutilaſque voces obſervavi. Siquidem primum ΦΟΚΙΟΝ ΤΡΙΕ; mox ΛΥΚΕΑΣ ΤΡΙΕ; tum ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ ΦΥΛΑΡΧ reperitur; ibique certiſſime integrae voces ΤΡΙΕΡΑΡΧΟΝ & ΦΥΛΑΡΧΟΝ intelligi, ſuppleríque debent. Alia quoque contractio fortaſse intelligi ſupponique poterit ubi nunc legitur: ΦΥΣΙ... ΟΣ ΔΙΟΚΛ..; quamvis enim poſtrema



(1) Antiqu. Conſtant. Par. III. Lib. 7. pag. 159 (2) Palaeogr. pag. 144. (3) Pag. 16. (4) Pag. 53. (5) Pag. 135. (6) Sect. X. num. 1. (7) Pag. 88. (8) Tom. I. pag. 159.

vox, aut Patris nomen, in exeſo Marmore evanuiſse videatur; fortaſse tamen haud integra ΔΙΟΚΛΕΟΣ, vel ΔΙΟΚΛΕΙΔΟ vox ibi ſculpta fuerat; ſed contracta potius, aut imperfecta ſupererat. Denique in ipſo Marmoris titulo, ubi loca recenſentur, in quibus milites illi dimicando ſunt interempti, legitur: ΕΝ ΚΥΠΡΟΙ: ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΟΙ: ΕΝ ΦΟΙΝΙΚΕΙ: ΕΝ ΑΛΙΕΥΣΙΝ: ΕΝ ΑΙΓΙΝΕΙ: ΜΕΓΑΡΟΣ; poſtremamque vocem Cl. Maffeius ita cum ceteris pone ſequentibus:

ΕΝ ΤΟ ΑΥΤΟ ΕΝΙΑΥΤΟ

. . . . . . ΤΕΓΟΝ

coniungendam eſse putavit, ut exprimatur *Megarum* eodem anno Strategum *fuiſſe*; quemadmodum Cl. Montfauconius antea coniecerat hic indicari titulum hunc a Megaro eodem anno poſitum fuiſse. Perſpicuis tamen, opinor, certiſque characteribus demonſtravi, quod ibi ΜΕΓΑΡΟ voce non Civis, aut Strategus aliquis, ſed Vrbs potius, aut Regio ſolum exprimitur; adeoque vel ΜΕΓΑΡΟΙ, vel ΜΕΓΑΡΟΙΣ, vel ΜΕΓΑΡΟΙΣΤΕ ſcribendum erat: ut ſi proinde in Marmore ΜΕΓΑΡΟΣ ſolum legatur, ut in accuratiſſimo Montfauconii exemplo conſpicitur, ibi quoque nova vocis contractio, vel certe quadratarii erratum, admitti debeat.

Pretioſis eiuſmodi Antiquitatis monimentis accenſeri merito poterit Sadvicenſe Marmor, quod a Tayloro iampridem editum, ego quoque in *Appendice ad Notas Graecorum* Diſſert. VI. protuli, variiſque obſervationibus illuſtravi. Illud nimirum Olymp. CI. in Inſula Delo poſitum fuit, atque in ipſo pecuniae ab Amphictyonibus acceptae, ſimulque erogatae ſumma accuratiſſime exprimitur. Itaque plurimae in illo numerales Notae, ſimulque characteres alii, non alibi certe reperiendi, ſubinde occurrunt, ut opportune ſuis in locis expoſui; pauciſſima tamen vocum compendia, Siglae, contractaeque voces in illo obſervantur. Saepius tamen ibi character Τ reperitur, ut integra Τάλαντον vox exprimatur; atque in ipſa Marmoris fronte characteres iſti, Siglae, vel Notae repente occurrunt Ε. Θ, quibus Taylorus quidem Ε'υνοία Θεῶν exprimi, vel indicari putavit: ego vero vel Ε'πιχωρίοις Θεοῖς, *Indigenis Diis*, vel Ε'πιφανεστάτοις Θεοῖς, *Praeſentiſſimis Diis*, vel Ε'πικυρίοις Θεοῖς *Propitiis Diis*, vel Ε'πραχθέντων Θέσις: *Exactorum ſupputatio*, legendum eſſe conieceram. Proxime poſt Olymp. CI. vel Sadvicenſis Marmoris aetatem, Athenienſia Marmora exarata videntur, quae Cyriacus, (1) & Sponius (2) exſcripſit, quibus *Cephiſodori*, *Evaneti*, *Euthycriti*, *Neaechmi*, *Pytharati* Archontis Eponymi nomina inſcribuntur; quum Cephiſodorus anno 3. Olymp. CIII. Evaenetus 2. Olymp. CXI. Euthycritus 1. Olymp. CXIII. Neaechemus 1. Olymp CXV. Pytharatus 2. Olymp. CXXVII. Eponymi Archontis munere perfuncti fuerint. At non facile profecto ego dixerim, an eiuſmodi Marmora ad Archontes iſtos, vel ad cognomines potius alios, referri debeant, qui ſequioribus fortaſse temporibus imperaverint. Quod huius eſt loci, nullae prorſus Notae in breviſſimis titulis illis, aut victoriae in Panathenaeis, ut videtur, vel Dionyſiis Ludis partae monimentis occurrunt; quae tamen in pluribus ſepulcralibus Athenienſium titulis obverſantur, quorum aliqui ad eadem, vel antiquiora fortaſse tempora, referri poſse videntur.

In

(1) Pag. 9. 10. (2) Pop. Attic. pag. 109. 110. 111. 214.

Digitized by Google

In eximio Sigeorum Pſephiſmate, quod in Antiochi Soteris gratiam anno 3. Olymp. CXXIII. editum fuit, atque accuratiſſime apud Chishullum [1] exhibetur, unica ſolum contractio verſu 4. reperitur, ubi legitur: ΤΑΣ ΠΟΛΕΙΣ ΤΑΣ ΚΑΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΔΑ: ubi certiſſime ΚΑ, pro ΚΑΤΑ, poſitum fuit: quemadmodum certe hoc ipſum compendii genus in Marmoribus etiam aliis occurrit. Olymp. CXXIX. anno 1. praeſtantiſſimum Marmor illud in Inſula Paro exaratum fuit, quod *Marmorei Chronici* nomine inter Arundelliana, vel Oxonienſia Marmora reperitur. In illo Graecorum Epochae antiquioribus numerorum Notis ubique exprimuntur; ſed nulla tamen vocum contractio, vel mutilatio obſervatur: quod nempe doctiſſimus Marmoris auctor omnia nitidiori certiorique methodo exprimere voluerit. In Mileſio Marmore apud Chishullum, [2] in quo dona a Seleuco Calinico Olymp. CXXXIII. Apollini Didymaeo oblata recenſentur, unicam vocis contractionem obſervavi, ubi Rex ille decreviſſe dicitur: ΘΥΣΙΑΝ ΤΩΙ ΘΕΩΙ ΙΕΡΕΙΑ ΧΙΛΙΑ ΚΑΙ ΒΩ. ΔΩΔΕΚΑ: ibi nimirum integra ΒΩΜΟΥΣ vox intelligi ſupplerique debet, adeoque latine reddi *Sacrificium Deo, victimas mille, & Aras duodecim*. In pluribus etiam Teiorum, & Cretenſium Monimentis ad Olymp. CXLVII. ſpectantibus, quae Chishullus ipſe in unum veluti corpus congeſſit, [3] nulla vocum compendia reperiuntur; ſi Latiorum, & Olontiorum Foedus exceperis, in quo Foederis initi dies ita exprimitur: Μηνὸς Δωσαλλωσίῳ. τρία, ϗ Δι, moxque Μηνὸς Ἐλευσινίῳ Δι: ubi perſpicue, Chishullo ipſo iudice, character aut Nota ΔΙ integrae vocis Δεκάτῃ loco ponitur, decemque ſignificat.

Ad haec ipſa fortaſſe tempora, quibus Romani nondum imperium in Graeciae Populos longe lateque protenderant, referri facile poterit eximium Marmor illud, ſive Laconicum, ſive Cretenſe putaveris, in quo Epictetae teſtamentum, aliaque plura obſervatione digniſſima continentur. Hoc iampridem editum, latinaque interpretatione donatum apud Gruterum [4] exſtabat; quumque feliciter Marmor ipſum admirabili prorſus cura, ac munificentia Cl. Maffeii ceteris ornatiſſimi Veronenſis Muſei Cimeliis acceſſiſſet, ab eodem eruditiſſimo Viro Italica interpretatione concinnius, & accuratius expoſitum, ſimulque doctis obſervationibus illuſtratum fuit. [5] Quamvis autem in pulcherrimo prolixoque hoc Marmore, quod 288. verſus in columnis, vel ordinibus *octo* diſpoſitos complectitur, rarae admodum vocum contractiones, aut Notae reperiantur; nonnulla tamen in ipſo vocum compendia pro Graecorum indole ſubinde occurrunt, quae facile Siglarum inſtar haberi, vel *Notarum* nomine vocari poſſint. Ita Col. II. v. 6. legitur: ΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝ; & Col. VI. verſu 24. ΚΑΘΕΝΙΑΥΤΟΝ, uſitata nempe apocope, vel apoſtropho vocalis eliditur. Col. V. v. 24 habetur: ΚΑΔΟΞΕΙ; Col. II. v. 27. ΚΑΠΑΘΗ. Col. II. v. 5. ΚΑΤΑ. Col. III. v. 8. ΔΕΚΑ; in ſingulis nempe locis illis ΚΑ pro ΚΑΙ exaratum conſpicitur. Col. V. v. 12. ΔΕΞΟΥΝΤ, pro ΔΕΞΟΥΝΤΙ reperitur; ſicuti Col. VIII. v. 13. ΚΑΙΠΡΑΚΤΟΣ, pro ΚΑΙ ΑΠΡΑΚΤΟΣ. Denique Col. V. v. 32. iterumque Col. VII. v. 4. ΚΑΤΕΝ ΕΧΥΡΑΣΙΑΝ ſcriptum conſpicitur; ubi certiſſime reſcribi debet ΚΑΤΑ ΤΑΝ ΕΧΥΡΑΣΙΑΝ, adeoque hic etiam Sigla ΚΑ, pro ΚΑΤΑ, prorſus ut in pluribus Marmoribus aliis reperitur. Aliud etiam contractionis, vel compendii genus in Col. III. v. 15. haberi fortaſſe poſſet, ubi nunc legitur: ΚΑΤΑΔΕΜΟ-

§§§ 2 ΘΕ.

(1) Pag. 50. (2) Pag. 68. (3) Pag. 134. (4) Pag. 216. (5) Tradut. Ital. pag. 92.

ΘΕΣΙΑΝ ΓΡΙΝΝΟΥ, ſi cum Cl. Maffeio reſcribendum ſupplendumque foret: ΚΑΤΑ ΔΕ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΝ; ſed ibi perſpicue ΔΗΜΟΘΕΣΙΑΝ potius legendum eſſe putaverim.

Quaecumque vero de Marmoreis monimentis iſtis, ipſorumque Notis oſtendi, de aereis etiam Graecorum Laminis obſervari facile poſſent, niſi pauca admodum huiuſce generis eruditae Antiquitatis cimelia nobis occurrerent, ut ipſorum quoque praeſidio Notarum uſus apud Graecos uberius adhuc oſtendi poſſet. Certe in aerea Tabula, ſive Pſephiſmate, quod *Q. Lutatio Catulo*, & *M. Aemilio Lepido* Coſs. hoc eſt anno 2. Oly. CLXXV. vel V. C. 676. editum fuit, (1) Nota, ſive contractio ΚΛΑΖ reperitur, quae perſpicue certoque ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ ſignificat: quum in extrema Laminae parte nitide diſerteque legatur ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΥ. Incertae illa quidem, ſed remotae tamen, aetatis haberi merito poterit aerea Lamina, quae Heracleae reperta, atque a Cl. Maffeio (2) italice reddita, & illuſtrata fuit. Notae plures in ipſo Inſcriptionis titulo repente occurrunt: ΓΕ. ΠΕ. ΑΙ. ΚΝ. ΜΕ. de quarum ſingulis opportune ſuis in locis diſputavi. Fortaſſe quoque, vel Siglae, vel inſueta quaedam vocum compendia in ipſo fere Tabulae, ſive Decreti initio deliteſcere viderentur, ubi verba quaedam mirifice implexa, & obſcura reperiuntur; quae proinde Cl. Editor inexplicata reliquit. *Oriſtae*, ſive *Terminatores* ab Heracleenſi Senatu electi, ut agros Dionyſo ſacros a *privatis* civium agris diſtinguerent; ita ad Senatum ipſum retulerunt: Συνεμετρήσαμες δ' ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶ Ἀντομώτω ὑπὲρ Πανδοσίας ἄγοντος τῶ διατάμνοντος τώς τε ἰαρὼς χώρως, ꝁ τὰν ἐδίαν γᾶν ἐπὶ τὸν Ἀντόμωτον ὁρίζοντα τώς τε τῶ Διονύσω χώρως, ꝁ τὸν ( Κωνέας ὁ δίων ὃς ἐπαμώχη.) Italica doctiſſimi Maffeii interpretatio ita periodum hanc expreſſit: *Nos autem una metiti ſumus incipientes ab Antomoto ſupra Pandoſiam excurrente, & dirimente ſacros agros, & privatam terram uſque ad Antomotum terminantem, & Dionyſi agros* ..... adeoque poſtrema verba parentheſi incluſa, veluti depravata, vel obſcura, diſſimulavit. At, niſi mea me fallit opinio, nullum ibi vel vocis compendium, vel ſcalptoris vitium admitti debet; ſed integer locus ille reſtitui ſanarique poterit, ſi verba rite diſtinguantur, nativaque ſerie exponantur. Itaque non ꝁ τὸν Κωνέας ὁδίων ὃς ἐπαμώχη; ſed facili levique mutatione ꝁ τὸν Κωνέας ὁ Δίωνος, ſive, Ὁ'δίωνος, ἐπαμώχη legendum eſſe putaverim; adeoque latine reddendum, & agrum, *quem Coneas Dionis* filius *poſſidet*; ut nempe perſpicuo facilique ſenſu exprimatur Antomotum ſuper Pandoſiam poſitum dirimere, & ſacros Dionyſi campos, & agrum, quem Coneas Dionis filius veluti *proprium*, *privatumque* poſſidebat. Certe Heſychius aſſerit, quod ὁ κύριος *dominus* ab Italis Πάμμωχως, & κεκτημένος *poſſeſſor* etiam Παμμωχιῶν appellabatur; ideoque vox illa ἐπαμώχη, quam fruſtra in Scriptoribus aliis inquiras, quaeque Italorum, Graecorum ſcilicet in Italia habitantium, propria fuit, *dominium*, ac *poſſeſſionem* ſignificat, quemadmodum prorſus voces aliae πάμμα, & πᾶσις ab Euſtathio, & Heſychio expoſitae *poſſeſſionem* exprimunt.

Nullibi tamen, aut plures, aut varietate magis inſignes Notae reperiuntur, quam in Sicula agrorum Terminatione, quae apud Gualtherium, (3) & Gruterum (4) ipſum occurrit. Etenim, ut id obiter obſervetur, τῶν Κλάρων *Sortium* ſeries, atque ordo ita numeralibus Notis exprimitur, ut ipſarum quaelibet valorem illum obtineat, qui in ſubiecta ſerie conſpicitur:

A B

(1) Grut. pag. 503. (2) Obſerv. Liter. Tom. III. pag. 298. (3) Tab. Sic. pag. 28. (4) Pag. 210.

Digitized by Google

| Α | Β | Γ | Δ | Ε | Ϲ | Ι | Η | Θ | Ι | ΑΙ | ΒΙ | ΓΙ | ΔΙ | Κ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 20 |

Quandoquidem vero in 9. verſu dicitur:

ΚΑΙ ΠΕΡΙΣΤΑΣΙΝ ΑΦΗΣΕΙ ΤΑ
ΠΟ ΠΑΝΤΑ ΤΑΔΕ ΔΕΝΔΡΕΑ ΚΑΡΠΕΥΣΕΝ.

non modo Nota ΠΟ diſtingui ibi debet, quae Πόδων ſignificet; ut hoc ipſo ſenſu inferius occurrit; ſed character etiam alius, vel Nota numeralis habebitur Ο, quae niſi plurimum fallor, *ſeptuaginta* ſignificat; quod nimirum eo loci 70. pedum circuitus incultae terrae relinqui deberet; ſicuti inferius dicitur: ΚΑΙ Κ. ΠΙ ΑΠΟΣΤΑΣΕΙ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΠΑΝΤΑ *& viginti pedum diſtantia erunt a Templo omnia*. Obſervari quoque nunc poterit quod inter characteres Ϲ, & Η *ſextae*, & *octavae* ſorti exprimendae uſurpatos non Ζ, ſed Ι interiicitur, quo certe *ſeptima* ſors indicatur: ſive quod quadratarii, vel exſcriptoris hic error irrepſerit; ſive quod Alaeſini ea litera, vel numerali nota non uterentur; quemadmodum certe ſaepiſſime in hac aerea lamina reperitur ΟΡΙΤΟΝΤΑ, pro ΟΡΙΖΟΝΤΑ, & ΟΡΙΙΟΝΤΟΣ, pro ΟΡΙΖΟΝΤΟΣ. At de variis eiuſmodi Notarum generibus opportune mox diſſeretur. Quod vero ad ipſa vocum compendia pertinet, plurima in hoc Monumento ſubinde occurrunt: ut Α, pro ΑΠΟ; Ɛ, prò pro ΕΣ; praeſertim vero, Nota ΤΕ viceſies fere variis in locis obſervatur, ut ΤΕΡΜΩΝ, vel ΤΕΡΜΟΝΑ exprimatur, quarum vocum utraque interdum nitide, explicateque exarata conſpicitur, ut *terminus* oleae, ſaxo, vel alteri corpori inſcriptus indicetur. Quamvis autem vox illa ad Latinam vocem *Terminus* proximae accedat; illa tamen non a Siculis modo, ſed a ceteris etiam Graecis eodem plane ſenſu uſurpata conſpicitur; ideoque nec ab illa, nec a quavis alia voce, quae in hac aerea lamina Alaeſae, ut opinor Vrbi Alaeſo fluvio proxime tribuenda reperitur, inferri poterit ipſam poſt Romanorum in Sicilia adventum exaratam fuiſſe. Itaque, licet eiuſmodi Monimentorum aetas accurate definiri non poſſit, perſpicuum eſt tamen ipſorum ſingula Chriſtianam Epocham antevertere; adeoque in aereis etiam Monimentis vocum compendia, vel antiquis etiam temporibus uſurpari conſueviſſe.

Atque iſta quidem de antiquioribus Monimentis illis, quae a variis Graeciae Populis excitata fuerunt, dum adhuc incolumi libertate ſuis legibus ritibuſque utebantur. Vbi vero Romanis parere, adeoque Romana nomina Tabulis Decretiſque ſuis inſcribere illi coeperunt, eadem quoque contractionum, vel Notarum genera uſurparunt, quae iampridem a Romanis ipſis adhiberi conſueverant; ideoque plurimae contractiones, aut Notae in recentioribus illis Graecorum Tabulis obſervantur. Ita in Aphrodiſienſi Monimento, quod anno V. C. 717. Triumviris Romae imperantibus editum fuit, in Antonii Epiſtola legitur: (1)
Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΥΠΑΤΟΣ ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΥ ΤΟ Β̄ ΚΑΙ ΤΟ Γ̄ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΤΗ Δ.·. ΤΩΝ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΣ; ideoque Notae quatuor in illo repente nobis occurrunt. Sed longe tamen uberior eiuſmodi contractionum, Notarumque ſeges in Monimentis aliis apparet, quae Caeſarum temporibus excitata ſunt; quarum exempla plurima tum in ſacris, tum in profanis etiam Monimentis ſuis in locis opportune afferuntur, ubi Notarum ipſarum vis, & explicatio proferetur. Quemadmodum vero ſequioribus barba-

riſ-

(1) Chish. Antiqu. Aſiat. pag. 150.

Digitized by Google

riſque fere temporibus, quibus literarum gloria una cum imperii Romani ſplendore, & maieſtate languere coepit, elegans etiam illa ſcribendi ratio, quae in priſcis Monimentis conſpicitur, obſolevit, ac ſtrigoſior alia ſcribendi methodus a *Tachygraphis*, vel celeribus Scriptoribus invecta fuit, quae univerſa fere novis vocum compendiis, Siglorumque ambagibus involveret: ſic eadem ſenſim in publica quoque monimenta irrepſit; ut plurima proinde Notarum genera, quae in ſcriptis Codicibus obſervantur, in Marmoribus etiam ipſis aliquando occurrant; ut in Oxonienſi praeſertim Marmore, quod Diſſertatione III. proferetur, aliiſque id genus innumeris factum conſpicitur.

## §. III.

### *De Numeralibus Graecorum Notis, ipſarum origine, antiquitate, & varietate.*

QVaecumque fere de variis vocum compendiis, illorumque apud Graecos origine, cauſſa, vel antiquitate iam diximus, de numeralibus etiam ipſorum Notis intelligi profecto poſſunt, quum una prorſus eademque cauſſa, vel ratio, quae veteres Scriptores impulerat, ut integrae vocis loco characterem unum, aut pauciores ſolum literas uſurparent, impellere quoque, vel hortari potuerit, ut numeros etiam brevibus quibuſdam notis, aut ſignis exprimerent. Quin etiam facile, ut opinor ſuſpicari quis poſſit aliquos numerorum characteres, aut notas longe prius ab hominibus inventas, ac uſurpatas eſſe, quam ſcribendarum vocum uſus inciperet; adeoque numerales Notas iis etiam temporibus exſtitiſſe, quibus characteres alii vocibus exarandis exprimendiſque accomodati nondum ab hominibus adhiberentur. Ipſa nimirum ſocietas, quae vel a primis uſque temporibus inter homines inſtituta fuit, ſine mutua rerum permutatione facile conſiſtere, vel conſervari non poterat: & quemadmodum contractus omnes ſine numerorum ope peragi, explicari, vel definiri non poterant; ita quoque characteres aliqui privata primum, tum publica auctoritate conſtitui debuerunt, quibus acceptae erogataeque pecuniae ſumma, rerumque permutatarum valor, aut numerus exprimeretur. Quemadmodum ergo plurimis Veterum teſtimoniis erudimur Arithmeticae facultatem, ipſam nimirum numerandi artem, apud ſingulas fere Gentes ab ultimis etiam temporibus floruiſſe, ita quoque pluribus teſtimoniis aliis oſtendi facile poterit characteres etiam aliquos, vel numerales Notas ſemper ab iis uſurpatas eſſe: atque ita quidem ut Gentes omnes ad *denarium* uſque numerum ſupputando progredi, tum ad unitatem redire, hoc eſt *denario* numero, ſeu decadi ex ſimplicibus numeris compoſitae, aliquem ex ſimplicibus numeris ipſis adiungere conſueverint; ſive quod denarius ille ſimplicium numerorum uſus ex denario digitorum numero profluxerit, ut auctor eſt Ariſtoteles; [1] ſive quod conſtans illa ac definita ſimplicium numerorum multitudo ex una in finitimam Gentem aliam migraverit. Sed haec aliaque id genus plura ſubtilius alii, ac di-

(1) Probl. Sect. XV. Quaeſt. 3.

Digitized by Google

diligentius inquirant. Id unum veluti certum conſtitui ſupponique iam poterit, quod apud omnes Graeciae Populos perſpicuae quaedam numerorum Notae ſemper exſtitere, quae facile Nummis, adeoque aereis etiam, ac marmoreis ipſorum Monimentis, inſcriberentur.

Nullum tamen Graecorum Marmor, aut aerea Lamina ante Oly. c. exarata reperitur, in qua numerales illae Graecorum Notae, vel ſymbola obſerventur; ut proinde Sadvicenſe Marmor veluti antiquius numeralium Notarum ſpecimen, ac monimentum haberi poſſe videatur. Quemadmodum enim Diſsert. VI. fuſius expoſui, ſinguli characteres illi, vel notae, quibus a Graecis Scriptoribus breviſſima, atque perſpicua ratione numeri deſignantur, ſaepius in illo occurrunt; eademque prorſus vis, idemque valor ipſis tributus conſpicitur, qui apud recentiores etiam Graecos Scriptores adhibetur, ut in ſubiecta ſerie demonſtratur:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ι | *unum* | 𐅅 | *quingenta* |
| Π | *quinque* | Χ | *mille* |
| Δ | *decem* | 𐅆 | *quinque millia* |
| 𐅄 | *quinquaginta* | Μ | *decem millia* |
| Η | *centum* | | |

Vndenam vero characterum iſtorum valor; aut poteſtas originem duxerit, ut nimirum Ι *unum*, Π, *quinque*, Δ *decem* &c. ſignificet, ita a pleriſque omnibus exponi ſolet, ut numeralium Notarum valorem, & originem ex initiali vocis illius litera repetendam eſſe arbitrentur, qua numerus ipſe a Graecis exprimitur. Itaque, quum a Graecis, ab ipſis quoque Homeri temporibus ἰᾶ, pro μία *una* diceretur; & *quinque* a Graecis Πέντε, *decem* vero Δέκα vocetur, initialis litera Ι, pro ἰᾶ *una*, Π, pro Πέντε *quinque*, Δ pro δέκα *decem* uſurpata fuit. Quumque centenarius numerus, aut *centum*, a Graecis Ἑκατὸν dicatur, eique voci adſpiratio, vel aſper ſpiritus praefigatur, qui olim nota, vel character Η denotari conſueverat, ut ex Sigeo, Delio, & Baudoletiano Marmore oſtendi poteſt, centenarius numerus, aut vox Ἑκατὸν, charactere Η deſignabatur; atque ita prorſus Χ, pro χίλια *mille*; Μ pro Μύρια *decem millia* ponabatur. Denique, ut ſcribendi ratio tum brevior, tum concinnior eſſet, pro quinque Δ compoſitus chararacter alius 𐅄; pro quinque Η character 𐅅; pro quinque Χ character 𐅆 uſurpari conſuevit: perinde quaſi exterior character Π exprimeret characterem alium ſibi inſcriptum Πεντάκις *quinquies* intelligendum, vel multiplicandum eſſe; idemque foret, aut 𐅄, aut πεντάκις δέκα *quinquies decem*, vel *quinquaginta* dicere. Exinde vero manifeſtiſſime deduci poteſt numerales eiuſmodi Graecorum Notas in hac hypotheſi non aliud eſse oportere, quam *Siglas*, quod ſingulae nimirum principeſque numeralium vocum literae, pro integra numerali voce, ſeu numero collocentur. Ac facile id certe Herodiani, aliorumque Grammaticorum teſtimoniis oſtendi poſſet, qui numeralem characterum vim, ac poteſtatem ex ipſa voce, quae initialibus eiuſmodi literis indicatur, repetendam eſse demonſtrant. Quinetiam Terentii Scauri auctoritas a pluribus afferri ſolet: perinde quaſi Grammaticus ille, qui Hadria-

driani Caeſaris aetate floruit, hanc ipſam Graecarum numeralium Notarum originem nitide diſerteque tradiderit. Sed obſcurior ille Terentii locus doctiſſimis Viris impoſuit. Etenim Terentius ipſe, ut oſtenderet characterem H literam eſſe, hoc etiam, ſed leve certe, argumentum exponit, quod *Attici principes literarum, a quibus eorum nomina incipiunt, numeris notantes, hac quoque in eadem ſignificatione utuntur. Nam quoties unum notant;* μ *&* α *literam ponunt: quoniam apud illos* μ̄ *&* α *dicitur,* δύο δ, τρία τ; ſic & Ἑκατὸν *ideſt centum,* H *litera notant.* Cl. quidem Maffeius ita periodum hanc refingendam eſse arbitratur: *quoties unum notant,* I *literam ponunt; quoniam apud illos* μία ἴα *dicitur;* ſed exempla cetera, quae mox conſequuntur, perſpicue oſtendunt ibi legendum eſſe, μ *literam ponunt, quoniam apud illos* I μία *dicitur;* ibique Terentium non de veteri illa numerandi ratione, de qua diſſerimus, ſed de nova quadam, ac diſſidente loquutum eſſe, quae ab aliquibus Graecis Scriptoribus adhibebatur. Quid vero ſi communis iſta Herodiani, Scaligeri, aliorumque ſententia in dubium revocetur; ipſorumque pace fortaſſe coniicere, vel ſuſpicari cui libeat, characteres illos, ſeu numerales Notas longe prius apud Graecos exſtitiſse, quam vulgatae Cadmi literae, & elementa exprimendis vocibus invectae forent; ipſarumque originem ex rudiori quadam breviorique ratione profluxiſse, quae in numeralibus Latinorum Notis a doctiſſimis viris exponitur. Certe a Romanis *unitas* non alia de cauſsa *obelo*, vel charactere I deſignatur, niſi quod ille ceteris brevior, exaratuque facilior erat: ut is proinde, qui numerum unum exprimere, vel indicare vellet, leviſſimo manus ductu notam, vel characterem ipſum effingeret. *Quinarium* numerum V duabus lineolis inferne coeuntibus efformarunt; ipſiſque decuſsatis X *denarium* numerum expreſsere, atque lineolis ipſis ad normam poſitis L *quinquagenarium*. *Centenario* numero deſignando tres lineolae ad rectos angulos poſitae, vel exaratae fuerant ⊏; quae deinde in arcum ſinuate latinum C efformarunt. Quatuor ex lineolis iſtis ⊓ *quingenta* exprimebant; eademque figura utrinque duplicata, ⊓⊓, ſive ſi libeat, lineolae quinque, *millenarium* numerum expreſſere; quamvis deinde poſtremi characteres iſti in D, & CIↃ, aliaſque etiam formas abierint. Quid ergo prohibet, quin hac ipſa facili nativaque ſerie, quae repente in omnium oculos incurrit, antiquiſſimi etiam Graeci in pingendis numeris uſi fuerint? adeoque lineolam I pro *unitate*, duas aequidiſtantes II pro *binario*, III pro *ternario*, IIII pro *quaternario*; moxque duas, ſed alteri ad normam inſiſtentes, Π pro *quinario*, tres lineolas invicem concurrentes pro denario; lineolas tres H pro *centenario*; invicem decuſſatas pro *millenario*; quatuor demum M, pro *decem millibus* uſurpaverint; deinde vero characteribus inſtitutis voces illas exprimendis numeris excogitaverint; quae a numeralibus Notis ipſis, veluti initialibus literis, inciperent. Certe a charactere, vel litera Δ non modo vox δέκα, ſed etiam δύο initium ducit; vox Ἑκατὸν *centum* non ab H, quae priſcis Atticis incognita fuerat, atque Olymp. ſolum XCIV. recepta fuit, ſed ab E exorditur, a qua ſimiliter numerales voces ἕξ, ἑπτὰ, ἐννέα incipiunt. Denique, licet ab Homero non μία, ſed ἴα dictum fuerit, ideoque plurimi opinentur, quod character I *unam*, hoc eſt Ἴαν ſignificet; nullum tamen ex proſae Scriptoribus exemplum afferri poteſt, quo ἴος, vel ἴα, vel ἴον adhi-

bi-

bitum oſtendatur; ut proinde voces illae non ab omnibus vulgo receptae, ſed a Poetis ſolum uſurpatae merito exiſtimentur. Sed haec leviſſima ſolum coniecturae loco haberi poſſe putaverim; quum vera numeralium Notarum cauſſa, & origo in tanta veterum monimentorum inopia intelligi, vel definiri non poſſit; atque antiquiſſimum Notarum Graecorum ſpecimen, quod aetatem tulit, ad Olymp. ci. referendum eſſe iam dixerim.

Proxime ad Sadvicenſe Marmor accedit Oxonienſe Chronicon, in quo iiſdem prorſus numeralibus Notis, quae in Sadvicenſi reperiuntur, rerum geſtarum tempora, & anni, nobiliores nimirum Graecorum Epochae, deſignantur; quamvis in Mileſio Seleuci Callinici Monimento, quod Oly. cxxxiii. excitatum fuit, numeri δι' ὅλων γραμμάτων, integris, nempe expanſiſque vocibus, exprimantur; ſicuti in Heracleenſi lamina terrae dimenſiones, ac ſpatia explicatis ubique vocibus indicantur.

Atque iſta quidem de antiquiſſima, ut ego quidem opinor, conſtantique numeralium Notarum ſerie, quae apud Graecos omnes obtinuit. Longe nimirum recentior alia ſupputandi methodus, aut numerorum exprimendorum ratio cenſeri debet, qua 24. Alphabeti literae tres veluti in claſſes diſtributae fuerunt; ut priores quidem *octo* literae, ſeu characteres ſimplicibus numeris, hoc eſt *unitatibus*; *octo* reliquae *decadibus*; *octo* poſtremae *centenariis* numeris exprimendis adhiberentur: & quemadmodum in prima claſſe character ϛ, ſive ἐπίσημον βαῦ *epiſemon bau* ſexto loco ponebatur; ita quoque in ſecunda character ϙ, vel ἐπίσημον Κόππα *epiſemon Coppa*, pro nonagenario numero inſerebatur; itidemque ἐπίσημον Σὰν πῖ, *epiſemon Sam pi* ϡ, ſive ϡ pro *nongentis* adiicebatur. Itaque in hac ſupputandi methodo characteres ipſi, vel literae, & epiſema eum valorem obtinent, qui in hac ſerie exhibetur:

| I | | | II | | | III | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Α | α | 1 | Ι | ι | 10 | Ρ | ρ | 100 |
| Β | β | 2 | Κ | κ | 20 | Σ | σ | 200 |
| Γ | γ | 3 | Λ | λ | 30 | Τ | τ | 300 |
| Δ | δ | 4 | Μ | μ | 40 | Υ | υ | 400 |
| Ε | ε | 5 | Ν | ν | 50 | Φ | φ | 500 |
| Ϛ | ϛ | 6 | Ξ | ξ | 60 | Χ | χ | 600 |
| Ζ | ζ | 7 | Ο | ο | 70 | Ψ | ψ | 700 |
| Η | η | 8 | Π | π | 80 | Ω | ω | 800 |
| Θ | θ | 9 | | ϙ | 90 | ϡ | ϡ | 900 |

Quemadmodum vero characteres omnes, aut numerales Notae a Latinis adhibitae *millenariae* fiunt, ſi tranſverſa lineola ſuper ipſas inducatur, ut V̄ *quinque millia*, X̄ *decem millia* ſignificat; ita quoque ſuperiores illi Graecorum characteres *millenarii* fient, ſi aut ſuperne tranſverſa linea, aut inferne lineola, accentus acuti inſtar, appicta fuerit: ut, ͵α *mille*, ͵ι *decem millia*, ͵ρ *centum millia* ſignificabit; idemque prorſus millenarii numeri valor in charactere, vel numerali Graecorum Nota cenſeri debet, ſi lineola non inferne poſita, ſed dextro lateri oblique adiecta fuerit; ut ʹΒ *bis mille*; ͵Ε *quinque millia* ſignifiacbit: quod in exemplis illis apparet, quae ſuis in locis in Opere proferuntur; in quibus etiam opportune obſervabitur plerumque lineolas iſtas a quadratario, exſcriptore, atque typographis omiſſas fuiſſe; adeoque literarum valorem aliquando obſcurum eſſe

oportere: ſicuti viciſſim interdum lineola ipſa dextro characteris lateri appicta ab imperito Scriptore in characterem alium temere converſa fuit. Ita in Gruteriano Marmore [1] legitur: ΔΩCEI ΤΩ ΦΙCΚΩ ⋇ΛΒΦ; at Cl. Gorius, qui Marmor olim Piſis, nunc Florentiae poſitum accuratiſſime expreſſit, perſpicue exhibet ⋇·⸓Β.Φ. optimeque reddit *denarios bis mille quingentos.* [2] Ita prorſus in Sponii [3] Marmore nunc habebur: ⋇ΛΒΦ, ſed ibi certiſſime reſcribi debet ⋇⸓ΒΦ; ſicuti in Smyrnenſi Lapide, in quo depravate conſpicitur Χ Æ, reponendum eſſe iam monui Χ ⸓Ε *denariorum quinque millia.*

Quo vero tempore recentior iſta numeralium Notarum ſeries a Graecis uſurpari coeperit, facile coniici, vel definiri non poteſt. Perſpicuo tamen Plutarchi teſtimonio deprehendiſſe videor, iam inde ab Olymp. XLVIII. numeros Alphabeti literis a Graecis exprimi conſueviſſe; adeoque literas ipſas, veluti numerales Notas, uſurpatas eſſe. Ille nimirum de charactere Ε, ſive ut antiquitus ille efferri, vel pronunciari conſueverat, ΕΙ quod *Delphici Templi foribus inſcriptum erat*, diſſerens ait V Graeciae Sapientes poſtquam eiuſmodi nomine decorati fuerant, quod Olymp. XLVIII. contigiſſe ex Laertio, [4] aliiſque pluribus erudimur, characterem illum veluti *quinarii* numeri notam ibi ſculpſiſſe: τῶν γραμμάτων ὃ τῇ τε τάξει πέμπτον ἐςι, καὶ τῷ ἀριθμῷ τὰ πέντε δηλοῖ; *eam literam, quae & in ordine quinta, & quinque numerum deſignat*: ut oſtenderent *quinque* ſolum in Graecia vere Sapientes exiſtere, atque ex Sapientum numero Periandum Corinthi, & Cleobulum Lindi Tyrannos expungendos eſſe. Itaque ex Plutarchi ſententia, viri nempe Graecarum rerum peritiſſimi, manifeſtiſſime apparet, numeros eorumque ſeriem Alphabeti literis tunc exprimi, vel deſignari conſueviſſe. Pluribus etiam, iiſque non obſcuris, Ariſtophanis, eiuſque Scholiaſtae teſtimoniis inferri poſſe videtur, ipſius aetate, atque anno 4. Olymp. XCVII. quo Comicus ille *Plutum* edidit, Alphabeti literas, veluti peſpicuas, atque communes numerorum Notas, ab Athenienſibus uſurpatas eſſe. Etenim, quum Ariſtophanes dixiſſet: [5]

Α᾽λλ᾽ ὐ λαχὼν ἔπινες ἐν τῷ γράμματι

*Sed annon ſortibus ductis per literas potaſti?*

Scholiaſtes ad illa Comici verba adnotavit: φησὶ γὰρ ὁ Φιλόχορος, ἐπὶ Γλαυκίππου καὶ ἡ βυλὴ καὶ τὸ γράμμα τότε πρῶτον ἐκαθέζετο. καὶ ἔτι νῦν ὄμνυσιν ἀπ᾽ ἐκείνυ καθεδεῖσθαι ἐν τῷ γραμματείῳ, ᾧ ἂν λάχωσι. τῦτο δὲ ἀφ᾽ ἑτέρου ἐςὶν ἑρμηνεῦσαι. Α᾽θηναῖοι γὰρ ἀπὸ τῶν φυλῶν ἐποίυν τὺς δικαςὰς κατὰ τὰ γράμματα. οἷον ἡ πρώτη τὸ Α ἔσχε σημεῖον, καὶ ἡ δευτέρα τὸ Β, καὶ αἱ ἄλλαι ὁμοίως, ἕως τῦ Κ. δέκα γὰρ ὐσῶν φυλῶν, δέκα ἐγράφοντο δικαςαί. ὁ ὖν λαχὼν τὸ Α, πρῶτος ἐδίκαζε· καὶ οἱ ἄλλοι ὁμοίως. Itaque ex perſpicuis teſtimoniis iſtis inferri poſſe videtur, quod decem Iudices, ipſorumque locus, aut ordo decem literis ab Α uſque ad Κ deſignari conſueverat; adeoque ſimplices numeri, vel unitates prioribus Alphabeti literis exprimebantur: quod in hac ipſa numerandi ratione ſuperius expoſita ſervatum eſſe conſpicimus. Quandoquidem vero characteres ipſi, vel literae uſque ad Κ numeratae *decem* eſſe non poterant

erant

(1) Pag. 749. n. 4. (2) Par. I. n. 26. pag. 297. (3) Miſcell. Sect. X. n. 28. pag. 331. (4) Lib. I. Segm. 22.
(5) Act. IV. Sc. 4. ver. 973.

Digitized by Google

erant, niſi inter ipſas *epiſemon bau* ϛ recenſeretur; exinde facile deduci poſse videtur hanc etiam notam, epiſemon, aut characterem illum numeralibus Notis iampridem inſertum, aut in alphabetica literarum ſerie receptum fuiſſe. Perſpicuis etiam certiſque Ariſtophanis eiuſdem teſtimoniis oſtendi poteſt, quod ipſius aetate cetera quoque epiſema, hoc eſt Σὰν πῖ, & Κόππα ab Atticis cognita, & uſurpata iam fuerant. Etenim Ariſtophanes ipſe variis in locis equos Σαμφόρας [1] *Samphoras*, & Κοππατίας [2] *Coppatias* appellavit. Ii vero non alia certe de cauſſa *Samphorae* dicebantur, ut Athenaeus [3] etiam oſtendit, niſi quod ipſis character ϡ inurebatur; qui, quamvis origine Phoenicius eſſet, a Graecis tamen velut ex Ͻ & π, hoc eſt ex inverſo *Sigmate*, quod Dorice *San* dicebatur, ſimulque ex *Pi* compoſitus cenſebatur. *Coppatiae* vero vocabantur equi, quod characterem ϙ, ideſt Phoenicium Κόππα, vel Κοφὴ inſculptum gererent, quod etiam Ἀντιῤῥῶ, vel Ρῶ ἀντεστραμμένον *Rho inverſum* dicebatur: quippe quod ad inverſum Ρ, hoc eſt q, proxime accederet. Haec omnia admirabili qua fulgebat eruditionis copia demonſtravit Scaliger; [4] ſimulque opportune varios Ariſtophanici Scholiaſtae errores oſtendit: quemadmodum etiam Heſychium, & Euſtathium deceptos eſſe probavit, qui Κάππα cum Κόππα confudere; & equos ipſos ideo Κοππατίας appellatos eſſe putarunt, quod ipſis Κάππα inureretur; ut mirari proinde quis poſſit cur Bochartus [5] tamen in Heſychii ſententiam conceſſerit. Ceterum, ut a ſuperiora Ariſtophanis teſtimonia revertar, quum ex iis perſpicue oſtendatur Olymp. LXXXVIII. qua *Equites*, & Olymp. LXXXIX. qua *Nubes* editae ſunt, tria epiſema ϛ, ϙ, ϡ ab Atticis uſurpari, ipſorumque primum alphabeti literis inſeri, aut certe numeralibus Notis aliis accenſeri conſueviſſe; perſpicuum quoque fieri videtur celebrem illam numerandi rationem iis temporibus receptam eſse.

Teſtimoniis, & exemplis iſtis adiungi fortaſse poterit, quod in antiquis etiam Athenienſium Nummis eiuſmodi literae, vel characteres plerumque in amphorae ſinu inſculpti conſpiciuntur; ibique non aliud, ut in Faſtis Atticis obſervavi, [6] veriſimilius ſignificant, quam officinarum ſeriem, aut numerum, in quibus Nummi cudebantur; adeoque characteres ipſi, vel Alphabeti literae non aliud, quam numerales Atticorum Notae, cenſeri debent: quumque plurimi ex Nummis illis Alexandri M. aetatem praecedant, ut ex illorum pondere, & argumentis aliis eruditi Viri obſervarunt, ipſa quoque numeralium Notarum ſeries, atque uſus temporibus illis antiquior haberi debet.

Verum, quamvis haec omnia maximam veri ſpeciem praeſeferant, atque immortalis Scaliger, ubi de Ionico Graecorum alphabeto diſſerit, omnes 24. Graecorum literas, ſimulque tria epiſema veluti antiquis temporibus uſitata recenſuerit; longe tamen veriſimilius exiſtimo numerandi rationem, quae proxime ante Ariſtophanis aetatem, atque ipſa quoque Ariſtophanis aetate, adhibebatur, eam nimirum, qua alphabeti literae numeralium Notarum inſtar uſurpari conſueverant, ab illa plurimum diſſidere, quam ſuperius expoſui, quaeque temporibus mox inſequutis frequentiſſime adhiberi coepit. Atque illud in primis obſervandum eſſe putaverim, quod pri-

§§§§2

(1) Equit. ver. 603. & Nub. ver. 122. & 1301. (2) Nub. ver. 23. & 437. (3) Lib. XI. c. 5. (4) Ad Euſeb. Chron. pag. 108. (5) Hieroz. Libr. Part. I. pag. 129. (6) Tom. II. pag. 242.

Digitized by Google

primis Ariſtophanis temporibus nondum a Graecis ipſis, & Athenienſibus integra 24. literarum ſeries recepta fuerat; ſed ipſi 16. ſolum Cadmeis Alphabeti literis utebantur, (1) quibus mox Θ, Ξ, Φ, Χ, Ζ, Η, Ψ, Ω, ſed variis tamen temporibus, addidere; ut proinde Olympiadis ſolum XCIV. anno 4. viginti quatuor Alphabeti literis uti coeperint, quod nitide diſerteque Euſebius in Chronico teſtatur, atque ex pluribus Scriptorum aliorum teſtimoniis oſtendi poteſt, ut in Faſtis Atticis obſervavi. (2) Certe in Sigeo Lapide, ceteriſque antiquiſſimis Graeciae Marmoribus, aut Nummis aliquae ex huiuſmodi literis non obſervantur. In Baudelotiano Marmore, quod Athenis Olymp. LXXX. exaratum fuit, pro Η ſimplex Ε, & Ο pro Ω ubique ſcriptum conſpicitur; pro Ξ ubique ponitur ΧΣ; ideoque ſcribitur: ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ, pro ΑΜΦΙΑΝΑΞ; ſicuti pro litera Ψ ponitur ΦΣ; adeoque legitur, ΟΦΣΙΑΔΕΣ, pro ΟΨΙΑΔΕΣ. Itaque, ſi prima Ariſtophanis aetate in communi Athenienſium Alphabeto literae Ξ.Ψ.Η.Ω nondum receptae fuerant, quibus numeri 60. 700. 8. 800. deſignantur, quis aperte non videat 24. numerales Notas, quae nunc temporis adhiberi, totidemque Alphabeti literis deſignari ſolent, iis temporibus uſurpari minime potuiſſe? Quod vero ad epiſema ſpectat, nimirum ϛ, ϙ, ϡ quae Alphabeti literis adiungi, & numeralium Notarum inſtar haberi nunc ſolent, non facile profecto conceſſerim tunc etiam temporis, quo ſingulae 24. Alphabeti literae receptae iam fuerant, ipſa quoque, aut literarum, aut numeralium Notarum inſtar haberi conſueviſſe. Tantum enim abeſt, ut ex ſuperiori Ariſtophanis eiuſque Scholiaſtae loco deduci poſſit *epiſemon bau* ϛ, veluti ſenarii numeri notam adhiberi conſueviſſe, ut oppoſitum potius exinde deducatur, ſi locus ille cum alio conferatur, quem in alio Ariſtophanis dramate, hoc eſt in *Eccleſiazuſis*, vel *Concionantibus*, obſervavi. Ibi nimirum Comicus veterem ſolemnemque Athenienſium concionum morem, rituſque varios accurate lepideque deſcribens, mulierem quandam inducit, quae praeconis voce ſingulos iuxta literas ſortito ductas variis in locis diſcumbere, & caenare iubet; ibique nitide diſerteque de Β, Θ, & Κ mentionem facit; tandemque concludit: (3)

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα
Μὴ 'ξελκυσθῇ καθ' ὃ δειπνήσει, τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντας

. . . . . . . . . . . . . . . . . . *cui autem litera*
*educta non fuerit, ſecundum quam caenet, eos omnes expellant.*

Ergo ſi Comicus ſingulas decem literas illas hic exprimit, quae in deſignandis Iudicum ſedibus ſortito duci praeconiſque voce publicari conſueverant; & quemadmodum, ubi ſuperius dixerat: ἔπινες ἐν τῷ γράμματι *bibiſti ſecundum literam*, ad decem literas illas reſpexit, quae conſtanti Athenienſium more ſortito ducebantur: ita nunc quoque quum ait, δειπνήσει κατὰ γράμμα *coenabit ſecundum literam*, eumdem ipſum morem, aut literarum ordinem numerumque ſignificat; dubitari certe non poterit quin Κ inter illas haberetur; ideoque Scholiaſtes illam veluti extremam, vel *decimam* memoraverit. Ergo, ſi Κ decem literarum ultima cenſebatur, & Η, atque Ζ ab Athe-

(1) Vid. Plin. Libr. LVI. c. 7. (2) Tom. II. pag. 239. 241. (3) Ver. 689.

Digitized by Google

Athenienſibus Olymp. XCVII. qua *Concionantes* editae ſunt, certiſſime admittebantur; perſpicuum fiet, quod *epiſemon bau* nondum literis, vel numeralibus Atticorum Notis accenſebatur, ac ſenarius numerus non nota ς, ſed ſeptima potius litera Ζ, exprimebatur. Ita propemodum ex ſuperioribus Ariſtophanis locis illud unum inferri poterit, quod Notae ς, & ϡ ab Atticis cognitae uſitataeque fuerant; at nulla certe ratione probari unquam poterit, quod illae numeris exprimendis adhiberentur. Itaque priſcis illis temporibus, & Ariſtophanis aetate, vel non omnes Alphabeti literae numeris exprimendis uſurpari iam coeperant; vel ſi fortaſſe literas, & characteres omnes in Alphabeti ſerie tunc temporis receptas numeralium etiam Notarum inſtar adhibitas eſſe quis dixerit; diverſa tamen nobiſque incognita illarum vis, ac poteſtas admitti debet: ut pro vario nempe literarum numero, atque ordine varius quoque numeralis ipſarum valor intelligi, vel deſignari conſueverit.

Sequioribus vero temporibus ſuperior illa numerandi ratio, ſive numeralium Notarum forma ubique fere recepta fuit; adeoque in plurimis Graecorum Marmoribus obſervatur. Ita in Adulitano Ptolemaei Evergetis monimento, quod prius ab Allatio, aliiſque [1], mox a Chishullo [2] editum fuit, perſpicue legitur:

ΕΤΕΙ ΤΗΣ ΗΜΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΚΖ.

*anno mei regni* XXVII.

ubi Chishullus *viceſimum ſeptimum* ipſius imperii annum, qui in an. I. Olymp. CXL. inciderat, deſignari putavit. In Athenienſi Marmore, quod Berenices, & Agrippae Regis aetate, adeoque circa Olymp. CCV. ſculptum fuit, & a Sponio [3] exhibetur, perſpicue legitur: Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ $\overline{\text{Χ}}$; ibique certiſſime character Χ non *mille*, ut Sponius ipſe, Fabrettus, Fleetvoodus, aliique putarunt, ſed *ſexcentos* ſolum ſignificat. In alio Cyriaci Marmore habetur ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΙΓ; [4] ibique perſpicue *Prytania XIII.* reddi debet. In alio apud Sponium [5] ipſum legitur: Η ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ, quod certe non *centeſimam*, ſed *octavam* ſolum *Prytaniam* ſignificat. In alio Sponiano Marmore [6] reperitur: ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Α *Poſideone I.*; & ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Β *Poſideone II.* In Oxonienſi Marmore XV. [7] habetur: ΕΤΟΣ $\overline{\text{ΚΓ}}$, anno XXIII., atque in tribus Marmoris aliis, quae proxime conſequuntur, [8] & donariorum, vel pecuniae recenſionem continent, saepiſſime characteres Ρ.Σ.Ν.Ξ. ad Marmoris latera, veluti numerales Notae, reperiuntur; quemadmodum prorſus in Marmore LXXX. [9] ſaepius Ρ, ac ſemel ΡΝ obſervatur; atque in Marmore Meſſene poſito legitur: ΕΤΟΥC Ρ.Ν.Ζ; quo Reineſius [10] ingenioſe coniecit annum V. C. 764. in Meſſeniaca, vel potius Achaica, Epocha deſignari. Ita *Epiſemon bau*, quod fruſtra in antiquioribus monimentis aliis inquiras, primum in Claudii, tum Domitiani, mox Traiani, & Hadriani Nummis apud Vaillantium [11] occurrit. Ex Marmoribus vero, quibus illud inſcriptum fortaſse fuerit, nullum opinor antiquius invenitur Sponiano Marmore, quod anno Chr. 75. poſitum fuit, atque opportune a me profertur pag. 24. ad Notam ς. Proximo tamen ſeculo eiuſmodi ſe-

(1) Vid. Fabric. Bibl. Graec. Lib. III. Cap. 25. pag. 604. (2) Pag. 73. (3) Itiner. pag. 35. (4) Pag. 13. n. 96. Murat. pag. 571. n. 1. (5) Pop. Attic. pag. 199. (6) Pop. Attic. pag. 77. (7) Pag. 83. (8) Pag. 89. (9) Pag. 131. (10) Claſ. V. n. 52. pag. 388. (11) Pag. 13. & 25.

Digitized by Google

ſenarii Nota in pluribus Marmoribus exarata conſpicitur. Ita in Oxonienſi Marmore III, [1] quod Commodi temporibus ſculptum videtur, legitur: ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑΗ ϡ: ibique *ſenarium* victoriarum numerum exprimit, quas *C. Antonius Septimius* Cytharoedus in Olympiis Smyrnae Ludis reportavit. In Gruteri tamen Marmore, [2] & Sicula [3] agrorum terminatione ſenarius ipſe numerus charactere Ϲ, atque apud Muratorium Nota C deſignatur; quemadmodum in Gallieni Nummis hic ipſe ſenarius numerus character S expreſſus conſpicitur; alibique ſenario numero deſignando charactere F, quod Aeolicum *Digamma* vocatur, reperitur. *Epiſemon San pi* ϡ, ϡ neque in Nummis, neque in Marmoribus obſervatur; eiuſque forma ſuperius expreſſa in ſolis Codicibus reperitur. At *Epiſemon Coppa* ſaepius in Nummis, & varia quidem forma, exaratum conſpicitur. Plerumque ſcilicet ita efformatur q; aliquando ϙ; interdum ρ repraeſentat; [4] atque in Tiberii Nummo ab Antiochenſibus cuſo legitur: ΕΤ ϡ q: ubi certiſſime XCVI. ipſorum annus exprimitur, qui cum 46. Chriſti anno concurrit; adeoque prima Nota Romanorum R iacenti ſupinaque ſimilis *nonaginta*; altera, vel epiſemon bau, *ſex* ſignificat. In Marmoribus autem characterem hunc, aut numeralem Notam, vix opinor, invenias; ſi unum illud Cretenſe Marmor exceperis, quod ex ineditis Donii Schedis Diſſertatione III. iam protuli; & fortaſſe quoque Marmor aliud Neapoli nuper effoſsum, quod ad Notam ΔΝ exhibeo: ſi quidem inconditus, & obſcurus character ille ϛ in q, vel ϛ, aut alias Epiſemi Coppa formas, refingi debeat. Quod enim Placentinus [5] *Sampi* hac forma ϡ exaratum in ſuperiori Oxonienſi Marmore ſculptum putaverit, perſpicue fallitur. Quamvis enim Olympia illa Smyrnae celebrata non *pentaeterica*, ſed annua ſolum exiſtimentur; qui fieri unquam potuit, ut Cytharoedus ille *nonaginta* vicibus in iis victoriam reportaverit? Video quidem characterem ipſum notaeque genus in alio Marmore pagina 93. reperiri; ibique pro *nonagenario* numero a Prideauxio uſurpari, ut ipſius proinde veſtigiis inexplicando Notae huius valore Placentinus inſtitiſse videatur. Sed, cum eadem ipſa forma in iſto, ac in ſuperiore Marmore, exprimatur, ibique *nonagenarii* certe numeri vim habere non poſſit; ne quidem in iſto nonagenarium numerum deſignabit. Ceterum numerales iſtae Graecorum Notae, ubi plures una exprimendae, vel exarandae fuerant, ita plerumque diſponi ſolent, ut in ſcribendo minores maioribus praeponantur; ac proinde inverſa veluti ſerie, vel ordine retrogrado legi debeant. Ita, quum in Palmyreno Marmore exaratum conſpicitur: ΕΤΟΥΣ ΔΝ Φ, ibi certiſſime anno 554 legi debet. Aliquando tamen haec literarum ſeries, vel numeralium Notarum ordo alternare conſpicitur: ut apud Gruterum [6] habetur: ΕΙΣ ΤΟ ΚϹ & ΗΚΛ *in XXVI. & XXVIII. annum*; atque mox ΕΙΣ ΤΟ ΚΖΛ, ΘΚΛ *in XXVII. & XXIX. annum*, ut ad Notam L opportunius obſervavi. Sic aliquando nova, & perturbata ſerie in Gualtherio [7] reperi exaratum eſse ΤΑΙ ΠΟΔΩΝ *tercentorum undecim pedum*: ut a prima ad ultimam, moxque ad intermediam literam legendo ſit progrediendum. Longe rarior, atque in unico, quod noverim, Hermogenis Medici titulo uſurpata numerandi methodus, in qua Librorum ab illo conſcri-

(1) Pag. 70. (2) Pag 327. n. 1. (3) Gruter. pag. 210. (4) Vide Noriſ. Epoch. Syr. pag. 153. (5) Palaeogr. pag. 105. (6) Pag. 328. n. 1 (7) Tabul. Sicul. pag. 15. n. 107.

Digitized by Google

ſcriptorum numerus non unica, ſed pluribus ordine poſitis numeralibus notis exprimitur. Titulum ipſum ab Heſſelio, (1) iterumque a Muratorio (2) editum ſubiecisſe nunc libet, ut alicubi ſuppleri corrigique ille poſſit:

Ἑρμογένης Χαριδήμου ἰητρείην ἀναγράφας
Ἑπτὰ ἐπὶ ἑβδομήκοντα ἔτεσιν καὶ ἴσοις ἐπὶ βίβλοις

*Hermogenes Charidemi fil. qui medicam artem conſcripſit,*
*Septem, & ſeptuaginta annis, totidemque libris.*

Συνέγραψε δὲ βίβλια — ἰατρικὰ μὲν $\overline{\mathrm{O}}\ \overline{\mathrm{B}}$
Ἱςορικὰ δὲ — περὶ Ζμύρνης — $\overline{\mathrm{A}}\ \overline{\mathrm{B}}$
Περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας — $\overline{\mathrm{A}}$ — κ πατρίδος Ἀσίας
Κτίσεων $\overline{\mathrm{A}}\ \overline{\mathrm{B}}$ — Εὐρώπης κτίσεων $\overline{\mathrm{A}}\ \overline{\mathrm{B}}\ \overline{\Gamma}\ \overline{\Delta}$ Νήσσων
Α — Ἀσίας ςαδιάσμων Α — Στραταγεμάτων $\overline{\mathrm{A}}\ \overline{\mathrm{B}}$ —
Πύναξ Ρωμαίων, κ Ζμυρναίων διαδόχη κατὰ χρόνυς.

Itaque, licet in exemplis omnibus habeatur $\overline{\mathrm{O}}\ \overline{\mathrm{B}}$; certiſſime tamen ibi reſtitui refingique debet $\overline{\mathrm{O}}\ \overline{\mathrm{Z}}$; ut quemadmodum nempe Librorum numerus par annorum numero fuiſse dicitur; ita, ſi LXXVII. annos Hermogenes in vivis exegerat, totidem quoque Libros edidiſse dicatur. Illud hic etiam obſervatu dignum, quod Hermogenes περὶ ςαδιάσμων ſcripſiſse dicitur: quibus certe Libris Aſſiae, & Europae *Itineraria* ita complexus videtur, ut Vrbium diſtantias, itinerum, viarumque rationem, ac intervalla expreſſerit; quod in pluribus latinorum *Itinerariis* factum conſpicimus. Rarioribus quoque minuſque uſitatis numerorum, aut potius numeralium vocum compendiis accenſeri merito poterunt contractiones illae, quas in Tyriorum Epiſtola apud Gruterum (3) obſervavi: ΚC$\overline{\mathrm{N}}$, & CΚ$\overline{\mathrm{N}}$ quarum illa quidem ΕΙΚΟCΤΕΝ *viceſimam*; haec vero ΔΙΑΚΟCΙΟCΤΗΝ *ducenteſimam* ſignificat: perinde quaſi ex numerali characterum Κ, & C poteſtate, ſimulque ex numeralibus vocibus, quae Notarum illarum vim exprimant, compendia illa conflata fuerint.

Supremo tandem loco concinnior alia numerandi methodus exponi nunc debet, quae recentioribus ſolum temporibus invecta fuit; ut quaelibet ex 24 Alphabeti literis numerum, aut locum illum exprimeret, quem in ipſa alphabeti ſerie occuparet, ut in ſubiecto illarum ordine conſpicitur.

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Α | α | 1 | Η | η | 7 | Ν | ν | 13 | Τ | τ | 19 |
| Β | β | 2 | Θ | θ | 8 | Ξ | ξ | 14 | Υ | υ | 20 |
| Γ | γ | 3 | Ι | ι | 9 | Ο | ο | 15 | Φ | φ | 21 |
| Δ | δ | 4 | Κ | κ | 10 | Π | π | 16 | Χ | χ | 22 |
| Ε | ε | 5 | Λ | λ | 11 | Ρ | ρ | 17 | Ψ | ψ | 23 |
| Ζ | ζ | 6 | Μ | μ | 12 | Σ | σ | 18 | Ω | ω | 24 |

Quis omnium primus numerales Notas iſtas, aut novum hunc ipſarum valorem invenerit, ambiguum obſcurumque cenſeri facile poterit. Illud unum hic aſseri, vel conſtitui poſse conſpicio, quod Ariſtarchi aetate, qui circa Olymp. CL. floruit, haec numerandi methodus inventa iam fuerat. Ille nimirum integram Homeri Iliadem, itidemque Odyſseam in XXIV. Libros diremiſse fertur, quorum quilibet ab una Alphabeti litera nomen, ac numerum ſortiretur: ut Liber Β ex. gratia *ſecundus*, Liber Ω *viceſi-*
*muſ-*

(1) Append. Praef. pag. 44. (2) Pag. 706. n. 3. (3) Pag. 1105. n. 3.

*muſquartus* eſset: quod facile profecto intelligi, vel uſurpari non poterat, niſi characteribus illis hic ipſe valor iampridem tributus eſſet. Sed longe tamen antiquiorem hanc numerandi methodum, atque ipſa quoque Theophraſti aetate; qui circa Olymp. CX. floruit, uſurpatam eſſe putaverim. Etenim inter alia ipſius Opera, quae ab antiquis Scriptoribus memorata a Meurſio doctiſſimo recenſentur, hoc etiam num. LX. occurrit: Νόμων κατὰ ϛοιχείων κδ' *Legum ſecundum elementa* Libri XXIV. quemadmodum certe *decimum ſextum* Etymologus, *viceſimum* Operis huius Librum Harpocration laudavit. Ergo, ſi titulus ille Operiſque diviſio non a recentiore quodam, ſed ab ipſo potius Theophraſto inſtituta fuit, ac Librorum ſeries, & numerus elementis, hoc eſt Alphabeti literis, diſtinguebatur; perſpicuum fiet 24. elementa ipſa, vel literas Theophraſti aetate numeralium Notarum inſtar adhiberi conſueviſſe. Ac nihil hic certe veriſimilius eſſe ſupponique poterit, quam quod Athenienſes, ubi primum Olymp. XCIV. *vigintiquatuor* in Alphabeto literas admittere, vel numerare coeperunt, literas etiam ipſas, veluti numerales Notas uſurpare coeperint: quemadmodum ſane antiquioribus etiam temporibus Alphabeti literis, ſed alia tamen ratione, numeralium Notarum inſtar, uti conſueverant, ut ſuperiori loco iam demonſtravimus. Quamvis tamen eiuſmodi characterum valor, aut numeralis poteſtas iam inde ab Olympiade C. uſurpari coeperit, in Graecis tamen Marmoribus longe ſerius invecta illa fuit; quum Marmora, in quibus N *tredecim*, Y *viginti*, Φ *viginti ac unum*, Ω *viginti quatuor* ſignificat, ut opportune ſuis in locis oſtendi, ad ſequiora ſolum tempora referri debeant.

Atque hactenus quidem, niſi pro rei dignitate, quantum certe Operis, ac inſtituti conſilium pati poterat, de numeralibus Notis illis diſserui, quarum quaelibet varios quidem, ac mirifice diſſidentes valores recipere; variis nimirum, atque inaequalibus numeris exprimendis adhiberi ſubinde poteſt; ſed una tamen eademque conſtantique forma exarari conſuevit, ut facile proinde in legendis explorandiſque Veterum monimentis, ubi character aliquis, aut Nota quaedam iis inſcripta conſpicitur, intelligi quoque deprehendique poſſit ad quaenam numeralium Notarum genera character ille referri debeat. Quid enim inconditas alias, informes, exoticas, inſuetaſque Notarum ſpecies hic perſequar, quae in recentioribus praeſertim titulis obſervantur; nec aliunde certe, quam a ſcalptorum oſcitantia, vel exſcriptorum incuria, vel a ſaeculi barbarie, novam hanc faciem obtinuerunt? Plurima hic quidem eiuſmodi Notarum exempla facile proferri poſsent; ſed, quum maxima in ipſis varietas haberi ſoleat, adeoque vix, ac ne vix quidem ad certam aliquam claſsem, hoc eſt ad aliquam ex communibus perſpectiſque Notis, referri illae poſſint; longe commodius, ac opportunius exiſtimo ipſarum ſingulas iis in locis, ſive Marmoribus exhibere, quibus inſcriptae illae fuerint, ibique ipſarum valorem, ſi fieri id quidem poterit, explicare. Itaque, ſi cui fortaſse libeat aliquam ex inuſitatis, obſcurioribus, implexiſque Notis illis inſpicere, Oxonienſe Marmor adire poterit, quod Diſsert. VI. & Cretenſe, quod Diſsert. III. ego profero: quemadmodum etiam Marmora, quae exhibentur in Notis Æ, ΔΝϛ, ΣΣ, CTH, Ɏ. Omnium tamen inſtar haberi merito poterit Corcyrenſe Marmor, quod Veronae poſitum a Cl. Maffeio accuratiſſime exhibetur: (1)

↗ Π

(1) De Sigl. Pag. 101.

↑ ΠΡΡ : ΠΙΙΙΙΙ : ΡΡΡΡΠ :

ΠΡΡΡ : ↑ ↑ ΠΙ : ΗΡ : ↑ ΡΡ : ↑ ↑ ↑ Π :

ΜΗ ↑ ↑ ΡΡΙΙΙΙ : ΗΗΗΗ ↑ ΠΡΡΡΙΙΙΙ.

Clar. Editor Notas iſtas in Atticas vergere feliciter exiſtimavit. Characterem ↑, qui in Etruſcis etiam Volaterrarum Vrnis, veluti numeralis Etruſcorum Nota, ſubinde occurrit, (1) *millenarium* numerum deſignare ſuſpicatur. Sed cur, inquit ille, poſt Η, vel *centenarium* numerum, exaratur? Ita character Ρ *denarii* numeri Nota videtur; ſed cur ille poſt Π, ſive *quinarium* conſpicitur? Itaque ingenue modeſteque concludit: *Ego quidem quid haec ἐπιχώρια aenigmata ſibi velint, ignorare aperte fateor.* Si quidpiam hic tamen eruditiſſimi viri coniecturis addere fortaſſe liceat, characterem ↑ *millenario* numero exprimendo uſurpatum eſſe, exinde quoque ſuaderi poſſe putaverim, quod a Romanis etiam inter varias millenarii numeri formas haec quoque ↑ conſpiciatur, quae ad ſuperiorem Corcyrenſem proxime accedit. Argumento quoque eſſe poterit, quod apud Etruſcos Graecorum character Χ, quo certe *mille* deſignatur, ita ↓ exaratur; ut omnium primus Cl. Gorius obſervavit: (2) quemadmodum prorſus ex Herculani Nummo perſpicue oſtendit (3) characterem ↑ nihil aliud apud Etruſcos, quam Graecum Κ, exprimere. Itaque nihil veriſimilius hic aſſeri ſupponique poterit, quam Nota ↑ *mille* deſignari; quum praeſertim *millenario* numero indicando nulla alia in Marmore Nota uſurpata videatur. Characterem vero Ρ non *denario* ſolum, ſed *centenario* quoque numero exprimendo uſurpatum eſse, quis crederet; quum in Deliaca Inſcriptione character Ρ hac ipſa forma Ρ exprimatur; quemadmodum in Heracleenſi Lamina, ut Maffeius ipſe teſtatur, (4) hac ſpecie ΡΡ exarata conſpicitur. Quum tamen in breviſſimo hoc titulo conſueta *centenarii* numeri nota Η ſaepius obſervetur, neque character alius *denario* deſignando ſuperſit, characteri Ρ denarii valor affingi debet; ut proinde praeter ↑ communes illae Graecorum Notae Ι.Π.Η.Δ.Μ. hic etiam haberi ſupponique debeant. Itaque, quum in ceteris etiam Graecis Marmoribus minores aliquando numeri maioribus praeponi conſueverint, ut ſuperiori loco iam vidimus; nulla propemodum difficultas in numeralibus Notis illis, vel partialibus, ut ita loquar, ſummis ſupererit, quae in extrema primi verſus parte integroque ſecundo verſu continentur. At in primo, ubi ΠΙΙΙΙΙ exaratum conſpicitur, niſi character aliquis Ι expungi debeat, fortaſse Η ſculpendum fuerat, ut numerus 108. exprimeretur. Nihil eſt autem cur in primi verſus initio ordine perturbato ſcriptum miremur ↑ΠΡΡ, perinde quaſi uſitatis characteribus haberetur ΧΠΔΔ; quum etiam in alio Marmore exaratum viderimus ΤΑΙ, pro CCCXI. Eadem quoque ratio, vel perturbata numerorum methodus in poſtremo verſu ſupponi poterit, ut character Η inter Μ, & ↑, minor nempe inter maiores, reperiatur; ſicuti viciſſim ↑ inter Η, & Π, ſive Ρ; hoc eſt maior inter minores medius exaretur; quum praeſertim haec inſolens in numeris exarandis ratio non a Graecis omnibus uſurpata, ſed Corcyraeorum potius propria, ac peculiaris eſse potuerit.

§§§§§

At-

(1) Obſerv. Lit. Tom. VI. pag. 362. (2) V. Cl. Gorii Vindic. Alphab. Etruſc. pag. 34. (3) Ibidem Pag. 166. (4) Obſerv. Liter. Tom. III. p. 296.

Digitized by Google

Atque iſta quidem mihi ipſi diffidens, ac divinando fere conieci, ſi eiuſmodi Notarum ſumma, vis, ac poteſtas ex ſolo hoc Marmore, velut integro perfectoque monimento quodam, exſculpi debeat. At non facile profecto conceſſerim titulum, ac Marmor aliquod exarari, publicoque, ut videtur, loco conſtitui potuiſſe, in quo nihil aliud, quam ſola numeralium Notarum congeries, exhiberetur; nihilque prorſus de rerum, aut pecuniarum genere, origine, tempore, exactoribus adiiceretut. Itaque ſuſpicor hoc breviſſimum Veroneaſe Marmor extremam alterius Marmoris partem fuiſſe; ut in illo quidem pecuniae acceptae, vel erogatae ratio, eorum quoque nomina expreſſa forent, qui pecuniae ſummam contulerant; in extrema vero ipſius parte, vel ſubiecto Lapide, qui ſolus nunc ſupereſt, ſola pecuniae ſumma eadem prorſus nobiſque incognita ſerie exhiberetur, quae in ſuperiori, prolixiorique Marmore exponebatur. Sic, ut exemplo res clarior fiat, in Delio Marmore, quod Diſſert. VI. a me proferetur, variae Civitates, pluresque Cives ordine recenſentur, pecuniaeque ſumma nitide exprimitur, quam ipſorum quilibet erogaverat; tandemque in extrema Marmoris, aut cuiuslibet Claſſis parte, κεφάλαιον, hoc eſt integra acceptae pecuniae *ſumma*, uſitatis tamen characteribus, aut Numeralibus Notis, quae ex partialibus veluti ſummis conflantur, exprimitur. Quid ergo prohibet quin in Corcyrenſi etiam Marmore, quod nunc avulſum interiit, totidem prorſus Vrbes, aut Tribus, aut Cives memorarentur, quot pecuniarum ſumma, interiectis punctis, in ſuperiore Marmore diſtinctae recenſerentur, *decem* nimirum Vrbes, aut Cives, aut Tribus, quarum *prima* eam pecuniae ſummam contulerit, quae *primo*, *ſecunda*, quae *ſecundo*, *decima*, quae *decimo* loco exarata conſpicitur? atque ita quidem, ut non omnem integramque pecuniae ſummam uno eodemque tempore, ſed variis potius diſtinctiſque vicibus, erogaverit. Sic ex prima Civitate, vel Corcyrenſium Tribu civis unus drachmas ↑ *mille*, alius Π *quinque*, alius ΡΡ *viginti* contulerit; ex decima unus ΗΗΗ, alius Η, alius ↑Π, alius ΡΡΡΙΙΙΙ erogaverit, idque in prolixiori Marmore, prorſus ut in Delio, nitide diſerteque oſtenderetur. Certe in hac hypotheſi pecuniae κεφάλαιον, vel univerſa ſumma in extrema deinde marmoris parte ea ratione exponi potuit, ut partiales illae acceptae pecuniae ſummae eo prorſus ordine, iiſdemque prorſus numeralibus Notis recenſerentur, quae ſuperius exaratae fuerant: adeoque in prima ↑ΠΡΡ, in decima ΗΗΗΗ↑ΠΡΡΡΙΙΙΙ, methodo nobis quidem incognita, ſed Corcyraeis notiſſima, exprimeretur. Liberius hoc quidem, ingenue fateor, & audacius coniecturae genus; ſed implexis obſcurioribus, ac inuſitatis illis Notarum vel Symbolorum generibus, aliqua ratione extricandis, vix alia, quam liberior, atque inuſitata methodus adhiberi fortaſſe poterit; niſi potius Cl. Maffeii modeſtiam imitari nunc deceat; adeoque Marmoris huius explicationem, aut Corcyraeis ipſi redivivis reſervare, aut felicioribus ingeniis aliis cogamur concedere.

§. IV.

Digitized by Google

## § IV.

### *De maxima in variis Notarum generibus una colligendis, & explicandis utilitate.*

EX iis, quae de variis numerorum, & vocum compendiis, atque de ipſorum cauſa, & origine ſuperius expoſui, praeſertim vero de varia poteſtate, quae literis, aut uſitatis Alphabeti characteribus affixa conſpicitur, ut ipſorum quilibet, quum numeralium Notarum inſtar uſurpatus fuerit, aliquando varios, atque mirifice diſſidentes valores obtineat; ſatis, ut opinor, intelligi oſtendique poterit quanta in pleriſque Veterum monimentis, aut legendis, aut explicandis obſcuritas, atque perplexitas ſit futura, niſi prius Notarum ipſarum vis, ac poteſtas nitide explorata, vel conſtituta iam fuerit; quumque unus idemque character variis omnino vocibus, aut etiam numeris deſignandis adhiberi conſueverit, ſinguli valores illi accurate ſimul expoſiti, vel recenſiti fuerint; ut ex ipſo deinde orationis contextu perſpicue deprehendatur, quinam potius characteris eiuſdem valor in aliquo Marmore, quod explicandum nobis proponitur, intelligi ſupponique debeat. Plurima certe Marmora, aereaeque Tabulae ſubinde nobis occurrunt, quae quamvis eleganti characterum forma exaratae ſint; iis tamen vocum, aut numerorum compendiis reſperſae ſunt, quae legentis animum ita perturbent, remorentur, variaſque in partes ancipitem rapiant, ut exinde perſpicuus ſenſus aliquis exſculpi non poſſit; ibique potius arcana Sibyllae oracula, vel aenigmata quaedam, quam ſepulcralis titulus, vel perſpicua rerum praeteritarum memoria, exarata videatur. Literis, atque otio abutar, ſi id exemplis, quae innumera atque clariſſima proferri poſſent, hic fuſius exponere, ac probare velim. Facile id intelligere, vel experiri profecto poterit quicumque eruditae Antiquitatis ſtudio, atque amore percitus oculos in Graecorum Nummos, aut aereas etiam, atque marmoreas ipſorum Tabulas coniecerit. Repente nimirum intelliget, ubique fere haec vocum compendia, aenigmata, Notas obſervari; ſibique de vero Marmoris alicuius, aut Inſcriptionis ſenſu deſperandum eſſe, niſi ad illa praeſidiis iſtis inſtructus acceſſerit: ſicuti viciſſim omnia fere nitida, & explicatu facilia deprehendet, ſi Notas ipſas in iis intueri, accurate ſecernere, nativumque ſenſum, aut valorem ipſarum ſingulis tribuere didicerit. Sed nihil eſt tamen, quo clarius, ac uberius ingens illa, ac fere incredibilis Notarum explicandarum utilitas, atque neceſſitas oſtendatur, quam errores illi, quos a doctiſſimis etiam Viris in Graecis Marmoribus interpretandis admiſſos eſſe conſpicimus. Ipſorum aliquos hic indicaſſe liceat, non ut quidpiam illorum gloriae, praeclariſque in rem literariam meritis detrahatur; ſed ut operis ſolum, ſtudiique huius utilitas, atque praeſtantia demonſtretur; quumque diligens, ac honeſtus Antiquitatis cultor optimo maximoque iure intellexerit, Scriptores illos maxima ingenii doctrinaeque gloria floruiſſe; opportune tamen intelligat quid in uberrima, atque admirabili eruditionis copia adhuc in iis optari poſſe videatur; ut in naevis illis, ac erroribus praecavendis alacrior paratiorque fiat.

Vndenam vero potius, quam ab immortali Viro exordiar, qui omnium primus veram Chronologiae illuſtrandae, ceteriſque eruditae Antiquitatis ſtudiis corrigendis promovendiſque facem extulit, Scaligero nimirum, qui Gruteriano Operi *Indicum* acceſſione ſpiritum fere praecipuumque decus adiecit? Is vero, quum in plurimis Gruteriani Theſauri Marmoribus Notam hanc ℞ obſervaſſet, ipſamque dierum numero latina phraſi exprimendo praefixam conſpiceret, illa particulam Πρὸς deſignari putavit: quemadmodum Fabrettus (1) ipſe *compendium illud* ℞ *loco adverbi* Πρὸς *ſignificando tempori adhibitum* exiſtimavit; quum tamen ubique Compendium ipſum non πρὸς *ad*, ſed πρὸ *ante*, intelligi reddique debeat. Ita Scaliger (2) ipſe, ipſique inhaerens Reineſius, (3) charactere L, qui ſaepius in Nummis, atque Marmoribus obſervatur, Λύστρον *Luſtrum* exprimi putavit; quum tamen Noriſius, (4) aliique oſtenderint eo Λυκάβαντα, vel *annum* deſignari. Sponius (5) eximium in ipſo Corinthi iſthmo Marmor exſcripſit, in cuius initio legitur: Π. ΛΙΚΙΝΙΟϹ ΠΤΑΙΜ ΠΡΕΙϹΚΟϹ, ipſumque reddidit *P. Licinius Pyaem Priſcus*: quum tamen, ut Cl. Muratorius (6) optime feliciterque obſervavit, Πουβλίου Υἱὸς Αἰμιλίᾳ *Publii filius Aemilia*, ſcilicet Romana Tribu, legendum ſit. In alio autem Marmore Selimbriae poſito ubi legitur:

$\overline{\text{ΚЄ}}$ ΒΟΙΘΗ ΤΟ ΣΩ ΔΟΥΛΩ

ΣΕΡΓΙΩ ΒΑΣΙΛΙ ΣΠΑΘΑΙΩ

Sponius (7) ipſe interpretatur: *Domine, adiuva Servum tuum Sergium Regem*; Fleetvoodus (8) vero *Sergium Regi Spathaeo*: perinde quaſi vox integra ΒΑΣΙΛΕΙ nitide legenda foret: quum tamen ibi vocis contractio reperiatur, atque ΒΑΣΙΛΙκῷ ſuppleri debeat. Haec ipſa quoque Siglarum obſcuritas, quae doctiſſimis etiam Viris impoſuit, ut in explicandis illis minus accurate feliciterque ſtudium, atque operam collocaverint, modeſtiores alios ab extricandis Siglis aliis abſterruit, quae tamen in eiuſmodi ſtudii genere, vel leviter exercitato perſpicue explicatuque facillimae cenſeri debent. Ita Dukerus in *Praefatione* ad Thucydidis Opera teſtatur ſe eximium Thucydidis Codicem evolviſse, in cuius fine legebatur:

ε τ ζ $\overline{ϡ}$ $\overline{ϒ}$ $\overline{ζ}$ $\overline{π}$ $\overline{ε}$ $\overline{ν}$ $\overline{δ}$

ſubditque, quod *Notarum illae indicant Librum ſcriptum eſſe anno Mundi 6670. ſive Chriſti 1252. hae quomodo explicari debeant, nec Clariſs. Hemſterhuſius, nec ego adhuc inveſtigare potuimus*. Sed quis aperte non videat Siglas, aut Notas illas, quarum ſingulae in Monimentis aliis occurrunt, ita reddendas eſse: Πρὸ ε Νόνων Δεκεμβρίων, *Quinto Nonas Decembris*? quumque novus Graecorum annus a Kalendis Septembribus inciperet, anno Chr. 1252. Decembrem Menſem non in 6760 ſed in 6761. Mundi incidiſse? Quod ſi fortaſse cui mirum videbitur *primum* Decembris diem, qui *Kalendarum* nomine vocandus erat, hic *quintum ante Nonas* appellari, id ex barbara quidem, ſed aliquoties tamen uſitata, Graecorum quorumdam phraſi factum intelliget, quae in nonnullis etiam Marmoribus aliis occurrit, ut ad Notam $\bar{\text{c}}$, & ΔΕΚ. perſpicue demonſtravi. Ita facillime nulloque negotio intelligi expo-

(1) Pag. 587. (2) Emend. Temp. Lib. IV. pag. 482. (3) Epiſt. 48. (4) De Epoch. Syro-Maced. Diſſ. IV. c. 1. (5) Itin. Tom. II. pag. 294. (6) Pag. 137. n. 1. (7) Miſcell. Sect. X. n. 29. (8) Pag. 482. n. 6.

Digitized by Google

poniqne poſsunt numerales Notae, quae in extrema Boldettiani [1] Marmoris parte reperiuntur:

ΕΖΗCΕ ΝΕΤΕ ΙΖ.ΜΖ

Quamvis enim Cl. Editor interpretetur: *Vixit annos* XLVII. quod ibi characterem M, non veluti vocis Μῆνας compendium, ſed numeralem potius Notam eſse putaverit; perſpicuum eſt tamen ibi *annos* XVII. *menſes* VII. legendum eſse. Ita ſaepiſſime verus nativusque Inſcriptionum quarumdam ſenſus haberi facile poterit, ſi prius numerales Notae ab imperitis exſcriptoribus vitiatae rite feliciterque reſtituantur. Exemplis aliis, quae ſuperius expoſui ubi de varia numeralium Notarum poteſtate agebatur, hoc etiam accedat. Margarinus [2] epigraphen *Tiberio Claudio* Medico poſitam exhibet, in qua is artis ſuae ſpecimen ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΡΝΣΤ edidiſse dicitur. Ille nimirum, quum in Marmore Notam ϛ exaratam eſse conſpiceret, eamque pro duobus characteribus aliis Σ, & Τ in unum veluti nexum coaleſcentibus, a Graecis Scriptoribus uſurpatam eſse intelligeret, in exſcribendo Marmore Notae ipſius loco duos characteres illos Σ, Τ expreſſit: adeoque numerum inexplicabilem reddidit; qui facilis tamen, & perſpicuus erit, ſi ϛ, hoc eſt *ſenarii* nota Marmori reſtituta, legatur ΡΝϛ, ideſt CLVI. ut in Grutero [3] expreſsum conſpicitur.

At neque ſolum in explicandis, exponendiſque Notis felicitas, atque ſolertia in pleriſque Scriptoribus optari poſse videtur; verum etiam in iis accurate videndis excernendiſque; quum alicubi Scriptores aliqui Siglas quaſdam in iis Marmoribus effinxerint, in quibus nulla prorſus compendia reperiebantur; aut viciſſim in aliis Siglas diſſimulaverint, ubi certiſſime diſtingui illae debent. Ita, quum in Gruteriani Marmoris fine [4] legeretur: ΤΗ ΠΡ. Α. ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ.Η. ΕСΤΙΝ ΚΑΤΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΗΙC. ΠΑΧΩΝΙΑ, Latinus Marmoris interpres ita reddidit: *Pridie Nonarum Maii, quae eſt ſecundum Alexandrinos Pachonia*; quum tamen voces, ac Notae ita diſtingui debeant: ΠΑΧΩΝ ΙΑ, latineque reddendum ſit *Pachon*, nimirum Aegyptii menſis, *undecima*. Ita propemodum in Boldetti [5] Marmore numerales Notae finitimis vocibus ſic temere adiectae ſunt; ut Cl. Editor, ubi legitur,

ΓΑΖΑΙΒ ΚΑλΖΟΝΙΩΝ ΔΩΡΜΤΙΝΤΤΑ
ΚЄ ΦΙΛΙΑ. ΙΑΙ

latine reddiderit *Gazeo Calzonio. Dormit in pace. Filia propria*: quum tamen perſpicue characteres ΙΒ, veluti numerales Notae a praecedenti voce divelli debeant; in proxima ſyllaba ΚΑλ integra vox ΚΑΛΑΝΔΩΝ deliteſcat; atque character Ζ hic, alibique ſaepius, pro Ι poſitus fuerit; adeoque reddendum ſit *Gaza* XII. *Kalendas Iunias*. Ita viciſſim Scriptores alii in quibuſdam Marmoribus Siglas aliquas invexere, quibus nulla certe vocum, aut numerorum compendia inſcripta fuerant; quod ii nimirum, aut voces, aut Syllabas temere ſeiunxerint, quae coniunctae, vel certe coniungendae fuerant. Sic Reineſius Marmor Florentiae poſitum exhibens legit: [6]

ΚΛΑΤ-

(1) Pag. 392. (2) Num. 55. (3) Pag. 581. n. 9. (4) Pag. 314. n. 2. (5) Pag. Pag. 406. (6) Claſ. I. n. 196. pag. 199.

Digitized by Google

ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΛ
ΛΙΝΙΚΑ . ΤΕΙΑ
ΚΑΙ ΚΟΡΝΗΛΙ
ΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΕ
ΝΟϹ ΕΞ ΕΠΙΤΑΓΚ

perinde quaſi in voce ΤΕΙΑ, & ΕΠΙΤΑΓΚ Siglae quaedam, aut vocis compendium deliteſceret, ibique Ἐπιτάγματος *iuſſu* legendum eſſet. At Gudius [1] primum, moxque Cl. Gorius [2] Marmor ipſum accuratiſſime exſcribens habet: ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΑ; ſicuti Gorius ipſe legit ΕΠΙΤΑΓΗϹ, adeóque Siglas omnes eliminat. Apud Gruterum [3] ita Marmor exhibetur:

ΕΥΔΑΜΟϹ ΚΑϹΤΟΡΟϹ ΑΦΡΑΕΙϹ
ΕΤϹ·Κ. 7.Ι. Ρ.Ϲ

ibique doctiſſimi Viri Reineſius, Gudius, Maffeius Siglas aliquas ineſſe putarunt, easque varia, ac ingenioſa quoque ratione ipſorum quilibet explicavit. At Cl. Muratorio [4] gratiae habendae ſunt, qui Marmor ipſum ex melioribus Schedis aliis proferens, legit:

ΕΥΔΑΜΟϹ ΚΑϹΤΟΡΟϹ ΑΦΡΟΔΕΙϹ ΕΤϹ ΚΑΙΡΕ.

ut proinde, vera lectione ita Marmori reſtituta, Siglae prorſus evaneſcant. Quaemadmodum vero Siglae plurimae, aut vitioſa vocum compendia, quae certe ex Marmoribus expungi debent, ut in exemplis iſtis apparet, ex prava characterum forma, incondita vocum diſpoſitione, praeſertim vero ex innumeris aut quadratarii, aut exſcriptorum vitiis prodierunt; ita quoque plures aliae ex peculiari quodam more irrepſere, quo voces ipſae interiectis quibuſdam punctis abrumpi, ac fere diſcerpi conſueverant. Sic in Boldetti [5] Marmore ubi legitur:

ΠΤΟΛΜΑΙϹ . Α.Ι.ΜΝΗΓΑΙΕΝ ΘΕω

Notam aliquam deliteſcere exiſtimaveris; quum tamen ibi integra certe vox haberi, ſublatiſque mendis, legi debeat: ΑΕΙΜΝΕΣΤΗ; ut variis exemplis oſtendi, atque ex hoc etiam inferri poteſt ΜΕΣΣΙΑ ΑΙΜΝΕΣΤΗ ΠΑΡΑΚΟΙΤΗ. [6] Ita in Heſſelii [7] Marmore, ubi nunc exaratum conſpicitur:

Β . Η . ΣΕΥΤΥΧΗ

ſupplendum, ac reſcribendum eſſe obſervavi ευσεΒΗΣ ΕΥΤΥΧΗσ. In alio Boldetti Marmore [8] habetur:

ΑΠΟ ΚωΜΗΣ ΚΟΒΡ. ΘΕΟΣ

idque ab erudito Editore latine redditur *ex Oppido Cobri. Deus*; quum tamen ibi nulla vocis contractio reperiri videatur; ſed ſublata potius interpunctione legendum ſit ΚΟΒΡΟΘΕΟΣ. Denique in alio Lapide apud Boldettum ipſum [9] legitur:

ΒΙΧΕΝΤΙ . ΟΤϹ . Є. ΝΙ . ΡΗΝΙ ΠΡΟ . Α . ΓΙ

ibique nullum vocis compendium occurrere; ſed integras potius voces, ſublatis punctis omnibus, haberi iam demonſtravi.

Ita-

(1) Pag. 64. (2) Par. I. n. 64. pag. 101. (3) Pag. 870. n. 1. (4) Pag. 1027. n. 1. (5) Pag. 416. (6) Murat. pag. 275. n. 1. (7) Append. Praef. n. 20. (8) Pag. 417. (9) Pag. 477.

Digitized by Google

Itaque, ut omnia verbo complectar, Graeca Marmora rite intelligi, vel explicari certe non poterunt, niſi vitia, & errores, qui in ea fortaſſe irrepſerint, accurate obſerventur: ſpuriae Notae, ſeu vocum compendia, quae ex vitioſa ſolum characterum forma, abnormi vocum diſpoſitione, ac interpunctione prodierunt, expungantur: Notae illae, quae Marmoribus ipſis vere inſcriptae fuerint, ſecernantur: verus denique, ac nativus ipſarum valor accurate cognitus, perſpectuſque ſit. Quis vero haec omnia rite peragi, vel ſperari poſſe putaverit, niſi prius earum Notarum ſeries, quae frequentius in Marmoribus obſervantur, contexta fuerit; ut ipſarum praeſidio Notae ceterae ſic explicentur, ut Marmorum Notis, ac vocibus invicem collatis facile intelligi oſtendique poſſit, an in propoſito Marmore Nota quaedam deliteſcere videatur; atque ubi fortaſſe Marmorum aliorum exemplo, ac praeſidio Nota quaedam in illo detegatur, ea ex verborum contextu, ex characterum valore iampridem in monimentis aliis perſpecto, ex circumſtantiis aliis accuratiſſime exploratis exculpatur? Optime quidem novi ingenueque profiteor, Notas aliquas interdum occurrere, quae obſcurae adeo implexaeque ſunt, ut facile dirimi, vel extricari non poſſint, nulluſque ſplendor ex Notarum aliarum ſerie, & interpretatione, ſive ex Marmoribus aliis, accedere videatur. Id tamen fidenter vereque dixerim paucas admodum has eſſe poſſe, ac plerumque obſcuritatem illam ex depravata ſolum Marmorum lectione, Scriptorumque erroribus prodiiſſe. Sed quamvis etiam obſcuritas, ac difficultas illa aliis ex fontibus profluxerit; quum tamen ceterae quoque, atque innumerae propemodum Notae eodem ipſo iure, harum inſtar obſcurae, & inexplicabiles ſint futurae, niſi accurata ipſarum ſeries contexta, earumque interpretatio propoſita fuerit, exinde quoque maxima, atque incredibilis Notarum una colligendarum neceſſitas manifeſtiſſime deduci debet. Ita propemodum Scriptores omnes ingenue teſtantur, & quicumque Latina Marmora inſpexerit, intelligere profecto poterit, quod Notae plurimae in iis occurrunt, quarum vis, aut poteſtas omnino incognita, & adhuc impervia ſit. Sed, quum eruditi viri facile intelligant, quod haec ipſa perplexitas, & obſcuritas, quae in paucis adhuc ſupereſt, facile in Notas omnes, ac ſingula fere vocum compendia longe lateque diffunderetur, niſi illarum ſeries expoſita, & interpretatio inventa iam foret; praeclare certe de literis, atque eruditae Antiquitatis ſtudio meritos illos exiſtimant, qui ſingulas *Romanorum Notas* una complecti oportere cogitarunt; quum praeſertim facile ex monimentis aliis, quae fortaſſe affulgebunt, obſcurioribus etiam iſtis lux aliqua oriri repente poſſit. Id vero meliori fortaſſe iure de Graecis omnibus ſperare iam liceat, quippe quae pauciores ſunt, longeque facilius Marmorum hactenus editorum praeſidio a ſubtilioribus acrioriſque ingenii viris exponi poſſe videntur.

§ V.

Digitized by Google

## § V.

### *De Scriptoribus, qui Graecorum Notas aut explicandas, aut una recenſendas ſuſceperunt.*

QVum tanta in variis Notarum, aut compendiorum generibus, quae marmoreis aereiſque Graecorum Tabulis ineſſe ſolent, una colligendis explicandiſque utilitas eſſe debeat, ut ſuperiori loco iam vidimus; mirari certe quis poterit, cur ex innumeris Scriptoribus peritiſque Viris, qui in Graecis Latiniſque Marmoribus illuſtrandis laudatiſſimam operam collocarunt, pauci admodum, nulluſque fere, de ſingulis Graecorum Notis una recenſendis exponendiſque ad haec uſque tempora cogitaverit; quum tamen plurimi Latinorum Notas una colligendas, atque explicandas ſuſceperint. Quemadmodum enim ſuperius oſtendi, ipſa quoque Neronis aetate, qua ſingula fere compendiorum genera frequentiſſime uſurpata, adeoque Romanorum pleriſque perſpecta, fuerant, integram illarum ſeriem Probus contexuit; aliamque prorſus ipſarum congeriem Anonymus ille edidit, cuius *Librum iam paene deletum* ſe *renovaſſe* Petrus Diaconus teſtatur; ut nihil hic iterum de Papiae, Magnonis, aliorumque Notis commemorem. Vbi vero tribus fere ab hinc ſeculis immanis illa barbaries, quae ubique Gentium incubuerat, eximia imprimis Italorum opera diſpelli, adeoque exſtincta fere literarum gloria reviviſcere, ac poſtliminio reverti coepit, plurimi ad Latina Marmora colligenda, ſimulque varias ipſorum Notas explicandas animum appulerunt; quos inter excellere merito exiſtimantur Guarinus Veronenſis, & Ferrarinius Regienſis, qui Probi Librum anno 1486. edidit, ipſique plurimas Notas alias adiecit. Quemadmodum vero Petrus Appianus uberem Inſcriptionum veterum collectionem edidit an. 1534. ita quoque *Abbreviationes vetuſtorum Monumentorum* expoſuit. Torellus Saraina Veronenſis anno 1540. *Literarum antiquarum Interpretationem* edidit; quemadmodum Aldus Nepos duodeviceſimo aetatis anno *De veterum Notarum explanatione, quae in antiquis Monumentis occurrunt*, Commentarium conſcripſit, qui an. 1591. Venetiis prodiit. Smetius ingenti veterum Monimentorum Collectioni, quam an. 1588. publicavit, Notarum omnium, quae Marmoribus ipſis inſcriptae fuerant, ſeriem, & explicationem adiecit; eiuſque ſeries ſub *Anonymi* titulo a Fabricio laudata, a Gothofredo in Grammaticorum Collectione, iterumque a Goltzio in *Theſauro Rei antiquariae* anno 1618. edita fuit. Horum veſtigiis inſtiterat magnus Scaliger, qui quum varios, & accuratos illos Gruteriani Operis Indices adornaret, in xx. Capite ſingulas Latinorum Notas una recenſuit, & explicavit; eoque facem hanc praeferente, Reineſius, Gudius, Gorius, aliique plurimi hoc ipſo ſtudii ac diligentiae genere commendantur; quod Notas omnes Marmoribus ab ipſis editis inſcriptas accuratiſſime complecti, & exponere conſueverint. Antequam tamen haec nova Marmorum Syntagmata prodirent, Sertorius Vrſatus anno 1672. ingentem illum de *Notis Romanorum* Commentarium ediderat, in quo Notas omnes, quae iis temporibus obſervatae fuerant, ita recenſuit, ut ipſarum in-

Digitized by Google

interpretationes partim ex Scriptoribus, quos ubique ingenue modeſteque nominat, acceptas; partim ingenio, ſtudioque ſuo inventas ſubiiceret. In tanta vero Librorum ſatietate, quos accurate Fabricius [1] enumerat, tantoque Scriptorum numero, qui de variis Romanorum Notis una colligendis explicandiſque cogitarunt, nullus tamen Graecorum Notas, quae in Lapidum, aut veterum Monimentorum Collectionibus reperiebantur, exponere complectique voluit; ſed ipſorum quilibet eas ſolum Notas ſuis in locis exponere, ac interpretari ſtuduit, quas in peculiaribus quibuſdam Monimentis invenerat. Ita Scaliger ex Graecis Monimentis omnibus, quae in Gruteriano Theſauro reperiebantur, Deorum, Ludorum, Magiſtratuum, Auguſtorum, Officiorum nomina, quae plerumque mutila, vel contracta fuerant, accurate collegit, ſupplevit, atque alphabeticam ipſorum ſeriem in ſingulis Capitibus ſeorſim a Latinis exhibuit; adeoque plurima Graecarum vocum compendia, ſive Notas expoſuit. Ita propemodum Gruterus ipſe, Aegius, aliique plures, qui Graecorum Marmorum interpretationem Gruteriano Operi inſertam edidere, ſingulas fere vocum contractiones, aut Notas in iis conſpicuas explicarunt; quemadmodum certe Gualtherius, ubi *Tabulas Siculas* edidit, latinaque interpretatione donavit, pleraſque ipſarum Notas feliciter accurateque explicavit, ut variis in locis opportune obſervabitur, ubi Notas aliquas ex ipſis Gualtherii Tabulis proferri contigerit. Maxima quoque ingenii, ac eruditionis gloria Seldenus, & qui Seldeno duce *Arundelliana*, vel *Oxonienſia Marmora* illuſtravit, Prideauxius plurima numerorum, & vocum compendia, quae in iis occurrunt, feliciter explicavit, Latiniſque Marmorum Notis exponendis Prideauxius ipſe breviorem Urſati Commentarium univerſo Operi ſubtexuit. Longe tamen Cl. Viris iſtis tum in explicandis Graecis Marmoribus accuratior, tum in extricandis etiam ipſorum Siglis felicior Reineſius; quippe qui ſingula fere Graecarum vocum compendia Marmoribus inſcripta diligenter expoſuerit; quemadmodum plurima id genus compendia, quae in ſacris praeſertim Chriſtianorum titulis obſervantur, Boſius, Arringhius, & Fabrettus optime demonſtrarunt. Ita quoque, quum plurima Chriſtiana Marmora Marangonius, & Boldettus ex Romanis Coemeteriis eruta protuliſſent, eademque latina interpretatione donaſſent, omnia fere numerorum, aut vocum compendia, quae iis inſcripta fuerant, exponere ſunt conati: quamvis alicubi prava characterum forma, ac perturbatus vocum ordo, aliaque id genus in cauſſa fuerint ne Scriptores illi pietatis, ac eruditionis gloria merito commendati verum nativumque Notarum ſenſum attingerent; quod tamen ubique fere doctiſſimo, atque in eiuſmodi ſtudiorum genere mirifice exercitato Viro Antonio Lupo feliciter contigiſſe conſpicimus.

Ex profanis vero Marmoribus longe maximam uberioremque copiam Sponii laboribus, induſtriae, ingentique curae debemus: quippe quum Wehelero comite Italiam, variaſque Orientis regiones inviſit, ibique plurima tum Graeca, tum Latina Marmora diligenter exſcripſit, quae deinde in patriam redux tum in *Miſcellaneis Eruditae Antiquitatis* anno 1685. tum in extrema Itinerarii Parte anno 1678. edidit. Quandoquidem vero pleraque ex Marmoribus iſtis tum numeralibus Notis, tum aliis vocum compendiis

§§§§§§ reſ-

(1) Biblioth. Latin. Libr. IV. c. 6. pag. 446.

reſperſa fuerant, Siglas iſtas accurate maximaque ex parte feliciter ille explicavit; praeſertim vero L. Atticae Populorum nomina plerumque Notis expreſſa ſubtiliter ingenioſeque expoſuit, ut in accurata illorum recenſione apud Cl. Maffeium obſervatur.

Quemadmodum tamen aliorum omnium diligentiam in inquirendis, colligendis, exponendiſque tum Graecis, tum Latinis Marmoribus, edito paucis ab hinc annis *Novo Inſcriptionum Theſauro*, Cl. atque immortalis Muratorius longiſſime ſuperavit, ita quoque uberrima Notarum ſeges in eximio, praeſtantique hoc Opere reperitur, quarum plurimas ab illo feliciter, ingenioſeque expoſitas eſſe conſpicimus. Atque utinam quidem eruditi Viri, qui ingenti huic Operi adornando ſymbolam contulerunt, doctiſſimoque Viro Inſcriptionum exempla, vel latinas alicubi interpretationes ſuppeditarunt, in Marmoribus ipſis, aut Schedis exſcribendis accuratiorem operam collocaſſent, ut ubique nempe Cl. Editor tum in exprimendis Inſcriptionum vocibus, tum in ſecernendis Notis, tum in iis latine reddendis pari felicitate uti potuiſſet! Sed optimo maximoque iure doctiſſimus Editor pag. 51. 66. 134. 160. 221. alibique ſaepius obſervavit Marmora quaedam minus accurate ſincereque expreſſa fuiſſe; adeoque ſibi de Inſcriptionis ſenſu, de Notarum valore, quod ingenue modeſteque ſemel iterumque fatetur, divinandum fuiſſe. Quod ſi fortaſſe alicubi in immenſo hoc Opere doctiſſimo Viro graviſſimis aliis ſtudiorum generibus occupato error irrepſit, nihil eſt certe quod immenſa ipſius in rem literariam merita extenuare, aut

*haerentem capiti multa cum laude coronam*

detrahere quis velit: quum praeſertim eruditi etiam Viri in Graecis Latiniſque Marmoribus, aut exſcribendis, aut explicandis non aberrare ſolum, ſed inter ſe quoque mirifice diſſidere conſpiciantur. Ita, quum unum idemque Marmor tum a Sponio, tum a Wehelero ipſius comite exſcriberetur, maxima ſubinde in ipſorum apographis, longeque etiam maior in interpretatione, varietas reperitur; ut Fleetvoodus optime obſervavit. Exemplo quoque, vel argumento eſſe poterunt Celeberrimi Viri Leichius, & Hagembuchius, quorum uterque, quum Marmora quaedam a Muratorio edita interpretanda ſuſcepiſſet, in varias planeque diſſidentes ſententias abivit, ut opportune ad Notam A in ipſo Operis limine obſervabitur. Ceterum, ſi ex ingenti illa Muratorii Collectione naevos illos ſubſtuleris, nemo eſt certe, qui vel plures in Marmoribus Notas viderit, aut qui plures erudite, feliciter, ingenioſeque explicaverit; ut ex integra Notarum mearum ſerie conſtabit, in qua ſaepiſſime Muratorii nomen, eiuſque Siglae, & Siglarum interpretationes ingenue proferentur.

Clariſſimis tamen Viris iſtis ea ſolum Notarum genera, vel numerorum, aut vocum compendia exponere, ac interpretari mens fuit, quae in iis Marmoribus, aereiſque Tabulis obverſabantur, quas ipſi omnium primi ex tenebris erutas in lucem extulerunt, adeoque in nova Inſcriptionum Collectione ab ipſis adornata reperiebantur. Nullus vero de Notis omnibus, quae in ſingulis Graecorum Tabulis, in quocumque demum Opere, Libro, Theſauro, vel Collectione reperirentur, una colligendis, recenſen-

dis

dis explicandiſque cogitavit; quamvis Notarum omnium ſeries, quae Graecis Nummis inſcriptae fuerant, a Vaillantio, Nicolao, aliiſque pluribus contexta, maximoque Eruditorum commodo adornata iam foret. Id operis atque conſilii omnium primus ſuſcepiſſe videtur Chriſtophorus Woltereck, de quo teſtatur Fabricius, quod *Urſati opus in alterum tantum auxit, & Graecas quoque Siglas (longe quam dedit Io. Valens ad calcem Numiſmatum Graecorum locupletiores) ſimul eſt exhibiturus*. Sed ille optimi Fabricii ſpem, & Eruditorum vota hactenus fefellit; quum ingens iſta Latinarum Graecarumque ſimul Notarum Collectio nondum lucem adſpexerit. Itaque Spartam hanc omnium primus, eximio prorſus in literis fovendis, augendis promovendiſque ſtudio, atque ardore feliciter adornavit eruditiſſimus Maffeius; quumque pluribus, aureis, atque immortalibus ſcriptis aliis ſingulas fere Antiquitatis partes uberrime illuſtraſſet, in hoc etiam ſtudii genere facem extulit, novoque praeſidio eruditae Antiquitatis cultoribus prodeſſe voluit. Ille nimirum Siglas omnes, quas in Graecis Lapidibus, aereiſque etiam Laminis obſervaverat, in unum veluti corpus, addita ipſarum interpretatione, & alphabetica ſerie obſervata, congeſſit; eximiumque Librum *de Graecorum Siglis Lapidariis*, vertente anno 1746. Veronae edidit. In illo *tercenta* fere vocum compendia ex *Grutero*, *Montfauconio*, *Sponio*, *Smitho*, *Fabretto*, *Chishullo*, *Vignolio*, *Prideauxio*, *Gualtherio*, *Cyriaco*, *Reineſio*, *Arringhio*, *Smetio*, *Donio*, *Boſio*, atque ex aliis excerpta ingenioſe feliciterque exponuntur; eademque Marmora, vel Scriptorum interpretationes opportune emendantur, aut illuſtrantur. Numerales deinde Notae ex iiſdem illis Scriptoribus erutae explicantur; plura de varia ſcribendi ratione, Notarum Siglarumque diſcrimine, origine, antiquitate praeclare, atque ſubtiliter afferuntur; Monimenta quaedam, vel hactenus inedita, vel accuratius exſcripta ſubiiciuntur; plurima denique de vera nativaque Siglarum explicandarum methodo incredibili quadam eruditionis copia, atque ubertate demonſtrantur.

## § VI.

### *De Operis huius occaſione, conſilio, fine, ac methodo.*

EXpoſitis autem iis, quae ad varia Notarum nomina, ipſarum originem, varietatem, antiquitatem, uſum, atque Interpretes ſpectare poterant, id unum poſtremo tandem loco iam ſupereſt, ut aliqua de me, ſtudiiſque hiſce meis, coronidis inſtar, adiiciam, atque univerſi demum Operis, quod ingenuis Adoleſcentibus Antiquitatis cultoribus erudiendis adornandum ſuſcepi, finis, occaſio, conſilium, ac methodus oſtendatur. Atque, ut ab ipſo Notarum una colligendarum conſilio, operiſque ſcribendi occaſione exordiar, ubi primum de *Faſtis Atticis* edendis cogitavi, atque univerſa Veterum teſtimonia, ac Monimenta ſubtilius inquirenda, & excutienda ſuſcepi, quibus Athenienſis Reipublicae forma, civilis anni periodus, Populorum numerus, Tribuum ordo, Senatus dignitas, Magiſtratuum ſeries, Archontum nomina, Ludorum, Feſtorumque varietas oſtendi poſſet, non modo ſingulos, atque uberrimos Graecorum Scriptorum fontes adivi; ve-



Digitized by Google

rum etiam ſingula Marmora, aut Inſcriptiones omnes conſului, ex quibus Atticarum rerum memoria, & cognitio exſculpi, adeoque ſtudiis operique meo praeſidium, aut ſplendor aliquis accedere poſſe videretur. Quandoquidem vero in pleriſque Marmoribus illis, quae a Grutero, Cyriaco, Prideauxio, Muratorio, Sponio, ceteriſque Scriptoribus afferuntur, numerales Notae, aut alia vocum compendia ſaepiſſime obverſabantur, earumque plurimas, aut inexplicatas, aut minus aliquando feliciter expoſitas eſſe conſpexeram, non modo de ipſis rite interpretandis cogitavi; verum etiam de ceteris quoque, quae ſubinde in Marmoribus aliis occurrunt, recenſendis conſilium ſuſcepi; quum obſcuriorum certe quarumdam Notarum cognitio, veruſque characteris alicuius valor ex alterius Marmoris obſervatione, aliarumque Notarum interpretatione, ex variis nimirum Marmoribus invicem collatis, oriatur. Id intelligere, vel experiri profecto poterit, quicumque in duo Faſtorum Atticorum volumina hactenus edita oculos perhumaniter coniecerit. Facile nimirum intelliget, tum in recenſendis excutiendiſque Atticae Populis, novaque ipſorum ſerie contexenda; tum in vero Tribuum ordine, qui eruditis omnibus adhuc incognitus erat, demonſtrando; tum in novis Eponymorum Archontum nominibus explorandis; tum in variis Graecarum Gentium menſibus inveniendis, tum in pluribus aliis Atticae Hiſtoriae capitibus illuſtrandis plurima id genus monimenta a me proferri, quibus varia Notarum genera inſcripta fuerant; atque ita proferri, ut ubique Notarum ipſarum vis oſtendatur, ipſarumque valor, & explicatio a Scriptoribus aliis tradita aliquando refellatur. Haec ipſa quoque Notarum explicandarum neceſſitas, ac ſtudium facile in *Agoniſticis* etiam *Diſſertationibus* obſervatur, quas una cum ſecundo Faſtorum volumine tribus ab hinc annis edidi. Etenim in iis Marmora quaedam, aut prius a Scriptoribus aliis expoſita, aut a me primum edita conſpiciuntur, quibus Notae quaedam inſcriptae fuerant, quas ego omnium primus expoſui. Itaque iam inde ab ineunte anno 1745. quo primum *Faſtorum* Volumen, altero iam typis commiſſo, lucem adſpexit, ingentem Notarum numerum ex Graecis Marmoribus exſcerpſeram, earumque ſeriem in adverſaria conieceram, non ut privato ſolum uſui mihi illae forent, atque in iis moleſte recenſendis erudito genio indulgerem; ſed ut integram quoque Notarum omnium Collectionem abſolverem ubi ſecundo *Faſtorum* Volumini ſupremam manum impoſuiſſem, meliorque ſpes laboribus hiſce meis in maxima domeſticae rei anguſtia affulſiſſet. Conſilium votumque hoc meum perſpicue ſatis oſtenderam in Epiſtola, qua erudito Viro mihique amiciſſimo gratias egi, qui aureolum Maffeii Librum nuperrime Florentiam advectum mihi pridem communicaverat; cuius Epiſtolae pars longe maxima in Eruditorum Diario (1) Florentiae edito inſerta fuit. Vberior Notarum a me collectarum ſeries, methodi varietas, aliaque id genus plura, quibus haec ipſa quoque Notarum Collectio hactenus a me concinnata pretium aliquod habitura videbatur, impellere quidem, ac hortari me poterat, ut illam abſolverem; ſed nihil tamen aut commodius, aut opportunius accidere, neque acrius urgere profecto potuit, quam effuſa CARDINALIS QVIRINI Maecenatis optimi, ac beneficentiſſimi liberalitas, ac

(1) Tom. IV. Par. III. pag. 155.

Digitized by Google

ac munificentia, qui ſe Operis edendi curam, aut ſumptum ultro in ſe receptum admonuit. Itaque novo hoc inſperatoque praeſidio, veluti divinitus oblato, opus iam abſolutum ſuperioribus Martiis Kalendis typis excudi coepit; eiuſque intra vertentis anni ſpatium prodituri Diaria ipſa [1] ſpem fecerant, quum autumno ſuperiore integra Notarum ſeries excuſa iam foret. Sed quum Operi, vel Commentario *de Notis Graecorum* ſex Diſſertationes, *Appendicis* inſtar, ſubtexere libuiſſet, quibus eximia quaedam Marmora, Siglaeque iis inſcriptae uberius exponerentur, ſerius aliquanto, quam par fuerat, lucem adſpicere edique debuit. Atque iſta quidem de Operis huius adornandi cauſſa, & origine; ne cui fortaſſe mirum videatur quod ex *Faſtis Atticis* ad *Graecorum Notas* tranſiliverim: perinde quaſi hoc ipſum ſtudii, ac eruditionis genus cum alio ſtudiorum genere arctiſſimo veluti foedere non coniungatur. Quod vero ad Notarum numerum attinet, ſi univerſis in Opere iam recenſitis paucas alias adieceris, quae deinde affulſere, *mille* propemodum Notas, aut numerorum vocumque compendia, & contractiones habebis, quarum valor, & explicatio a me proferatur. Quamvis tamen Scriptores omnes, & ſingulas Inſcriptionum Collectiones meliori qua potui accuratione, ſtudio, ac labore inſpexerim; nullus tamen dubito quin aliae quoque Notae repente prodire, vel in editis etiam, atque a me inſpectis Scriptorum Libris inveniri facile poſſint, quae diligentiam oculoſque meos effugerint. Quemadmodum enim optime ſapienterque in pari fere argumenti ſtudiique genere dixit Auſonius, [2] hic eſt *campus, in quo alius alio plura invenire poteſt, nemo omnia*. Quid vero *Notae* nomine intelligam, ſuperiore loco opportune iam monui; quemadmodum etiam cauſſas expoſui, quibus una eademque alphabetica ſerie tum vocum compendia, tum numerales etiam Notas, omnia nimirum Notarum genera, ſimul recenſenda, & explicanda putavi. Illud unum hic tamen ingenue monuiſſe iuverit, quod in ipſa Notarum ſerie contractas, aut mutilas, aut imperfectas voces aliquas interdum exhibui; quae quadratarii potius, vel exſcriptoris errata, quam vere Notae, aut vocum compendia, cenſeri debeant. Ita ΑΒΙΠϹ, ΑΤΟΙϹ, ΚΕ, ϹΤΗ, ΓΗ ſuis in locis expoſui: perinde quaſi ibi Nota, vel contracta vox aliqua deliteſceret; quum tamen, ut facili coniectura, aut ex accuratioribus Schedis aliis oſtendo, ibi vox ΑΒΙΓΙϹ, ΑΥΤΟΙϹ, ЄΤΗ, ΤΗ legenda ſit. Alibi vocem ΛΗΚΑΙΔΗ, & characterem Ι in Marmore quodam ſuperſtitem recenſeo; quum tamen ibi non Sigla, aut numerales Notae, ſed ſolae vocum laciniae, ſuperſint; quibus rite ſuppletis, integra vox ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΔΗΜΟΣ, & ΚΑΙ exſculpi debet. Ea vero de cauſſa mutilas etiam, laceras, & imperfectas voces iſtas in Notarum ſerie recenſendas exiſtimavi, quod ipſae quoque in Marmoribus quamdam fere Notarum imaginem praeſeferant, adeoque facile Notarum inſtar ab aliquibus haberi, ac veluti Notae ſumi poſſint, niſi verus ipſarum valor, aut ſenſus opportune oſtendatur. Ita propemodum Cl. Maffeius vocem ΑΖ̄ΠΩ in Notarum numeralium ſeriem recenſuit, quamvis illa non aliud, quam vocem ΑΞΙΩ, ſignificet, quod ibi, inquit ille, *numeros latere crederes*; eodemque prorſus iure *Cyriaces* titulum exſcripſit, in quo *compendium nullum, ſi errores emendaveris, habebis*;

(1) Tom. V. Par. I. pag. 207. (2) In Gryp.

*bis*; quod titulus ille *compendiis conglobatis videatur conſtare*. Sic aliquando Notas aliquas, aut vocum compendia, quae tamen ex Marmoribus expungi debent, aut Marmoribus rite lectis, & reſtitutis ineſſe non poſſunt, ſuis in locis exhibenda putavi, quod illa a Scriptoribus aliis veluti Siglae recenſeri conſueverint. Ita, quum alii in Florentino Marmore legerint: ΕΠΙΤΑΓΜ, in Muratoriano Bimardus legerit ΤΑΙΕΡ, in Corcyrenſi Montfauconius exhibeat ΚΑΙ ΤΑΛ, in Gruteriano Maffeius legerit ΕΤΣ. Χ; in alio Marmore Reineſius expreſſerit ΘΕΟΔΩΡΑ C, iiſque in locis Scriptores illi Siglas, aut vocum compendia reperiri putaverint, ego quoque contractiones iſtas Siglis accenſeo; quamvis deinde, vera lectione Marmori reſtituta, eiuſmodi Siglas prorſus evaneſcere demonſtraverim. Exinde vero hoc etiam commodi, atque praeſidii oriri fortaſſe poterit, ut qui Marmora a Scriptoribus aliis expreſſa conſulat, ibique Siglas deliteſcere ſuſpicetur, ubi Notas ipſas in alphabetica ſerie a me contexta inquirat, non modo veras Notas a falſis accurate ſecernere, verum etiam ſinceram Marmoris formam nativumque ſenſum intelligere fortaſſe poſſit. Haec ipſa utilitas operiſque fructus in cauſſa fuit cur ex iis etiam Marmoribus Siglas excerpſerim, quae aut falſa, aut ſuſpecta cenſeri facile poterant; non modo quod Inſcriptionum illarum falſitas non ita facile definiri ſubinde poſſit, aut certe ſubtilior illa diſquiſitio alterius Operis, & argumenti eſſe debeat; verum etiam, quod ex Siglis ipſis, earumque perplexitate, ac inſolentia, veluti charactere Inſcriptionum, falſitas aliquando inferri oſtendique poſſe videatur.

Denique, quod ad ordinem conſtantemque methodum attinet, quam in recenſendis explicandiſque Notis obſervavi, initio Notam ipſam, ſive illa numerus, ſive vox exprimatur, eadem prorſus characterum forma, ac interpunctione, quae in Monimentis ipſis conſpicitur, lineolis etiam punctiſque adiectis, exhibeo. Tum *δι' ὅλων γραμμάτων*, integra nimirum voce minoribus characteribus graecis expreſſa, ipſius vim, ac interpretationem, addita ſubinde latina verſione, ſubiicio. Vbique Marmor ipſum aereamve Tabulam, in qua Sigla reperiatur, unaque Scriptorum loca, in quibus illa profertur, accuratiſſime expono. Si Marmor ipſum, aut breve fuerit, aut Siglas alias alibi explicandas contineat, aut etiam mutilum depravatumque ſit, ideoque corrigi, ſuppleri, & illuſtrari poſſit, integrum profero; alioquin unicum, aut aliquos ſolum ipſius verſus exhibeo, ut de vero Notae valore, atque interpretatione ex integro vocum contextu facile decerni poſſit. Notas omnes, aut Siglas, quae in eximia Cl. Maffeii Serie, vel Recenſione continentur, aſteriſco ubique praefixo diſtinguendas eſſe putavi; ut exinde quoque Siglis ipſis, earumque interpretationi ſplendor atque autoritas oriatur. Si Notae valor, a Scriptoribus aliis traditus inventuſque ſit, id ubique ingenue modeſteque ſemper expono. Quae Siglae mihi primum inventae, explicataeque fuerint, accurate commemoro, atque ubi Notarum interpretatio ab aliis tradita minus aliquando accurata videatur, ab illorum ſententia, ea qua par eſt modeſtia, diſſideo; ut aliorum tamen opinio ſincere prius ſuiſque coloribus exprimatur; adeoque facile intelligi deprehendique poſſit quaenam explicatio concinnior, ac veriſimilior haberi, ceteriſque praeferri debeat. Quandoquidem vero obſcurio-

rio-

Digitized by Google

riora quaedam vocum compendia rite exponi, ipſarumque vis feliciter inveniri, vel oſtendi non poterat, niſi Deorum, Vrbium, Ludorum, Magiſtratuum, Officiorum, ac Menſium nomina perſpecta forent; adeoque in extricandis illis plurimus aliquando ex Hiſtoria, Geographia, Chronologia, ac Diſciplinis aliis ſplendor accederet, varia ſubinde ad egregias Diſciplinas illas ſpectantia opportune diſſerui: non modo, ut antiqua monimenta corrigi, ſuppleri, exponique poſsent; verum etiam, ut eiuſmodi ſtudiorum genus, & Siglarum inveſtigatio, quae aſperior, inſuavis, ſpiniſque obſita cenſeri facile poterat, aliqua iucunditate, & eruditionis copia aſpergeretur, adeoque alacrius fortaſse, atque iucundius ab ingenuis Adoleſcentibus aquiri poſset.

Ceterum an ſuſcepto muneri pro rei dignitate reſponderim, adeoque meam, aliorumque ſpem impleverim, alii viderint. Non is profecto ego ſum, qui in re ſubobſcura, plurimiſque ambagibus impedita, in qua doctiſſimos etiam Viros aberraſse iam vidimus, ubique feliciter diſputaſse me exiſtimem, veramque Notarum vim, ac explicationem mihi affulſiſſe confidam. Id unum tamen ab aequis, honeſtiſque eruditae Antiquitatis cultoribus non immerito fortaſſe ſperari a me poſſe putaverim, ut ſi alicubi minus accurate diligenterque Marmor aliquod expreſſerim, aut Notam ipſi inſcriptam explicaverim, id perhumaniter quidem amiceque ignoſcant; conſilium autem meum, quo ſtudioſae Iuventutis commodo conſulere, ipſique hoc novo praeſidii genere prodeſſe volui, amore, ac benevolentia ſua probare complectique velint.

# OPERIS VNIVERSI
## CONSPECTVS AC DISTRIBVTIO.


| | Pag. | |
|---|---|---|
| *Dedicatio* | | v. |
| *In Notas Graecorum Prolegomena* | | IX. |
| *Notae Graecorum* | | I. |
| *Notarum Graecarum Index* | | 77. |
| *Addenda, & Corrigenda* | | 85. |
| *Appendix ad Notas Graecorum* | | I. |
| *Diſsertatio I. ad Reverendiſsimum Patrem Ioſephum Auguſtinum Dulbequium Cler. Reg. Scholarum Piarum Praepoſitum Generalem* | | VII. |
| *Diſsertatio II. ad Illuſtriſs. Clariſsimumque Virum Innocentium Fliſcum Patricium Genuenſem* | | XX. |
| *Diſsertatio III. ad Illuſtriſs. ac Reverendiſsimum Dominum Salvinum Salvinium Patricium, & Canonicum Florentinum* | | XXXXI. |
| *Diſsertatio IV. ad Clariſsimos Viros Etruſcae Cortonenſis Academiae Socios* | | LXV. |
| *Diſsertatio V. ad Clariſsimos Viros Societatis Florentinae Columbariae Socios* | | LXXXII. |
| *Diſsertatio VI. ad Clariſſimum Virum Antonium Franciſcum Gorium Baſilicae Baptiſterii Florentini Praepoſitum, & in Patria Academia Profeſſorem* | | XCVII. |


NO-

Digitized by Google

# NOTAE GRAECORVM

## A

A Εἷς, μία, ἕν *unus*, *una*, *unum*. Fabrettus pag. 161. n. 292.

ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΝΙΑΥΤΟΝ - Α
Μ - Ι

Ita apud Muratorium pag. 1165. n. 10.

ΕΤΗ . Ζ . Μ . Α̅ . ΗΜ . Γ̅ . Ω . Ζ̅ . & infra
ΕΤΗ . ΛΕ̅ . Μ . Α̅ . ΗΜ . Γ̅

Ita pag. 1704. n. 7.

Ὀκτὼ ἔτη πλήσας, πρὸς τύτοις μῆνα ἐβίω Α. ubi Leichius ἐβίων Α. Hagenbuchius vero μῆνα βίωσα, ſive μῆν᾽ ἐβίωσα, ſublata ſigla vel numerali nota, legendum exiſtimat. Marmor ipſum, ſed mirifice depravatum, veluti ſiglis aliis reſperſum, occurrit in Grutero pag. 672. n. 13. Eadem quoque ſigla in Reineſii marmore reperitur Cl. II. n. 59. pag. 283. ΟΛΥΜΠΙΑΔΕ . Α . *Olympiade una*, ſive quinquennii ſpatio. Vide in ΣΣ.

* Α. Πρῶτος *primus*. Sponius Pop. Attic. p. 77.

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Α.

*Poſideone primo*. Vide Faſtos Atticos Tomo I. pag. 94. & Tomo II. pag. 171. Idem ſiglae valor in Grutero pag. 314. n. 2. ΤΗ Ρ̄Π . Α̅ . ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ. *ante primum diem Nonarum Maiarum*, hoc eſt *pridie Nonas Maias*; alibi enim explicate legitur πρὸ πρώτης Καλανδῶν Μαΐων. Alibi tamen habetur πρὸ μίας. Vide in Θ, & Ρ̄Π.

* Α̅. Τὸ πρῶτον. *primo*, *prima vice*. Gruterus pag. 1052. n. 6. eximium hoc marmor exhibet *Treviris* poſitum.

ΕΝΘΑ . ΚΕΙΤΕ . ΕΥCΕΒΙΑ . ΕΝ
ΕΙΡΗΝΗΙ . ΟΥCΑ . ΙΕΡΟΚΩΜΙΤΙ
ΑΠΟ . Ι . ΚΩΜΗC . ΑΔΔΑΝΩΝ . ΖΗCΑC
ΗΜΕΡ . Ο̅ . ΠΡΟC . ΕΤΩΝ . Ι̅ . ΕΝ
ΥΠΑΤΕΙΑ . ΟΝΩΡΙΟΥ . ΤΟ . Η̅ . ΚΑΙ
ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ . ΤΟ . Α̅ . ΜΗΝΙ
ΠΑΝΗΜΟΥ . ΙΒ̅ . ΗΜΕΡΑ
ΚΙ̅ . Β̅ . ΕΝ . ΕΙΡΗΝΗ

Brovverius tamen in Annal. Trevirenſibus p. 63. legit ΖΗCΑC ΜΙΚΡΟ . ΠΡΟCΕΤΩΝ . ΙΕ . ΥΠΑΤΙΑ . ΟΝΩΡΙΟΥΟ . Η . ΚΑΙ . ΚΩCΤΙΩΝΙΝΟΥ . ΤΟ . Α.

* Α̅ Ἅπαξ *ſemel*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 78. pag. 347.

ΝΙ . Α̅ Σ Α̅
Τ

*Victoriam adeptus ſemel*, *coronatus ſemel*. Vide in ΝΙ.

* Α. Χίλια In Oxonienſi marmore n. 136. pag. 272. haec ſigla ⋇Α ſemel iterumque occurrit. Prideauxius hic optime, feliciterque reddidit *mille denarios*: quod nempe character Α, perinde quaſi minuſcula forma α, ſive ά expreſſus eſſet, *mille* ſignificet. Plerumque tamen characteribus ipſis, ubi ad millenarii numeri ſignificandi vim evecti fuerint, dextro lateri tranſverſa lineola appingi ſolet, ut in Β. obſervabitur.

Α. Marmor Riccardianum in Faſtis Atticis Tomo I. pag. 170.

ΕΡΩΣ ΣΜΑΡΑΓΔΟΥ Α

Characteriſte aliquem Atticae Populum ſub Aegeide Tribu collocatum ſignificat, ut certe fuerant *Halae Araphenides*, & *Araphen*.

* Α. Gruterus pag. 210. lin. 3. & Gualtherius pag. 82. n. 182.

Α. ΤΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ

ubi Cl. Maffeius legendum aſſerit Ἀπὸ. Verum, cum marmor, ac verſus ille initio mutilus ſit, fortaſſe character Α non ſigla, ſed integrae vocis alterius, quae praeceſſerat, extrema litera cenſeri poterit. Gualtherius ipſe legerat ἀπὸ, ideoque reddidit *a fluvio*.

* Α. Αὔλω. Cyriacus pag. 12. n. 87. & Muratorius pag. 1066. n. 4.

ΔΙΑ . ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ . ΦΙΛΟΥ . Α . ΥΙΟΥ

ubi

ubi facile, vel Α'υλυ, vel aliud gentile nomen, intelligi debet. Perſpicue in Muratorio pag. 146. n. 4.

ΘΕΑΙ ΙΣΙΔΙΣ
Α. ΟΥΑΛΕΡΙΟΣ
ΣΑΤΥΡΟΣ. ΑΠΕ
ΛΕΥ. ΣΕΟΥΑΣΤ
ΑΝΕΘΗΚ

Ita in Cl. Gorii marmore Par. I. pag. 405. n. 213. Α. ΚΛΑΥΔΙΩΙ ΔΙΟΔΩΡΩΙ, & in Gruteri marmore, quod exhibetur in ΚΥΡ.

**Α.** Α'υρήλιον. Muratorius pag. 1027. n. 4.

ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΠΕΡΙ
//////// ΟΡΝΗ ΑΠΩΛΛΙΝΑ
ΡΙΟΝ
Μ. Α. ΡΟΥΦΟΝ

Quod Cl. Editor interpretatur: *Curam agente erectionis Cornelio Apollinari Marcum Aurelium Rufum* honorat.

**Α.** Boldettus pag. 420.

. . . . . . ΡΟΘΕΟΥ ΤΥ ΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΥ ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΨΥΧΗ ΑΥ
ΤΟΥ ΜΕΤΑ ΔΙΚΕΩΝ Η ΨΥΗΑΥ
ΤΟΥ ΕΤΩΝ Ν ΜΗΝΩΝ ΤΡΙΩΝ
Α

Integer marmoris ſenſus facile intelligi, exponique poterit, quod a Boldetto factum conſpicimus; niſi quod ille characterem, vel numeralem notam Ν interpretatur *octo*; cum perſpicue certoque ſignificet *tredecim*, aut *quinquaginta*. Vide in Ν. Quid vero nota Α exprimatur facile coniici, vel definiri non poterit. Fortaſſe ſepulcrorum ordinem ſignificat, ut in alio marmore, quod exhibetur in ΙΧΘΥΣΓ. Fortaſſe vocem *Amen*, quae in extrema aliorum Christianorum marmorum parte ſaepius occurrit, ut apud Murator. pag. 1824. n. 5 p. 1899. n. 1. pag. 1909. n. 1. Fortaſſe potius pars fuerat ſepulcralis ſigni Α ☧ Ω, quae duobus aliis iam extritis hic ſuperfuerit: quemadmodum prorſus apud Murat. pag. 1863. n. 2. in alio marmore, extrito Ω, remanet Α ☧.

**Α.** Α'λωπεκεύς. Vide in ΑΛΩ.

**Α.** Α'υτοκράτορος. Reineſius Claſ. III. n. 36. p. 313.
ΛΟΥΚΙΟΥ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΥ. ΓΕΤΑ. Α. ΚΑΙΣΑΡΟΣ
Sponius tamen marmor ipſum exſcribens Miſcell. Sect. X. n. 116. pag. 369. ſiglam iſtam ommittit. Ita Cl. Gorius, qui accuratiſſime marmor ipſum expreſſit, Getae quidem nomen, licet abraſum, fugientibus characteribus adumbrari teſtatur; ſed literam Α prorſus in marmore deſiderari obſervavit.

**Ᾱ.** Αὖλος. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

**ΑΑΟΥΝ.** Fortaſſe ΑΛΟΥΝ pro ΑΛΟΥΜΝΟΣ. Muratorius pag. 1039. n. 2. Vide in ΚΟΒΡ.

**Α.Β.Ε.Δ.Α** &c. Reineſius Claſ. I. n. 49. pag. 97.

SOLI INVICTO VOTVM
ΗΛΙΩ ΑΝΙΚΗΤΩ
ΕΥΧΗΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.
Α. Β. Ε. Δ. Α. Λ. Λ. Α. Θ

Poſtremis literis, aut ſiglis iſtis indicari videtur eius nomen, qui votivum marmor hoc poſuit. Quis vero nomen illud coniicere, vel divinare unquam poſſit? Doctiſſimus quidem Maffeius ſiglas iſtas ſuſpectas habet, *nec unquam in vetuſto marmore inſcriptas* fuiſſe arbitratur pag. 113.

**ΑΒΙΠΣ.** Sponius Miſcell. Erud. Ant. Sect. IV. atque ex illo Fleetvoodus pag. 213.

ΣΩΦΡΟΝΑ ΣΕΜΝΗΝ
ΘΕΟΔΩΡΑΝ
ΦΙΛΑΝΔΡΟΝ ΦΙΛΟΥ
ΕΚΝΟΝ ΑΓΑΘΗΝ
ΜΟΝΑΝΔΡΟΝ ΔΙΚ
ΑΙΑΝ ΘΕΟΣΕΒΗ
Ν ΑΒΙΠΣ ΑΘΛΙΟΣ ΑΠ
ΟΛΕΣΑΣ ΦΑΟΣ ΟΙΚΟΥ

Sponius ita poſtremas quatuor voces interpretatur: Maritus *miſer ammittens lumen domus* hocce monumento proſecutus eſt. ΑΒΙΠΣ *quid ſit ignoro, niſi unica litera immutata* ΑΒΙΟΣ *legatur, hoc eſt* vitam non curans, *ut interpretantur Gloſſae Philoxeni*. Mihi vero longe veriſimilius videbatur in duabus vocibus illis quadratarii, vel exſcriptoris errore vitiatis verum mariti nomen deliteſcere; ideoque facile Α'βιος Α'ίθλιος, ſive Α'βιος Α'θλιος libenter hic legiſſem. Certe Α'βια Μάξιμα apud Gruterum occurrit pag. 798. n. 4. Βίος apud Murator. pag. 175. n. 2. Sed ambages omnes, & coniecturas hic dirimit Cl. Muratorius, qui pag. 1409. n. 3. marmor ipſum *ex Ptolemeis Schedis* ita accuratius, & integrius exhibuit, ut in extrema ipſius parte legatur:

Ν ΑΒΙΓΙΣ ΑΘΛΙΟΣ ΑΠ
ΟΛΕΣΑΣ ΦΑΟΣ ΟΙΚΟΥ
ΚΑΥ ///// ΤΗΤΠΟΙΒ ///// ΚΑΛΦ. /////// ΒΡΑ

Poſtremus hic verſus, qui in Sponio deſideratur, exponi, ſupplerique debet: Κάτθανε, ſive Καταθέτη Τῇ Πρὸ ΙΒ. Καλανδῶν Φεβρυαρίων. Facile nimirum ex ΠΡΟ, vitiati characteres alii ΤΠΟ procudi potuerunt.

**Α.Β.Κ.Λ.Ϡ.** Fabrettus pag. 756. n. 624.

Δ . Μ
ΣΠΙΡΙΤΒ
ΦΛΑΒΙΑΙ ΣΑΒΙΝΑΙ
ΑΠ. ΦΙΛΙΑΙ ΚΩΜΕΝΔΑΤΟ
ΚΙΝΕΡΕΣ
ΑΡΚΑ ΚΟΝΔΟ
Α. Β. Κ. Λ. Ϡ.

Quid

Quid ſi in primo marmoris huius verſu intelligatur *Spiritui Benemerenti*, vel *Spiritus Benemerentis?* Certe in marmoribus etiam aliis, ut Lupus obſervat pag. 166. occurrit *Spirito ſancto innocenti*, ſeu *merenti Spirito*, ſeu *benemerenti filio*, *innocentiſſimo Spirita*, & apud Grut. p. 563. n. 7. *Spirito incomparabili*. Poſtremae literae fortaſſe legi poſſunt *Appius Benemerenti Cariſſimae Locum Dedit*; ſive *Animae Benemerenti Cariſſimae Locus Datus*. Muratorius tamen ex Schedis aliis ita legit: ΣΠΙΡΙΤΙΒ & ΑΔΒΙΝΑΙ L. P. atque in extremo verſu ΑΒ. Κ. ΦΛ. Δ'. ideoque reddit: *Spiritibus Flaviae Albinae L. P. Filiae... Ab C. Fl. D...* At Muratorii exemplo Fabrettianum praetulerim.

ΑΓ. Α'γών. In Anaglypho apud Fabrettum *de Columna Traiana* pag. 147. & 315.

ΠΑΤΡΟΚΛΟΥ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΑΓ

ubi Fabrettus ipſe Α'γὼν ſupplendum eſſe obſervavit.

* ΑΓ. Αγία. Muratorius pag. 1895. n. 2.

ΑΓ. ΜΑΡΙΑ ΘΕΟΤΟΚΕ

ΑΓΑΤ. Α'γαθάν. Cyriacus pag. 31. n. 209.

ΘΕΟΣ. ΤΥΧΑΝ. ΑΓΑΤ.

In Muratorii Schedis pag. 556. n. 1. legitur ΑΓΑΘ

* ΑΓΓΕ. Α'γγελεύς, ſive Α'γγεληθεν ex *Angele* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 48.

ΑΛΟΥΚΙΟΣ ΑΓΓΕ

* ΑΓΙΩ' Α'γιωτάτῳ. Monfauconius Palaeogr. p. 174. Vide in ΙΝΑ.

* ΑΓΝ. Α'γνούσιος ex *Agnunte* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 54.

ΜΟΣΚΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ ΑΓΝ

ΑΓΟΡΑΝ. Αγορανόμῳ. In eximio Spartano marmore, quod a me latine redditum, atque illuſtratum proferetur, varia *Publii Aelii Alcandridae* munera, ac Magiſtratus recenſentur, atque inter alia functus fuiſſe dicitur officio

ΑΙΟΝΙΟΥ ΑΓΟΡΑΝ

Certiſſime legi ſupplerique debet Αγορανόμου. Quamvis enim Heſychius *Agoranomos*, eos nimirum, qui foro, rebuſque venalibus praeeſſent, Spartae *Empeloros* vocatos fuiſſe dixerit; ſequioribus tamen temporibus *Agoranomi* potius nomine deſignari ii potuerunt. In Muratorii marmore pag 546. num. 4. eidem illi Alcandridae Α'ιωνίου Α'γορανόμου titulus explicate tribuitur.

ΑΔΕΛΦ. Α'δελφόν. Fabrettus pag. 685. n. 87. marmor exhibet *L. Septimio Severo Pertinaci* poſitum, in quo legitur

..... ΘΕΟΥ ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΑΔΕΛΦ

.........................

Λ. Σεπτίμιον. ΣΕΟΥΗΡΟΝ

Αδιαβ. παρ. ΜΕΓΙΣΤ. ΔΕΜΑΡΧΙΚ

εξ. αυτοΚΡΑΤΟΡΑ. ΤΟ. Η

Π. Π

Æ. In marmore Smyrnenſi apud Polenum Tom. V. pag. 361.

ΑΡΓΥΡΙΟΥ. Χ Æ

Gutberlethus, qui marmor illud expoſuit, aliquando *denaria ſex*, aliquando *mille*, *&* *ſex* interpretatur: quod nimirum charactere Χ aliquando *denaria*, aliquando *mille*; ſigla vero Æ *ſex* indicari putaverit, perinde quaſi character Α 1. & character Ε 5. ſignificet. Ego vero characterem illum facile ab exſcriptore, vel quadratario vitiatum eſſe putaverim; cumque Æ ſcriptum, aut ſcribendum foret, diphtongus illa temere prodierit. Quod ſi hic Æ, ut in marmoribus aliis, legatur, tunc certe *quinque millia* denariorum intelligi, legique debet. Vide in Β.

ΑΖΗΝΙ. Α'ζηνιεύς. ex *Azenia* Atticae Populo. Reineſius Cl. XIV. n. 15. pag. 726.

ΑΜΙΛΛΑ ΛΕΥΚΙΟΥ ΕΧ ΑΖΗΝΙ

ΑΘΗΝ. Α'θηναίου. Sponius Pop. Attic. p. 156.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΝ ΑΘΗΝ.

ΑΘΗΝΑΙ. Α'θηναίου. Sponius Pop. Attic. p. 201.

ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙ

etenim in verſu, qui proxime praeceſſerat, explicate legitur, Α'θηναίου.

ΑΙ. Αἴλιος. Sponius Pop. Attic. pag. 161.

ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ

ΠΑΙ. ΑΣΙΑΤΙΚΟΣ

ubi certiſſime legendum Πόβλιος Αἴλιος. Vide in ΠΑΙ.

* ΑΙ. Muratorius pag. 582. aeream hanc Laminam exhibet, quae Romae apud Ficoronium extabat antequam Londinum transferretur, ubi Cl. Maffeius illam exſcripſit, atque in Tom. III. *Obſervationum Literar.* p. 298. Veronae edidit.

ΕΦΟΡΟΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ.
ΜΗΣ ΑΠΕΛΛΑΙΟΣ. Α ΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ
ΓΕ. ΤΡΙΠΟΥΣ. ΦΙΛΩΝΥΜΟΣ ΖΩΠΥΡΙΣΚΩ.
ΠΕ. ΚΑΡΥΚΕΙΟΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΗΡΑΚΛΗΤΩ
ΑΙ. ΠΕΛΤΑΙ. ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΥΡΡΩ.
ΚΝ. ΘΡΙΝΑΞ. ΦΙΛΩΤΑΣ ΙΣΤΙΕΙΩ.
ΜΕ. ΕΠΙΣΤΥΛΙΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΥΡΩ
ΔΙΟΝΥΣΩ.
ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ ΤΟΙ ΟΡΕΣΤΑΙ ΤΟΙ ΑΙΡΕΘΕΝΤΕΣ

*Quid haec verba ibi poſita*, inquit Cl. Maffeius *de Siglis* pag. 78. *ſibi velint, & quid praepoſitae literae, divinari nequit: eo quod peculiaria ſint, & ἐπιχώρια ſymbola. Forte unicui-*

*cuique ex quo vico eſſet praemittebatur , & vicorum ea ſunt nomina*:

Τρίπυς. Φιλώνυμος

Καρύκειον. Α'πολλώνιος

*ac ſi Romae ſcriptum fuiſſet exempli gratia*:

Caput Africae. Valerius

Equus aeneus. Marcius

*Et forte praemiſſae ſyllabae, quarum unaquaeque duabus literis conſtat, vicorum, regionum, tribuum, curiarum inſignia denotabant*. Felicibus coniecturis iſtis, quas iampridem in *Obſerv. Literariis* ediderat, in opere *de Siglis* hanc etiam addit: *quod ſi quis eorum, qui ad Heracleenſem Senatum renunciant, patriam per eas literas innui vellet*, in iis regionibus ΓΕνυσίνοι, ΠΕτηλλνοί, Α'Ιχίης portus, ΜΕ'δμη a Scriptoribus memoratur; cumque ΓΝωσσὸς nimis, e longinquo arceſſita videatur, proximius Oppidum aliud nobis incognitum hic intelligi poſſe arbitratur. Itaque ex ingenioſa eruditiſſimi Viri ſententia incertum plane, atque obſcurum an ſiglae illae, vel Vrbes, vel Regiones, vel Populos, vel Tribus ſignificent; quamvis aliquid ex iis characteribus illis exprimi, vel indicari perſpicue videatur. Si tamen doctiſſimi, atque immortalis Viri coniecturis coniecturas alias hic addere, ipſarumque praeſidio novam eximio Monumento lucem afferre nunc liceat, characteribus illis non Vrbes, non Regiones, aut Populos, ſed ſolas Lacedaemoniorum, adeoque Heracleenſium, Tribus indicatas eſſe putaverim; cum & *Ephori* nomine, & argumentis aliis compertum ſit Heracleenſes ipſos a Laconibus oriundos, eorumque Coloniam fuiſſe. Lacones autem in Tribus, earumque ſingulas in ὠβὰς diſtingui conſueviſſe perſpicue Craigius oſtendit, qui ſex eiuſmodi Tribus enumerat Lib. I. c. 6. *Heraclidarum* nempe, *Aegidarum*, *Limnatarum*, *Cynoſurenſium*, *Meſſoatum*, *Pitanatarum*, quibus Meurſius in Miſcell. Lacon. Lib. I. c. 7. *Pamphilitarum*, ac *Dynamitarum*, ſive potius *Dymantidarum* Tribus adiecit. Verum ex iſtis octo Αἰγεῖδαι ſolum, Κυνόσυρα, Μεσόα, Πιτάνη, Παμφυλὶς, ac Δυμαντὶς, nitide diſerteque φυλαί a Scriptoribus appellantur; ut proinde ſuſpicari quis poſſit ceteras e Tribuum numero eximendas eſſe, aliaſque etiam Tribus nobis incognitas olim Lacedaemone extitiſſe; quarum quaelibet, aliarum inſtar, ex aliquo Spartanae Vrbis loco, vel Laconicae Regionis Vrbe nomen acceperat. Itaque nihil veriſimilius coniici hic poteſt, quam Lacones illos, qui in Italiam migrarunt, & Heracleam condiderunt, Tribuum illarum, Regionumque nomina, atque diſcrimen ſervaſſe, ex quibus electi, ſeiunctique fuerant; adeoque Tribuum ipſarum nomina, veluti notiſſima, ſiglis quibuſdam in publicis Monimentis indicaſſe. Ita in eximia hac Lamina Αἰγᾶδαι, Κυνόσυρα, Μεσσόα perſpicue memorarentur. Ceteris, quae ſuperſunt, Tribubus, aut ſiglis ΓΕ, & ΠΕ, facile ex Πέφνῳ, aut Πελλάνῃ, itemque ex Γενέσῃ, aut Γερηνίᾳ Laconicae Regionis Vrbibus nomen indi poſſet. Quemadmodum vero Lacones in ſigillis variis imaginibus, ac ſymbolis utebantur, ut eximie accurateque obſervavit Meurſius Lib. III. c. 4. ita quoque Laconicae etiam Tribus peculiari quodam ſymbolo, veluti diſcrimine, diſtingui facile conſueverint; ut proinde Τρίπυς, Καρύκειον, Πέλται, Θρίναξ, & Ε'πιςύλιον veluti totidem Tribuum, aut certe Terminatorum, ſymbola haberi poſſint; quae ea quoque de cauſſa in aerea Lamina, ſive Pſephiſmate, expreſſa, vel memorata putaverim quod in ipſis agrorum limitibus, lapideiſque terminis impreſſa fortaſſe illa fuerint; quemadmodum prorſus in Sicula agrorum terminatione apud Gruterum pag. 210. figura, vel ſignum termino inſculptum deſcribitur. Ac de *Tripode* quidem, *Scutis*, *Vanno* ſive *Tridente*, *Epiſtylio* dubitari non poterit quin ſignorum, aut ſymbolorum inſtar adhiberi potuerint. De *Caricio* vero, quod Cl. Maffeius Heſychio duce coniecerat aliquod cibi genus videri, veriſimilius exiſtimo illo vel *iuglandem*, vel *arborem* ipſam indicari; quemadmodum Helena *piſcem Panem*, Clearchus *Caryatides virgines ſaltantes*, Areus *draconem aquilae unguibus ſuſpenſum*, veluti ſymbolum uſurparunt. Atque ex hoc ipſo Gentium quarundam more factum crediderim, ut apud Smyrnenſes etiam Tribus ex aliquo ſymbolo non modo diſcrimen, ſed & ipſum fortaſſe nomen acceperint. Heſſelius inter Smyrnenſia marmora, hoc etiam num. 4. exhibuit

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ

ΜΑΣΙΜΑΧΟΥ ΥΟΣ ΦΥΣΕΙ

ΔΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥ ΚΥΡΕΙΝΑ

ΦΙΛΙΣΤΗΣ Τ̊ Β

ΤΟΥ ΦΙΛΑΙΟΥ ΠΥΡΓΟΥ

quemadmodum in alio, & quidem emendatiori, marmore n. 10. de eodem Tiberio dicitur φύσει δὲ Ε῾ρμοθέςου Κυρείνᾳ Φιλισιέα Εὐσεβῆ. Itaque Tribus illa, ſive Societas, aut Coetus (quid enim aliud Φιλαίυ nomine intelligi hic poteſt?) cui Tiberius Claudius *ſecundo* praeerat, a *Turre* ſymbolum, diſcrimen, ac fortaſſe nomen, obtinuit. Ita propemodum ex hac ipſa Tribuum varietate, ac diſcrimine marmor aliud explicandum eſſe coniicio, quod in Faſtis Atticis exhibeo Tomo II. pag. 469. Ibi nimirum poſt *Regis*, *Hieromnemonis*, *Nomophylacum* nomina, quibus nullum vel Tribus, vel Regionis nomen, ſive character, adiicitur, ſubditur *Aeſymnetas*; eos nimirum, qui *Aeſymnetae* munere *Dionyſio* menſe perfuncti fuerant, Hegemonem, ſive Praeſidem Senatus coronaſſe Διο-

νύ-

Digitized by Google

νύσιον Διονυσίυ Πολητέας. Ita vero Aeſymnetarum nomina ibi efferuntur: Νικιας Μενισκυ Καλλιχορεατ. Βυρικος Αισχηρδρας Ιππωνηας. Ματρικων Μηνιυ Τριαστιδος. Προμαθιων Προμαθιωνος Σιρο. Πατιας Διογενητυ Ατθιδος. Quid autem aliud iis nominibus indicatum eſſe dixerimus, quam Tribuum, aut Regionum nomina, ex quibus Aeſymnetaes electi fuerint, prorſus in Heracleenſi Lamina ſingulas Tribus expreſſas eſſe coniecimus, ex quibus *Terminatores* electi fuerant?

A.I. Boldettus pag. 416.

ΠΤΟΛΜΑΙϹ.Α.Ι.ΜΝΗΓΑ
ΙЄΝ ΘЄΩ
ΠΑΡΘЄΝΟϹ.ЄΤΩΝΙЄ
ΜΗΤΗΡ ΤΤ ΧΑΡΙΝ
ΑΝЄΘЄΙΚΑ

quod ille reddidit: *Ptolmais A. I. quae hymnos Deo perſonabat. Mater eius gratia feci*; unde Cl. Muratorius, qui pag. 1930. n. 2. marmor ex Boldetto protulit, quamvis in ipſo legat Α. ΤΜΝΗϹΑ ΘЄΩ, cum Boldetto tamen interpretatur *quae hymnos canebat Deo*. At nullus, opinor, hic hymnis cantibuſque locus eſſe poterat. Itaque ſuſpicabar in marmore, quod certe luxatum, ac depravatum eſſe conſpicitur, legendum eſſe ΑΝΑΜΝΗϹΙϹ ЄΝ ΘЄΩ *Ptolmaidis memoria in Deo*; ſicuti apud Muratorium ipſum pag. 1769. n. 4. legitur ΖΩΗϹ ΑΝΑΜΝΗϹΙϹ. Verum, cum *Ptolmais* caſus rectus hic eſſe debeat, ΑΙΜΝΗϹΑΙ pro ΑΕΙΜΝΗϹΤΗ, ſive ΑΕΙΜΝΗϹΤΟΣ, ſive ΑΕΙΜΝΗϹΤΕ legendum potius hic arbitror; cum character Γ pro ϛ poſitum in marmoribus etiam aliis occurrat; quemadmodum haec ipſa vox, aut ſepulcralis formula in marmoribus aliis, ſed mirifice vitiata, conſpicitur. Etenim in Grut. pag. 855. n. 16. ita legitur

ΠΑΓΧΑΡΕΙ ΑΕΙΜΝΗϹΘΟΙϹ
ΜΕΡΙΩΝΤΗ ΜΕΤΡΙΑΞΙΑΙ

pagina vero 1047. n. 7. ita exhibetur.

ΠΑΝ.ΧΑΡΕΙ.ΑΕΙ.ΩΝΗϹΘΙϹ.
ΩΡΟΩΝΤΗ ΩΗΤΡΙΑ.ΞΙΑΙ

At Muratorius pag. 1270. n. 8. ita legit

ΠΑΝΧΑΡΕΙ ΑΕΙΜΝΗϹΘΗΙ
ΩΡϹΙΩΝ ΤΗ ΜΗΤΡΙ ΑΞΙΑΙ

latineque reddit *Panchari ſemper memorandae*. Quid ergo ſi in noſtro etiam marmore *Ptolmais ſemper memoranda* legatur? Eadem certe vox in alio quoque Boldetti marmore reperitur p. 411.

ΞΑΝΘΙΠΠΗΑΕ ΙΜΝΗ
ϹΤΕ ΓΡΗΓΟΡΕΙ

quod ille interpretatur *Xanthippa immortalis vigilat*: cum tamen accuratius reddi debeat *Xanthippe ſemper memoranda vigilat*. Alterius vero notae ΤΤ valor, quam Muratorius in ΤΗΣ converterat, oſtendetur in ΤΤ.

Α Ι. Τὸ ἑνδεκάτον: *undecimo*. Muratorius pag. 401. n. 4. Vide in ϛ.

✱ ΑΙΘ. Α᾽ιθαλίδων, ex *Aethalidis* Atticae Populo. Sponius Pop Attic. pag. 85.

ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΕΞ ΑΙΘ

✱ ΑΙΑ. Α῎ιλιος. Donius pag. 311. n. 192. Cyriac. pag. 14. n. 97. Murat. pag. 566. n. 2. Vide in ΠΑΙ.

✱ ΑΙΜ Αἰμιλίᾳ, *Aemilia* Romana Tribu. Sponius Pop. Attic. pag. 225.

Π. ΛΙΚΙΝΙΟΣ ΠΤΑΙΜ ΠΡΕΙΣ
ΚΟΣ ΙΟΤΟΥΕΝΤΙΑΝΟϹ ΑΡΧΙΕΡΕΤϹ &c.

At Sponius citato loco, & in Miſcellan. p. 363. lineolas, compendiive notas, ſuperinductas ommittens, quas marmori ineſſe teſtatur Maffeius, latine reddit *Pyem*. Vandalius *de marmor*. Diſſert. III. pag. 258 marmor ipſum ex Sponio, ſed inexplicatum, exhibuit. Muratorius vero pag. 137. n. 1. ex Wheelero ita accuratius marmoris voces expreſſit: Π.Τ.ΑΙΜ. feliciterque latine reddidit: *Licinius Publii fil. Aemilia* Tribu; quemadmodum Maffeius ipſe in hoc ipſo marmore, quod in Muſeo Veronenſi nunc reperitur, legendum aſſerit Πυβλίυ ὑὸς ἐκ τῆς Α᾽ιμιλίης. Libentius tamen Α᾽ιμιλίᾳ hic legerem: quod nimirum in Graecis etiam marmoribus Romana Tribus ſexto caſu Latinorum more indicari, vel exprimi conſueverit; ut apud Spon. Popul. Attic. pag. 197. Φλ. Παράμονος Α᾽ιλίᾳ, & Cyriac. pag. 61. Φάβιος Μάρκυ Φαβίυ ὑὸς Γαληρίᾳ Γ᾽ώνιος. & Spon. Itin. pag. 136. in marmore Graeco-Latino Γαῖος Σεξτίλιος Ποβλίυ ὑὸς Ο᾽υοτυρίᾳ πόλλιων: *Caius Sextilius P. F. Vot. Pollio.* & Smith. Notit. Eccleſ. pag. 22. Τρίβυ Κυρείνᾳ. longeque illuſtrius in Pſephiſmate apud Maffeium Antiquit. Galliae pag. 6.

ΜΑΡΚΟΣ ΤΙΤΤΙΟΣ ΣΕΞΤΟΥ ΤΙΟΣ ΑΙΜΙΛΙΑ

✱ ΑΙΞΟ. Α᾽ιξονεύς. ex *Aexone* Atticae Populo. Spon. Itiner. pag. 52.

ΕΤΟΔΙΑΝΟΣ ΑΙΞΟ

ΑΚΤΛ. Gruterus pag. 680. n. 6.

Θ. Κ.
ΑΚΤΛ. ΕΠΙΤΤΧΗϹ. ΚΑΙ. ΑΚΤΛ. ΖΩϹΙΜΗ
ΕΠΟΙΗϹΑΝ. ΔΙΟΝΤϹΙΑΔΙ. ΙΔΙ. ΤΕΚΝΩ
ΕΖΗ. ΕΤΗ. Ε. Η. Α
Μ. Χ

ubi facile Α᾽κύλιος, & Α᾽κύλια intelligi, legique poterit. Explicate reperitur ΑΚΤΛΛΙΑ in Grut. pag. 1136. n. 11.

ΑΛ. Α᾽λωπεκεύς: ex *Alopece* Atticae Populo. Vide in ΑΛΩ.

ΑΛΕ. Α᾽λεξανδρεύς. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

ΑΛΤΠ

ΑΛΥΠ. Α'λυπίυ, ſive Α'λυπιάνυ. Cyriacus p. 7. n. 52.

L. V. F Λ. ΑΝΝΙΟΥ
ΑΛΥΠ. ΑΛΥΠΙΑΝΟΥ
ΤΣΥΙ Ψ. Β

Marmor ipſum ita a Muratorio exhibetur ex Schedis aliis pag. 1632. n. 12. ut priores characteres L. V. F primum verſum efficiant; iterumque ex Schedis aliis pag. 1759. n. 1. ita legitur

L. V. F Λ. ΑΝΝΙΟΥ
VAL. LVP. ΑΛΥΠΙΑΝΟΥ
ΤΣΥΙ Ψ. Β

Niſi tamen ex accuratioribus Schedis aliis ſplendor aliquis oriatur, implexae hae ſiglae extricari vix poterunt.

* ΑΛΦ. Α'λφηνόν. Smithus Notit. Eccleſ. p. 22.

ΑΝΤ. ΚΛ. ΑΛΦ. ΑΡΙΓΝΩΤΟΝ

Apud Sponium Itiner. pag. 116. & 118. explicate legitur

Τ. ΑΝΤ. ΑΛΦΗΝΟΣ ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ.

ΑΛΩ̄. Α'λωπεκεύς ex *Alopece* Atticae Populo. Marmor Riccard. in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170.

Αντιοχιδος
. . . . . . αγΑΘΩΝΟΣ . Α
. . . . . . αγαΘΩΝΟΣ Α
. . . . . . . . ΙΣΙΟΥ ΑΛ.
. . . . . . . ΑΛΩ̄

In ſingulis locis illis Α'λωπεκεύς, ſive Α'λωπεκῆθεν legendum eſſe putaverim; quod nimirum *Alopece* ad Antiochidem Tribum ſpectaverit. Sed fieri etiam poteſt ut in prioribus verſibus Α'ιγιλία, Α'μφιτρόπη, Α'νάφλυςος, vel Α'τήνη exprimatur, quorum Populorum quilibet ſub eadem Antiochide Tribu cenſebatur.

ΑΜ Muratorius pag. 1671. n. 8.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΕΥΤΥΧΗΣ
ΝΗΠΙΟΝ ΕΤΩΝ Η. Κ. ΑΜ. Ι

ubi Muratorius interpretatur *Annorum VIII. & dierum X.* quod nimirum aut Α'μέρων Dorice ſcriptum, aut Η'μέρων reſcribendum eſſe putaverit. Ego vero ſuſpicor in interpunctione peccatum eſſe; cumque ſcriptum foret ΚΑ. Μ. Ι exſcriptoris vitio irrepſiſſe Κ. ΑΜ. Itaque, ſi hic etiam ΚΑ pro ΚΑΙ ſcriptum fuerit, Eutyches ille *Annos VIII. & Menſem unum*, vel *Menſes X.* vixiſſet, ideoque ſigla ΑΜ prorſus evaneſceret.

ΑΜΜ. Α'μμωνίυ. Muratorius pag. 2019. n. 1.

ΑΠΟΛΛΩΙΟΣ ΑΜΜ. ΑΛΕ
ΣΕΒ. ΚΡΙΣ. ΠΑΝΚΡ
ΣΕΡΑΠΙΩΝ ΠΟΠΙΛΙΟΥ ΑΛΕ
ΑΠΟΒΑΤΑΣ
Ᾱ ΠΟΣΤΟΥΜ. ΙΣΙΔΩΡ. ΑΛΕ
ΚΡΙΣΕΟΣ ΠΕΝΤ

Cl. Muratorius feliciter hic obſervavit Παγκράτιον, ac Πένταθλον Certaminum genera memorari, quibus Apollonius, Serapion, & Aulus Poſtumius *Alexandrini* palmam retulerunt. Alterius Notae ΚΡΙΣ. valor ex ipſo marmore perſpicue elucet, in quo mox explicate legitur Κρίσεος. Denique ſigla ΣΕΒ. facile Ludorum genus innuitur, hoc eſt Σεβαςά *Auguſtalia*, quae pluribus in locis celebrari conſueverant, ut in *Differt. Agoniſticis* demonſtravi pag. 108.

* ΑΝΑΕΓΡΑΦ. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in ΑΡΧ.

* ΑΝΕΘ. Α'νέθηκε. Sponius Pop. Attic. p. 70. & 181. & Gruterus pag. 1073. n. 11. & pag. 632. n. 7. Gudius pag. 26. n. 4. & 56. n. 2. & 31. n. 2. Vide in ΤΑΡΓΗΛ. & ΣΗΛ.

ΑΝΕΘΗ. Α'νέθηκε. Donius pag. 9. n. 32. Vide in ΛΙΒΑΝ.

ΑΝΕΘΗΚ. Α'νέθηκε. Gudius pag. 11. n. 8. Vide in Α.

ΑΝΕΜΟΥ. Α'νεμυρίυ. Muratorius pag. 235. n. 4. marmor exhibet *Athenis* poſitum, quo honorat Hadrianum Caeſarem

ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ
ΑΝΕΜΟΥ ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ

Cl. Editor hic obſervavit *Anemoriam* quidem in Phocide ab Homero, & *Anemurion Promontorium* in Cilicia a Strabone Lib. XIV. memorari; nullibi vero *Anemum* apud Scriptores occurrere. Itaque ſuſpicatur hic, pro ΑΝΕΜΟΥ, breviatum ΑΝΕΜΟΥΡ. ſcribendum fuiſſe, ut *Anemurii, vel Anemuriae Senatus, & Populus* exprimeretur. Atque optime id ille quidem feliciterque quod Α'νεμυρίυ reſcribendum exiſtimavit (neque enim ullus hic *Anemoriae* locus eſſe poteſt). Quod vero Α'νεμυρίυ nomine hic Α'νεμύριον ἄκρα Straboni pag. 669. memoratum indicatum eſſe putavit, fortaſſe fallitur. Etenim Vrbs etiam *Anemurion*, Promontorio cognominis in Iſauria, ſive Cilicia reperiebatur, cuius Epiſcopus Seleucienſi Archiepiſcopo, atque Antiocheno Patriarchae parebat. Vide Geograph. ſacr. pag. 290.

ΑΝΕΠ. Α'νεπαύσατο. Reineſius Cl. XX. n. 364. pag. 981. & Fleetvood. pag. 455. n. 1. Vide in ΥΠΟΔ. Reineſius quidem ἀνεπάυη interpretatur; ſed ἀνεπαύσατο potius redderem; ſicuti in aliis marmoribus ἀνεπαύσατο reperitur. Vide in Π.

* ΑΝΤ. Α'ντώνιον. Smithus Notit. Eccleſ. pag. 22. & Spon. Itin. pag. 116. & 118. Vide in ΑΛΦ.

ΑΝΤΑΓΩΝΙΣΤ. Α'νταγωνίςας. Gruterus p. 314. ubi

Digitized by Google

ubi ſaepius eadem vox explicate etiam legitur. Vide in E.

ΑΝΤΙΘΗΣ. Α'ντίθησι. Cyriacus pag. 33. n. 220.
ΕΞΙΓΡΑΡΤΟΝ. ΣΑΜΙΧΟΥ. ΤΟΥ. ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ.
ΑΝΤΙΘΗΣ. ΤΑΣ. ΙΔΙΑΣ. ΔΟΥΛΑΣ.
Etenim in alio marmore apud Cyriacum ipſum n. 221. eadem prorſus donationis formula explicate legitur: Πόλις. Κοάτονος. ἀντίθησιν. τὴν. ἰδίαν. θεράπαιναν. Κάμα. ἱερὰν. τῇ. Αρτέμιδι. Vide Faſtos Atticos Tom. II. p. 443.

ΑΝΤΙΣΤΡΑ. Α'ντιςράτηγον. Fortaſſe in Ancyrano marmore apud Monfauc. Palaeogr. p. 161. Vide in ΠΡΕΣΒ.

ΑΝΤΩΝΙ. Α'ντωνίνȣ. Reineſius Cl. III. n. 36. p. 313.
ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΩΝΙ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ

ΑΟΥ. Muratorius pag. 236. n. 1. Fortaſſe Α'νθυπάτȣ. Vide in ΚΡΑΟΥ.

ΑΠ Α'πολλωνιεύς ex *Apollonia* Atticae Populo. Sponius Popul. Attic. pag. 122.
. . . . . . . . . . . . . . . .
ΚΑΡΠΟΥ ΑΠ ΑΡΧΗΣ
Vide Faſtos Atticos Tom. II. pag. 170. & infra in ΑΠΟΛ. ubi Βάκχυλος Ε'υκάρπȣ Α'πολλωνιεύς nominatur.

ΑΠ Αππίȣ. Fabrettus pag. 756. n. 624. Vide in Α. Β. Κ. Λ. δ.

✱ ΑΠΕ. Α'ππιος. Gruterus pag. 1130. n. 8. ibi nimirum Fabrettus, & Maffeius legendum aſſerit ΑΠ. Fortaſſe tamen iuxta Fleetvoodi exemplar legendum ΛΓΕ, adeoque reddendum Λέκιος Γέλλιος. Vide in ΛΓΕ.

✱ ΑΠΕΛ. Α'πελευθέρω. Vignolius de *Columna Antonini* pag. 233.
ΤΙ. ΚΛ. ΟΨΙΜΩ ΑΠΕΛ
ΚΑΙC. ΤΙ. ΚΛ. ΒΕΙΤΑΛΙΟC
ΘΡΕΨΑΝΤΙ. ΑΞΠΩ      l. ΑΙΞΩ
ΕΠΟΙΗCΕΝ
Θ. ΚΑΤ
ΚΛΑΥΔΙΑ ΘΑΛΛΟΥCΗ &c.
Ita propemodum in Donii marmore pag. 30. n. 95.
ΑΠΕΛ. ΣΕΒ.
& Grut. pag. 87. n. 3.
Λ. ΑΥΡ. CΑΤΥΡΟC ΑΠΕΛ. CΕΒΑC

ΑΠΕΛΕ. Α'πελευθέροις. Reineſ. Cl. XVIII. n. 16. pag. 870.
ΓΝΕΣΙΟΙΣ ΚΑΙ ΠΙΣΤΟΙΣ ΑΠΕΛΕ

ΑΠΕΛΕΥ. Α'πελεύθερος. Donius pag. 17. n. 60.
ΑΠΕΛΕΥ. ΣΕΟΥΑΣ

ubi Gorius optime: *Libertus Auguſti*. Ita Grut. pag. 60. n. 6. Vide in ΤΡΑΙΑΝ.

ΑΠΕΛΕΥΘ. Α'πελεύθερος. Gruterus pag. 595. n. 11.
ΕΥΤΥΧΙΔΗC. CΕΒΒΒ ΑΠΕΛΕΥΘ.

ΑΠΕΛΕΥΘΕΡ. ΣΕΒ. Gruterus pag. 60. n. 5. Vide in ΠΑΜΦΙΛ.

ΑΠΕΛΛΙΔ. Gudius pag. 314. n. 19. marmor exhibet *Romae* poſitum
Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ. ΑΠΕΛΛΙΔ

✱ ΑΠΙ. Α'πίοντος. Maffeius ex inedita Chiſhulli parte II.
Η/Μ ΠΟΣ Η ΑΠΙ/Ε
ubi Maffeius optime interpretatur: *Menſis Poſideonis quinta die exeuntis*.

✱ ΑΠΟΛ. Α'πολλωνιεύς ex *Apollonia* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 54.
ΒΑΚΧΥΛΟΣ ΕΥΚΑΡΠΟΥ ΑΠΟΛ

ΑΠΟΛ. Gruterus pag. 1092. n. 9.
ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΗΣ. ΑΠΟΛ
ubi facile vel Α'πολλωνίȣ, vel alterius Civis gentile nomen intelligendum.

✱ ΑΠΟΛΛΙΑΡ. Gruterus pag. 458. n. 1. marmor exhibet poſitum *T. Porcio Corneliano*
ΧΕΙΛΙΑΡΧΩ. ΙΕ. ΛΕΓ. ΑΠΟΛΛΙΑΡ
ΧΕΙΛ. ΚΟΟΡ. Θ. ΒΑΡΑΟΝΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΣΠΕΙΡ. Β. ΟΥΛΠ... ΝΑ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΣΠΕΙΡ. Δ. ΓΑΛΛΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΣΠΕΙΡ. ΔΑΡΔΑΝΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΕΞΠΛΩΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ
ΕΠΙΤΡΟΠΩ. ΠΡΕΙΟΥΑΤΗΣ. ΔΙΑ
ΦΛΑΜΙΝΙΑΣ. ΑΙΜΙΛΙΑΣ. ΛΙΓΥΡΙΑΣ
ΕΠΙΤΡΟΠΩ. ΚΑΙ
In Lindenbruchii ſchedis legitur
ΚΑΙ ΗΓΕΜΟΝ... ΤΩΝ. ΠΑΡΑ. ΘΑΛΑΣΣΗΝ
Ceterum in primo verſu ſuppleri legique debet Α'πολλινάρις. Etenim in marmoribus etiam aliis, ut apud Gruterum pag. 378. n. 1. LEG. XV. APOLLIN. memoratur. In tertio autem verſu ΟΥΛΠ. ΤΡΑΙΑΝΑΣ reſtitui debet: quod nimirum *Legio II. Traiana* in marmoribus aliis occurrat.

✱ ΑΠΡ. Α'πρειλίων. In Cathedra S. Hippolyti apud Grut. pag. 141.
ΠΡΟ Δ. Ν. ΑΠΡ.

ΑΠΡΕΙ. Α'πρειλίων. Grut. pag. 140.
☧. Δ̄. ΝΩ ΑΠΡΕΙ

ΑΠΡΕΙΛ. Α'πρειλίȣ, ſive Α'πρειλίων. Gruterus pag. 177. n. 6.
ΠΡΟ. Ι. ΚΑΛ. ΑΠΡΕΙΛ.

Ita

Ita apud Fabrettum p. 677. n. 34. Vide in ΥΠ.

ΑΡΑΒ. Α'ραβικȣ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 21.
ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΡΑΒ. ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥ

ΑΡΙ Gruterus pag. 1050. n. 1. marmor *Treviris* poſitum exhibet

ΕΝΘΑΔΕ . ΚΙΤΕ . ΕΝ . ΗΡ
ΗΝΕ . ΚΑCCΙΑΝΟC . ΑΡΙ
ΒΕΔCΙΜΙΟΥ . ΑΠΟ . ΚѠ
ΑΔΔΑΝѠΝ . ΖΗCΑ
ΑCΝΚΡΟΠΛΟΥC . ΕΤΗ . ΚΒ

Fleetvoodus marmor ipſum exhibens pag. 375. n. 4. lineolam, compendiive notam ſuper ACN inducit; atque ingenue fatetur: *primum verſum tantum intelligo*; quamvis in illo, perturbato Gruteri ordine, tres primos Gruteri verſus expreſſerit, atque poſt API. punctum appingens vocem API. veluti ſiglam exhibuerit. Quid vero ſi in ultimis vocibus ita legatur

ΖΗCΑC ΜΙΚΡΟΝ ΠΡΟC ΕΤΗ.

quemadmodum prorſus in alio marmore legitur, quod exhibetur in Α, & ΚS? niſi fortaſſe ΜΙΚΡΟ ΠΛΟΥC latina fere barbarave formula intelligatur *plus minus*: ut apud Murat. pag. 1925. n. 7. habetur

ΑΝѠC ΠΟΥ ΜΙΝΟΥC XXVII.

& apud Fabrettum pag. 588. n. 103. legitur ΠΛΕΟΝ ΕΛΑΤΤΟΝ. Vide in ΚΟΒΡ.

ΑΡΙΣ. Gruterus pag. 1136. n. 5.
ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣ . ΑΡΙΣ . ΑΡΙΣΤΟΜΙΔΙΣ
ΙΤΑΝΙΟΣ . ΕΠΟΙΚΟΣ . Ε

Niſi vox ΑΡΙΣ. hic temere iterata fuerit, facile Α'ριςομήδης intelligi, ſuppplerique poterit: quod nempe *Damocrates* ille *Ariſtomedis* etiam, ſive patris, nomine vocaretur.

ΑΡΚ. Α'ρκαμ *arcam*. Lupus pag. 63.

ΜΑΡΙЄ 7ϕ7ΝΗ
ΔΟ ΑΡΚ . ΗC ΒЄΝЄΜЄ
ΡЄΝΤΙ . ΒЄΙΚЄΝ
ΤΗ Єϕ ΙΑCCΚΛΗ . ΤΥΤΟЄ
ΟCϕC ΛΙCΝΠΙΚΗ ΑΝΝѠΡΟ ΙΙΙ

ubi vir Cl. ſuſpicatur initio legendum eſſe *Mariae filiae do arcam in Chriſto benemerenti*. Muratorius pag. 1708. n. 5. interpretatur *Mariae Filiae Neodarchis Benemerenti*.

ΑΡΚΑΔ. Α'ρκαδίῳ. Muratorius pag. 393. n. 7.

ΔΙΟCΚΟΡΟΣ ☧ ΝΑΥΚΛΗΡΟC ☧ ѠΔΗ ☧ ΗΚΥΜΙΘΗ ☧
ΕΝ ☧ ΗΡΗΝΙ ☧ ΗΖΗC ΗΤΗ ☧ Κ. Η. ΠΑΡΑΚΑΤΙ
Θ. ΚΑΛ. ΜΑΡ. ΥΠΠΑΤ. ΤѠ ΑΡΚΑΔ. C. ΚΑΙ. ΡΟΥΦΕΙΝ

Cum Fl. Arcadius Auguſtus anno Ch. 392. una cum Fl. Rufino non *ſexto*, ſed *ſecundo*, Conſul fuerit, ſigla C. non *ſexto*, ſed Cεβαςῷ ſignificat.

ΑΡΤΕΜΩ. Α'ρτέμωνος. Sponius Itin. pag. 50.
. . . . . ΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΩ ΦΛΥ

ΑΡΧ. Α"ρχων, vel Α"ρχοντες. Gruterus p. 418. n. 11.

ΙΑ . ΠΡΟΚΑΛ . ΑΠΡΕΙΛΙΩΝ
ΓΡΑΦ . ΠΑΡΗΣ . ΦΟΥΛΟΥΙΟΣ
ΠΡΟΒΟΣ . ΛΟΥΚΙΟΣ . ΣΠΟΥΔΗΣ . ΝΕΑΠΟΛ.
ΠΟΥΛΧΕΡ . ΠΕΡΙΟΥ ΠΡΟΣΑΝΗΝΕΓΚΕΝ
ΤΟΙΣ ΕΝ ΠΡΟΚΛΗΤΟ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ
ΚΕΡΕΑΛΙΣ Ο ΑΡΧ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ
ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΟΥΤΩΣ ΕΥΗΡΕΣΤΗΣΕΝ
ΛΙΚΙΑΝΙΤΟ . ΠΟΛΛΙΩΝΙ . ΑΝΔΡΙΤΟΥ
ΗΜΕΤΕΡ . Ι . ΤΑΓΜΑΤΟC ΠΑΤΡΟΣΤΕ
ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ ΕΠΕΙΚΩΣ ΚΑΙ ΑΞΙΩΣ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΑΝΑΕΓΓΡΑΦΤΟΠΟΝ
ΕΙΣ ΚΗΔ . ΔΙΔΟΣΘΑΙ ΟΝΑΝΟΙ ΠΡΟΣ
ΗΚΟΝΤΕΣ ΑΥΤΟΥ ΕΛΟΝΤΑΙ ΕΚΤΟΣ
ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΗΜΕΜΙΣΘ . ΤΟΠΩΝ
ΛΙΒ. ΤΕΑΚΕΙΣ ΠΑΡΑΜΥΘ . ΤΩΝ ΓΟΝΕΩΝ

Contractae marmoris voces ita ſuppleri, vel explicari poſſe videntur ΚΑΛανδῶν. ΓΡΑΦομένῳ ΠΑΡΗΣαν. ΝΕΑΠΟΛίτης ΑΡΧων. ΗΜΕΤΕΡȣ Γερȣ̃, ſive cum Caſaubono ΗΜΕΤΕΡοΥ. ΑΝΑΕΓΓΡΑΦεντι, ſive, ut Caſaubonus Α'ναγεγραφευκότι ΚΗΔος. ΜΕΜΙΣΘωμένων. Καί. ΠΑΡΑΜΥΘιαν. Etenim ex ſiglis aliis ΛΙΒ. ΤΕΑ ſenſus ullus exculpi vix poterit. Cl. quidem Maffeius *de Siglis* pag. 111. marmor iſtud confictum, adeoque ſiglas omnes ipſi inſcriptas commentitias eſſe arbitratur; idque variis rationibus, quas eleganter exponit; quamvis pag. 95. exemplum ſiglae ΙΑ ΠΡΟ ΚΑΛ. ex hoc ipſo marmore protulerit, perinde quaſi ſincerum foret. Itaque Cl. Viri exemplo Notas omnes ex hoc etiam marmore collegiſſe iuverit; cum mihi propoſitum ſit ſiglas omnes, quae in Graecis marmoribus obſervantur, inquirere, quarum cognitio ad ipſam quoque marmorum ſinceritatem, aut νόθειαν explorandam conferre plurimum poterit, ut Maffeius ipſe feliciter obſervavit. Atque, ut hinc exordiar, ſigla ΑΡΧ. hic Α"ρχων intelligi reddique debet, quamvis nulli Neapoli *Archontes* fuiſſe merito exiſtimentur, ac ſupremus Vrbis illius Magiſtratus *Demarchi* nomine vocaretur. Certius tamen atque ſincerum aliud eiuſdem ſiglae exemplum ſubieciſſe nunc libet, quod apud Sponium occurrit Miſcell. Sect. X. n. 95. & Smithum Notit. Eccleſ. pag. 60.

. . ΑΡΧ . ΤΟΥ ΤΩΝ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ

Ibi nimirum certiſſime legi debet Α"ρχοντες, cum in latino Pſephiſmatis eiuſdem exemplo, quod proxime praeceſſerat, explicate legatur *Magiſtratus harum Civitatum*. Sed &

& exemplum aliud ex Sponio proferri, eiuſque interpretatio refelli facile poterit. In Miſcell. Sect. X. n. 132. legitur

ΑΥΤ . Κ . Μ . ΑΥΡ . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ
ΕΠ . ΑΥΡ . ΠΟΛΛΙΑΝΟΥ Β ΤΟΥ ΑΡΧ.
ΕΝΑΤΟϹ ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΓΟΡΔΗΝΩΝ

Sponius ipſe latine reddidit: *Sub Aurelio Polliano ſecundum Pontifice nonus Iulienſium Gordianorum*, atque adnotavit: *videtur eſſe potius Numiſmatis, quam Lapidis, Inſcriptio*. At certe ille fallitur. Etenim ſive Lapidis, ſive Numiſmatis inſcriptio illa fuerit, non Α'ρχιερέως, ſed Α"ρχοντος intelligi, legique debet; cum apud Iulienſes, ut Vaillantius obſervavit, ſupremus Magiſtratus, cuius nomen Nummis inſcriptum conſpicitur, non Α'ρχιερεὺς, ſed Α"ρχων, vocaretur.

ΑΡΧΙΕΠΙϹΚ'. Α'ρχιεπισκόπȣ. Monſfauconius Palaeogr. pag. 174. Vide in ΙΝΔ.

* ΑΡΧΙΣ. Sponius in Miſcell. Sect. X. n. 66. marmor exhibet *M. Aurelio Severo Antonino* in Inſula Thera poſitum; in quo poſt varios Caeſaris titulos repente ſubditur

ΑΡΧΙΣ . Μ, ΑΥΡ . ΙΣΟΚΛΕΟΥΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ . ΤΟ Β̄ . ΚΑΙ ΑΥΡ
ΚΛΕΟΤΕΛΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΚΑΙ ΑΥΡ
ΦΙΛΟ.ΕΝΟΥ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ

Cl. Maffeius ſiglam hanc ita explicandam eſſe arbitratur, ut Α'ρχισράτηγος, *aut aliquid ſimile* intelligatur, *ut paullo poſt* Α'ρχιθυασίτης. *Sed de literarum errore*, inquit, *ſuſpicor; cum e ſchedis accepta ſit: forte erat* ΑΡΧΙΕ. *hoc eſt* Α'ρχιερέως. Vandalius etiam non ΑΡΧΟΝ, ut a Sponio lectum exiſtimat, ſed ΑΡΧΙΕ. pro Α'ρχιερέως ſupplendum eſſe arbitratur Diſ. II. pag. 228. idque pluribus exemplis confirmare nititur, quibus ΑΡΧΙ, vel ΑΡΧΙΕ. pro Α'ρχιερέως in Nummis legitur. Ego vero perſpicuum quidem in marmore quadratarii vitium ineſſe ſuſpicor, ſed reſcribendum etiam arbitror ΑΡΧΤΣ pro Α"ρχοντος, ſive etiam ΑΡΧΤΝ pro Α'ρχόντων. Etenim poſt Aurelii Philoxeni Abaſcanti nomen repente ſubditur: τὴν πρόνοιαν τῆς παρασκευῆς, ϗ τῆς ἀνασάσεως τȣ ἀνδριάντος ποιησαμένȣ τȣ πρώτȣ Α"ρχοντος Α'υρ. Ι'σοκλέȣς τὸ Β̄. Ergo, ſi *Aurelius Iſocles*, ſive *Iſoclis filius*, hic *Archon primus*, vel Archontum *primus*, vocatur; adeoque eodem prorſus magiſtratus nomine deſignantur *Aurelius Cleoteles*, & *Aurelius Philoxenus* ipſius Collegae, qui repente poſt ipſum recenſentur, non Α'ρχιερεῖς, neque Α'ρχισράτηγοι, ſed Α"ρχοντες, cenſeri illi debent; ideoque non Α'ρχιερέως, neque Α'ρχισρατήγȣ, ſed Α"ρχοντος, aut ſi libeat, Α'ρχόντων hic reſtitui, legique debebit; cum praeſertim marmor a Theraeis poſitum fuerit, qui Magiſtratus Eponymos non *Archiereos* vel *Archiſtrategos*, ſed *Archontes*, vocabant. Certe in alio Theraeorum marmore, quod apud Sponium ipſum n. 64. occurrit, explicate legitur: τὴν ἐπιμέλειαν, ϗ τὴν ἀνάςασιν ποιησαμένȣ Α'ρχόντων Α'σκληπιάδȣ Β.

ΑΤΟΙϹ. Muratorius pag. 1460. n. 7. ex Gualtherio pag. 54. n. 359.

D M
FABIA SPERATA
SAΛΛVSTIS
AGATOCLES
O CAE PODIOS
ATOIC EΠOHCAN

Cl. Editor interpretatur: *Fabia Sperata Salluſtis Agathocles Qui Ei Rhodius* ....... *Fecerunt*. Initio ſuſpicabar ΓΟΝΕΙϹ legi poſſe, ut nempe exprimeretur Monumentum illud *Fabiae Speratae* a *Salluſtia*, & *Agathocle*, qui *Rhodius* etiam vocabatur, poſitum fuiſſe. At veriſimilius exiſtimo ΑΥΤΟΙϹ pro ΕΑΥΤΟΙϹ legendum eſſe: quod nempe *Fabia Sperata Salluſtis*, & *Agathocles*, aliove nomine *Rhodius*, Monimentum *ſibi* pararint. Notandum CAE pro KAI; ut alibi KE pro eodem KAI.

ΑΥΓ. Α'υγȣ́ςων *Auguſtarum*. Muratorius p. 1860. n. 9.

ΤΕΛΕΤΑΙ ΕΤΩΝ
ΙΒ̄ . Η̄ . ΙΒ̄ . ΠΡΟ Γ . ΝΩΝ . ΑΥΓ.

Ita pag. 1953. n. 4. ☧ Ζ ΕΙ ΑΥΓ.

ΑΥΓ. Α'υγȣ́ςȣ. Muratorius pag. 401. n. 4.

ΥΠΑΤΙΑ ΟΝΟΡΙΟΥ ΑΥΓ . ΤΟ ΑῙ

Vide in ϛ.

ΑΥΓΟΥϹ. Α"υγȣςος. Monfauconius Palaeogr. pag. 174. ubi Iuſtinianus vocatur

ΑΕΙϹΕΒΑϹΤΟϹ ΑΥΓΟΥϹ

Vide in ΧϹΥΠΓ.

ΑΥΡ. Α'υρήλιων. Muratorius pag. 549. n. 1.

Μ̄ . ΑῩΡ . ΠΑΝΚΡΑΤΙΔΑΝ

Eadem ſigla bis occurrit pag. 16. n. 8.

* ΑΥΡ. Α'υρήλιος, Fabrettus Cap. X. n. 502. pag. 740. Inſcriptionem hanc exhibet *Veronae* poſitam, latineque a ſe redditam

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ΕΝΘΑΔΕ ΚΙ | | *Hic ia-* |
| | ΤΕ ΑΥΡΕϹΩ- | | *cet Aureſo-* |
| ☧ | ΠΟϹ ΚΑΔΔΑ | ☧ | *pus Cadda-* |
| | ΝΩΝ ΤΗϹ ϹΥΡΙ | | *non ex Syri-* |
| | ΑϹ ΖΗϹΑϹ ΕΤΗΝ | | *a vixit annis L* |
| | ΜΙΥΡΟΤΙΩΕΝ | | *in Miurotia.* |

Cl. Hagenbuchius apud Gorium in Praef. ad Part. III. pag. 36. feliciter ipſam reſtituit, latineque reddidit

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ΕΝΤΑΔΕ . ΚΙ | | *Hic ia-* |
| | ΤΕ . ΑΥΡ . ΕϹΩ | | *cet Aurelius Aeſo-* |
| ☧ | ΠΟϹ . Κ. ΑΔΔΑ | ☧ | *pus civis Vici Adda-* |
| | ΝΩΝ . ΤΗϹ . ϹΥΡΙ | | *norum Syri-* |
| | ΑϹ . ΖΗϹΑϹ . ΕΤΗ . Ν | | *ae, qui vixit annos L* |
| | ΜΗΝ . ΟΚΤΩ . ΕΝ | | *menſes VIII. in* ☧. |



Digitized by Google

ATR. Vltima nimirum Notae litera non Graeco, ſed latino, ductu efformata. Gudius pag. 116. n. 9. Vide in PωM.

ATPE. Α'υρελίῳ. Muratorius pag. 1851. n. 3.
ΜΑΡΚΩ ΑΤΡΕ
ΣΤΜΒΙΩ ΕΠΙ
ϹΑΒΙΑ
quod ille reddidit *Marco Aurelio Coniugi Epiſabia*.

ATPEΛ. Α'υρέλιος. Gruterus pag. 608. n. 7.
ΑΤΡΕΛ. ΗΛΙΟΔωΡΟϹ.

ATPHΛ. Α'υρήλιον. Cyriacus pag. 38. n. 250.
Μ. ΑΤΡΗΛ.
& Murat. pag. 549. n. 1.

ATPΣ. Α'υρήλιος. Gruterus pag. 1136. n. 10.
... ΝΤΟΣ ΑΤΡΣ ΚΡΙΣΠΙΝΟΤ. ΠΟΛ ...
ubi Gruterus ipſe interpretatur Α'υρήλιος.

✱ ATT. Α'υτοκράτορι. Sponius Itin. pag. 118.
ΑΤΤ. Κ. Μ. ΑΤΡ. ΣΕΟΤ.
Vide in Π. Τ.

ATTOK. Α'υτοκράτορος. Cyriacus pag. 12. n. 90. & Murator. pag. 586. n. 3.
ΚΑΝΩΝΕΣ. ΑΔΡΙΑΝΟΤ. ΑΤΤΟΚ
Ita apud Sponium Miſcell. Sect. X. n. 126. Vide in ΕΤΔΑΙΜ.

ATTOKPAT. Α'υτοκράτορα. Gruterus p. 1084. n. 6.
ΑΤΤΟΚΡΑΤ. ΚΑΙΣΑΡΑ

✱ ΑΦΙ. Α'φιδναῖος ex *Aphidna* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 51.
ΑΓΑΘΟΠΟΤΣ ΕΙΣΙΔΩΡ. ΑΦΙ

ΑΦΛ·ΦASC. Gualtherius p. 5. n. 16. Vide in KS.

ΑΦΡΟΔΕΙ. Α'φροδείτῳ. Sponius Itin. pag. 48.
ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙ ΣΤΕΙ

ΑΦΡΟΔΙϹΙ. Α'φροδισιάδος. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 28.
ΑΓΑΘΟΚΛΙ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΑΦΡΟΔΙϹΙ ΤΗϹ ΤΡΑΧΗΑϹ
ΕΤΕΛ. ΕΤΩΝ .... ΕΠΟΙΗ
ϹΑΝ ΟΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ
quod ille reddidit: *Agathocles Menandri Aphrodiſiae aſperae, civis obiit .... Fecerunt Liberti*. Itaque Sponius hic Vrbem quidem aliquam indicatam eſse coniecerat, ſed neque tamen ipſius ſitum, neque Notae, ſive contractae vocis, vim expoſuit, neque marmoris voces ſatis accurate ille reddidit. Etenim non *Agathocles*, ſed *Agathocli* reddi debet; moxque ΑΦΡΟΔΙϹΙαδος ſupplendum, latineque *Aphrodiſiadis* explicandum erit. Quandoquidem vero Strabone teſte Lib. XIV. Ciliciae pars extra Taurum ſita τραχεῖα ſive *aſpera* dicebatur, atque, ut auctor eſt Stephanus, ex duodecim Vrbibus, quae eodem *Aphrodiſiadis* nomine vocabantur, prima in Cilicia reperiebatur, dubitari certe non poterit quin Agathocles ille ad hanc ipſam Cilicum *Aphrodiſiadem* referri debeat.

✱ AXAP. Α'χαρνεύς ex *Acharna* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 51.
ΧΑΡΙΤΩΝ ΦΙΛΗΤΟΤ ΑΧΑΡ

Α☧Ω. Gruterus pag. 1049. n. 6. Alibi quoque ſigla iſta ſaepiſſime in Chriſtianorum Monimentis occurrit; ſolemnique formula Α'λφα & Ω'μέγα, *principium*, & *finis*, hoc eſt Chriſtum ipſum Monogrammate ibi expreſſum ſignificat.

## B

B. Δ ΤΟ *duo*. Gruterus pag. 634. n. 1.
ΕΤΕϹΙΝ. Μ̄. ΜΕϹΙΝ. Β̄. ΗΜΕΡ. ΚΕ̄. ωΡ. Ζ̄

✱ B. Δεύτερος *ſecundus*. Gruterus pag. 210.
ΤΟΝ Β ΚΛΑΡΟΝ *ſecundam ſortem*
Ita Monfauc. Palaeogr. pag. 174. ΙΝΔ' Β. Vide in ΙΝΑ. Ita apud Spon. Pop. Attic. pag. 77. ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Β. Vide Faſtos Attic. Tom. II. pag. 171.

✱ B. Τὸ δεύτερον. *ſecundo*. Sponius Itiner. pag. 147.
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ Β.
ΤΠΑΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ

B̄. Τὸ δεύτερον *ſecundo*, *ſecunda vice*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 64. pag. 341.
ΤΗΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΩΝ
ΑΡΧΟΝΤωΝ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΤ Β̄
ΚΑΙ ΚΟΙΗΤΟΤ Β̄ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΤ
ΕΤΦΡΟΣΤΝΟΤ ΙΕΡΑΣΑΜΕΝΟΤ
ΠΟΛΙΟΤΧΟΤ Β̄.

B. Δὶς *bis*. Apud Sponium Miſcell. Sect. X. n. 110. Artemidorus viciſſe dicitur.
ΟΛΥΜΠΙΑ Ρ. ΠΥΘΙΑ Β. ΝΕΜΕΙΑ Β.

✱ B. Δισχίλια *bis mille*. Monfauc. Palaeogr. pag. 162. in Ancyrano marmore 5.
Ӿ Β Φ
quod ille feliciter interpretatur: *denariorum duo millia, & quingentos*, quemadmodum in Corcyrenſi marmore apud Montfauc. ipſum Diar. Italic. pag. 424. explicate legitur:
δηνάρια δισχίλια πεντακόσια.
Valor idem in alio Montfauc. marmore Diar. Italic. pag. 202. Ӿ ΒΦ *denaria bis mille quingenta*; ſicuti in Grutero p. 1116. n. 5. Ӿ Β Φ. Vide in Ӿ. Quinetiam ad faciem hanc, Gudio duce, reſtitui refingique debet Gruteri mar-

Digitized by Google

marmor pag. 749. n. 4. in quo depravate nunc legitur Ӿ Λ Β Φ. ut in Sponio Miſcell. Sect. X. n. 28. pag. 331. Ӿ Α Β Φ. Vtrobique nimirum ex lineola, quae dexterae parti ipſius Β tranſverſa appicta fuerat, exſcriptoris vitio character Λ, ſive Α, temere procuſus fuit. Certe Cl. Gorius, qui marmor ipſum Piſis Florentiam translatum edidit Par. I. pag. 297. n. 26. ita accuratiſſime expreſſit Ӿ /Β. Φ: latineque reddidit *Denarios bis mille quingentos*: quod nimirum apex, ſive lineola, quae infra literam Β uſitato ſcribendi more appingeretur, ibi lateri adiecta fuerit. Certe in Thyatireno marmore apud Heſſelium n. 26. diſtincte legitur Ӿ /Β Φ; ut in alio ibidem Ӿ. Β. Φ. At in alio n. 13. omiſſa lineola, reperitur Ӿ Β Φ; quemadmodum in Muratorio pag. 2051. n. 4. Χ Β Φ, quod minus accurate ibi redditur *denarios quingentos*.

✱ Β. In Oxonienſi marm. 102. pag. 146.

ΦΙΛΕΙΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ Β. ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ
ΕΠΟΙΗΣΕ ΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΠΑΣΙΝ &c.

Prideauxius quidem interpretatur: *Philenus Athenaei II Verum*, inquit Cl. Maffeius, *monumentum ſibi paravit Athenaei filius vivens. Β pro ΟΥ, vel pro Υ occurrit ſaepe*, ſicuti *latina verba Graecis admixta, & Graecis literis prolata ſaepius &c.* At aegre adducor, ut ſiglam Β vel *Bivens*, vel *Vivens* exponi poſſe concedam. Potius Philini *Patriam*; aut, ſi Athenienſis fortaſſe ille fuerit, *Populum* hic indicatum eſſe putaverim, ut Βερενικίδης; quemadmodum in marmoribus aliis Atticae Populi ſingularibus literis exprimuntur. Vide in Χ. Fieri etiam poteſt ut charactere Β aliqua Philini dignitas indicetur, ut Βυλευτὴς; quemadmodum Βυλευτȣ munus in ſequentis Notae marmore memoratur.

Β. In Append. Marm. Oxon. n. 12. pag. 294.

Μ. ΑΝΤ. ΚΑΠΠΑΔ
Β. ΤΟΥ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ

Videtur eſſe civis, fortaſſe Romani, nomen.

Β. Gruterus pag. 1091. n. 4.

Α. ΒΟΛΛΑ. ΚΑΙ. ΟΔΑΜΟΣ. ΕΤΕΙΜΑΣΣΕΝ
ΑΥΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ. Β. ΤΟΥ
ΤΩ. ΥΜΕΝΑΙΩ. ΒΟΥΛΕΥΤΑΝ. &c.

apud Gruterum latine redditur: *Aurelium Artemidorum, cultorem Hymenaei, Senatorem &c.* At facile ſuſpicari quis poſſit in marmore pro ΥΜΕΝΑΙΩ, quae hic nihili vox eſſe videtur, ΜΝΑΜΕΙΩ *monimento* legendum eſſe; ut integer proinde, ac perſpicuus marmoris ſenſus hic eſſe debeat: *Senatus, & Populus honoravit Aurelium Artemidorum Β hoc Monumento, Senatorem &c.* Quod enim ad ſiglam, vel characterem Β attinet, divinari certe vix poterit, quid illo exprimatur; cum praeſertim marmori vitium aliquod ineſſe videatur.

-Β. Gruterus pag. 1136. n. 11.

ΛΟΓΓΟΣ-Β ΤΗ. ΧΡΗΣΤΗ
ΚΑΙ. ΑΣΥΝΚΡΙΤΩ. ΣΥΜΒΙΩ

Suſpicor ibi facile Βενεφικιάριος intelligi, legique poſſe; ſicuti in alio marmore Μαρ. Μέμμιος Λόνγος Βενεφικιάριος occurrit. Vide in ΒΕΝΕΦ.

✱ Β̄. Gruterus pag. 1052. n. 6. Vide in ΚῙ. Β̄.

✱ Β. Βυλή. Vide in Β. Δ. & Ψ. Β.

ΒΑΣΙΛ. Βασιλεῖ. Muratorius pag. 64. n. 6.

ΗΡΑΚΛΗ. ΒΑΣΙΛ
Λ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΠΕΛ
ΣΕΒ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ubi Muratorius optime *regi*, & *Libertus Auguſti* interpretatur.

ΒΑΣΙΛΕΩΔΩ. Βασιλεόδωρος. Sponius Pop. Attic. pag. 162.

ΣΩΣΙΜΟΣ Ο ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΟΔΩ.

ΒΑΣΙΛΙ. Βασιλικῷ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 29. & Fleetvoodus pag. 482. n. 6. marmor exhibet *Selimbriae* poſitum:

ΚΕ ΒΟΙΘΗΤΟ ΣΩ ΔΟΥΛΩ.
ΣΕΡΓΙΩ ΒΑΣΙΛΙ. ΣΠΑΘΑΙΩ

Quod ille reddit: *Domine, adiuva ſervum tuum Sergium Regem*, Fleetvoodus vero *Sergium Regi Spathaeo*. Sed quis hic *Sergio*, quis *Spathaeo* Regi locus eſſe poteſt? Certe, vel ego plurimum fallor, vel utrumque nomen mutilum, atque contractum cenſeri debet; ideoque perſpicue legendum erit Βασιλικῷ Σπαθαρίῳ. *Spatharii*, ac *Protoſpatharii* dignitas Imperii Graeci temporibus uſurpata clarior eſt certe, quam ut fuſius exponi a me debeat. Qui plura de Spathariis iſtis deſideret, uberrimos Meurſii, Cangii, aliorumque fontes adire poterit: ut plurima id genus monimenta praeteream, in quibus hoc ipſum Spatharii nomen occurrit. Eximium hic potius Monimentum aliud attuliſſe iuverit, ut exinde plurimus ſuperiori marmori ſplendor accedat, atque ipſum viciſſim ex marmore illuſtretur. Gualtherius pag. 101. n. 11. Sigillum exhibet *in plumbo cretato*, additque: *Hoc & Regii Iulii in S. Nicolao de Calomizo legi.*




 No-

Notas, aut literas in adverſa parte veluti in orbem diſpoſitas interpretor Κυρίε ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔϐΛΩ. In antica vero, quae poſterior potius, ſive ſecunda, ſigilli pars haberi debet, ita continuato ſenſu legendum arbitror: CΤЄΦΑΝΩ ΥΠΑΤΩ S ΒΑCΙΛΙΚΩ CπΑΘΑΡΙΩ. *Domine auxiliare tuo ſervo Stephano Conſuli* . . *Regio Spatbario*. Quod autem Stephanus ille *Conſul* dicatur non ad veterem Romanumque Conſulatum, qui iampridem obſoleverat, referri debet, ſed ad Conſulis nomen, & munus, quod in aliquibus Vrbibus obtinebat: quemadmodum apud Montfauconium Diar. Italic. pag. 315. Theodorus quidam Υ"πατος ϗ Δѫξ in Neapolitano marmore nominatur. Itaque character S facile vel *Siciliam*, vel Syracuſas, vel regionem, aut Vrbem aliquam indicaverit, in qua Stephanus ille *Conſulis* munere fungebatur; niſi fortaſſe potius hic, ut in marmoribus aliis, interpunctionis loco poſitus exiſtimetur. Vide in S.

* Β. Δ. Βϐλῆς Δόγματι. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 39. Explicate legitur apud Grut. p. 1090. n. 11. Δόγματι τῆς Βϐλῆς.

* ΒΕΝΕΦ. Βενεφικιάριος. Gruterus pag. 68. n. 6.

ΜΑΡ. ΜΕΜΜ. ΛΟΝΓΟC. ΒΕΝΕΦ.
ΕΥΧΗC. ΧΑΡΙΝ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ

* ΒΕΡ. Βερενικίδης ex *Berenicidis* Atticae Populo. Sponius Itin. pag 50.

. . . ΝΔΟΣ ΡΗΤΟΡΙΧΟΥ ΒΕΡ

* ΒΗΣ. Βησαιεύς. ex *Beſſa* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 51.

ΕΥΠΟΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΒΗΣ

ΒΗΣΑΙΕ. Βησαιεύς. Sponius ipſe Pop. Attic. pag. 160.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΚΟΥ ΒΗΣΑΙΕ.

Β. Η. Heſſelius inter Epheſina marmora n. 20.

Β. Η. ΣΕΥ. ΤΥΧΗ

Quid ſi characteres illi fortaſſe temere divulſi, atque interpoſito ſtigmate diſiuncti ita reſtituantur, ut ευσεΒΗΣ. ΕΥΤΥΧΗς, veluti Caeſaris alicuius titulus, legatur?

* ΒΙ Sponius Miſcell. Sect X. n. 20. p. 329.

ΥΠΟ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ
ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΒΙ ΟΝΑΣΙΚΛΕΟΣ

quod a Sponio redditur *duodecima vice militiae Ducis*.

ΒΙC. Cl. Gorius Par. I. pag. 50. n. 97.

Θ ν Κ ν
ΔΥΟ ΤЄΚΝΟΙC
ΟΚΤΑΒΙΩ. ЄΡ
ΜΗ. ЄΤΩΝ. Η
ΚΑΙ. ΟΚΤΑΒΙΩ
ЄΥΚΛΗΤΙ. Ω
ЄΠΟΙЄCЄΝ. Ο
ΒΙC. ΤΡΟΦΙ. llllllll
ΠΑΤΗΡ. Α lllllll

Quandoquidem monimentum hoc *duobus Filiis* a Patre poſitum memoratur, ita Notam ΒΙC. intelligendam eſſe putaverim, ut ΒΙCΩΜΟΝ ſignificet. Certe *Biſomi*, *Triſomi*, & *Quadriſomi* vox in marmoribus aliis occurrit; ut apud Reineſium Claſ. XX. n. 344. pag. 976. *Pater Coniugi & Filiae Biſomum fecit*; iterumque n. 369. pag. 982. *fecit Biſomus*; ſicuti exemplis aliis id fuſe demonſtratur a Boldetto capite 55. Itaque patris nomen fuerit *Trophimus*; atque poſtrema vox fortaſſe Α"θλιος cenſeri poterit: ut patris utrique filio ſuperſtitis dolor, atque infelicitas exprimatur. Muratorius, qui marmor ipſum ex Gorio protulit pag. 1194. n. 7. legit ΕΥΚΛΗΤΙ. Θ redditque *Annorum IX. Fecit O* . . . . *biſius Trophimus Pater* . . .

Β. Κ. Μ. Reineſius Cl. XIV. n. 30. p. 730.

Δ. Μ.
ΑΥΡΙΛΙΟΥC. ΙΝ. ΠΕΤΡΑ. ΤΟΥC Β. Κ.
Μ. ΒΕΙ. = = ΑΝΟ. Η. ΜΗΖΕC. S. ΔΕΙ. Ν
ΚΟCΟΥ CΥΜΒΕΙΑ. ΕΙΡΗΝΑ. ΜΑΡΙΤΟ
ΒΕΝΕ ΜΕΡΕΝΤΙ. ΙΝ. ΚΕΥ.

Vltima verba Reineſius interpretatur ΦΕΚΙΤ, ſive ΙΝ ΠΑΚΕ, ceteras autem ſiglas intactas praeteriit. Ac priores quidem Β. Κ. Μ. nihil moror, quippe quibus nullus omnino certus valor affingi poſſit, quamvis proclive ſit in iis divinare *Beteranos Claſſis Miſenatis*, ſicuti apud Gudium pag. 171. n. 6. reperitur *Princ. Claſ. Miſen.* & pag. 184. n. 3. *Speculat. Claſ. Miſen.* & Murat. pag. 78. n. 4. & 8. *Veteran. Cl. Miſen.* Vide in ΥΠCΛΑΜΑ. Apud Gudium ipſum pag. 108. n. 1. alibique ſaepius occurrit *Claſſis Moeſiae*. Sequentes autem extritas, vitiataſque voces ita explicaverim: *Vixit annos VIII. menſes VI. dies XIII. cum ſua uxore. Irene &c.* Ac certe quidem ΒΕΙΞΙΤ pro Βιξιτ alibi ſaepius occurrit ut apud Muratorium; & apud Lupum pag. 63. ΒΕΙΚΕΝ. Itaque etiam ΔΕΙ. pro ΔΙ ſcriptum fuit, ſicuti CΥΜΒΕΙΑ pro CΥΜΒΙΑ, prorſus ut in Murat. pag. 1637. num. 8. legitur CΥΜΒΕΙΟC. Characteris autem S, & Ν valor exemplis aliis a me demonſtratur. Quandoquidem vero character Η, ſive is *octo*, ſive *centum* ſignificet, annos illos exprimere non poteſt, quos Aurelius in vivis exegerit, ſuſpicor annos illos hic indicari, quos ipſe in coniugio vixit; quod frequentiſſime in marmoribus aliis obſervatur: perinde quaſi latinae voces latinis etiam characteribus ita barbare expreſſae forent CO SV CONIVGE. Ita apud Gruter. pag. 751. n. 1. *vixit cum marito annis XXX.* Rein. Claſ. XX. n. 124. pag. 927. *vixit cum Maritum ſuum annos XXX.*

& n.

Digitized by Google

& n. 304. pag. 968. *vixit cum dulciſſima Coniuge annis XVI.* denique Fleetvoodus p. 254. n. 1. *vixit cum Coniugem ſuam annos XXIV.* atque Grut. pag. 827. *vixit cum ea Coniuge ann. XIV.* Sed clarius Monimentum aliud addidiſſe iuverit, ut viciſſim exinde ipſi quoque ſplendor accedat. Muratorius pag. 1879. n. 4. hoc marmor exhibet ex Boldetto p. 408.

ΓΕΜΕΛΛΟ. BENE. MEPENTI. BIZIT. ANNOΣ XL
ΚΩΥ. ΚΟ. ΖΟΥ. ΤΕCΟΥ. Α. AN. NIC. VIIIIΦ
ΖΟΥΛΙΑ

ubi Muratorius interpretatur: *Gemello Bene. Merenti. Vixit. Annos XL. Cum. Quo. Iulia Coniux. Vixit. Annis VIIII. Iulia.* Ego vero potius interpretor Κου. Κοζουγε. Coυα. *Cum Coniuge ſua.* Etenim character Z hic alibique ſaepius characteris I locum obtinet; adeoque ΚΟΖΟΥΓΕ pro ΚΟΙΟΥΓΕ ſcriptum fuit. Itaque plane non video cur marmora, in quibus ſiglae B. K. M. reperiuntur, Maffeius digitum fortaſſe ad marmor iſtud intendens, ſuſpecta eſſe dixerit pag. 110. & ſiglas ipſas *nihil dicentes inter ſuppoſitionis argumenta* numeraverit. Ingenue ſiquidem fatendum eſt ſiglas aliquas nihil dicere non quod temere marmoribus appictae illae fuerint; ſed quod ipſarum vis, & ſignificatio nobis impervia, vel occulta ſit; ut ſi proinde ex ſola ſiglarum obſcuritate de marmorum ſinceritate iudicium feratur, vereri fortaſſe quis poſſit ne ſincera quoque, atque indubia marmora, in quibus interdum arcanae, implexaeque ſiglae conſpiciuntur, in dubium revocentur.

BPIT. Βριτάννικον. Muratorius pag. 248. n. 1.
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΠΑΡΘ. ΜΕ. BPIT. ΜΕ.
ΓΕΡ. ΜΕ.

ΒΥΒΛΟ̄. Muratorius. pag. 553. n. 1. marmor *Corcyrae* poſitum exhibet.

Α ΠΟΛΙΣ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ
ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΥΒΛΟ̄ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ

Cl. Editor interpretatur *Marcum Calegaii filium Biblienſem*: quod a perſpicua tamen Romanorum nominum indole prorſus abhorret. Itaque *Caii filium* interpretor; nomenque ΚΑΛΗ mutilum eſſe putaverim; ut proinde facile Καλήνιον, vel Βαλήριον ſuppleri, legique poſſit. Denique contracta voce ΒΥΒΛΟ̄ non Marci patriam, ſed agnomen, exprimi facilius dixerim; adeoque ΒΙΒΛΟΝ pro ΒΙΒΟΥΛΟΝ ſcriptum exiſtimo: prorſus ut alibi Σκαπλαν pro Σκαπυλαν occurrit. Vide Grut. pag. 425. n. 3. Ita pag. 503.

ΚΟΙΝ ΤΟΥ. ΑΥΤΑΤΙΟΥ. ΚΟΙΝΤΟΥ. ΥΙΟΥ
ΚΑΤΛΟΥ pro ΚΑΤΟΥΛΟΥ

Ita apud Spon. Miſcell. Sect. X. n. 17. legitur ΠΟΒΛΙΟΝ ΜΕΜΜΙΟΝ ΡΗΓΛΟΝ pro ΡΗΓΟΥΛΟΝ. Sponius tamen ipſe, qui hoc idem Muratorii marmor ediderat in Miſcell. Sect. IV. ad Tab. XIII. & in Itin. pag. 84. quamvis poſt ΚΑΛΗ lacunae ſignum adiecerit, interpretatur *Marcum Cali . . . . Caii filium Byblum.*

## Γ

Γ. Τρεῖς, τρία. Gruterus pag. 730. n. 6.

Θ . Κ
ΗΡΩ
ΕΤ. ΜΓ. Μ. Γ
ΗΜ . ΙΓ
ΜΗΤΗΡ ΧΑΙΡΕ

Γ. Τρίτος. Gruterus pag. 210.
ΓΙ ΚΛΑΡΟΥ
*Decimae tertiae ſortis.* In marm. Oxon. n. 15. pag. 83. & Sponio Popul. Attic. pag. 166. ΕΤΟΣ ΚΓ. Vide in ΕΙ ΘΥ.

* Γ Τὸ τρίτον *tertio, tertia vice.* Donius Cl. II. n. 73. pag. 88.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΤΟ Γ. ΥΠΑΤΟ Δ. Π ΠΑΤ
Grut. pag. 315. n. 9.
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗC . ΕΞΟΥCΙΑC . ΤΟ . ΙΗ
ΥΠΑΤΟΣ. ΤΟ. Γ.
Vt in Oxon. marm. 9. pag. 293.
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ Ι
ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ Γ
ubi temere Seldenus, adnotante Fabretto pag. 483. I in Γ mutandum eſſe putaverat. Apud Spon. Itin. pag. 124. ΤΟ ΙΓ.

In Cyriaci marmore n. 260. pag. 40. legitur
ΓΕΡΟΝΤΕΥΣΑΣ . Δ . ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΣ . ΓΒ.
At quadratarii, vel exſcriptoris vitio factum putaverim ut pro I character Γ irrepſerit. Ita fortaſſe etiam in Oxon. marm. n. 143. pag. 277.
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ Γ ΝΕΩΚΟΡΟΣ
niſi nimirum Γ ibi τρίς ſignificare dicatur.

Γ. Τρίς. In eximio marmore apud Sponium in Miſcell. Sect. X. n. 112. & in Pop. Attic. pag. 222. in quo victoriae recenſentur
ΝΕΜΕΙΑ ΕΝ ΑΡΓΕΙ Γ.

Γ. Τρισχίλια *tria millia.* Muratorius p. 1069. n. 6.
ΔΩΣΕΙ ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΔΗΝΑΡΙΑ Γ
ubi latinus marmoris interpres ita reddidit: *denariorum quinque millia.* Leichius in *Novis Emendat. ad Graecas Muratorii Inſcriptiones* pag. 65. haec adnotavit: *Vltima verba Graecus lapis a Grutero pag. 749. 4. editus, ut alios ommittam, praeclare illuſtrat.* Verum, ſi Muratorii marmor cum Gruteriano conferatur, quod exhibui in B. perſpicuum fiet non *quinque*, ſed *tria* millia reddendum eſſe: cum ſigla Γ non *quinque*, ſed *tria* ſolum ſigni-

ſignificet. Bimardus tamen, quamvis optime in Muratorii marmore pag. 809. A *mille*, & B *duo millia* reddiderit; in alio tamen p. 679. n. 7. E *quingentos*, & Γ *trecentos* interpretatur.

* Γ. Γερυσίας. Muratorius pag. 467. n. 7. Vide in ΧСΤΠΓ. Cl. Maffeius ſiglam ipſam ex Oxon. marmore n. 1. exſculpere conatur: quamvis ibi valor alius admitti, atque integrum Γερυσίας nomen in lacero marmore ſuppleri debeat. Vide in EKT.

* Γ. Γαΐυ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 79. pag. 348.

ΑΥΛΟΝ ΚΑΝΩΔΙΟΝ Γ. Υ.

Explicate legitur Γάϊος apud Grut. pag. 913. n. 13. & pag. 1132. n. 8. Ita quoque Γάϊος legendum eſſe putaverim in Oxon. marmore 129. pag. 264. ubi nunc legitur: Ἐπίτροπος τῆς Στρατηγίας F. ΑΟΥΙΔΙΟΣ ΝΙΓΕΡ; ac Prideauxius interpretatur *Flavius Avidius Niger*, quamvis Reineſius pag. 113. ibi legerit Γάϊος. Vide in F.

* ΓΑ. Γαΐον Cyriacus pag. 38. n. 246.

ΓΑ. ΡΟΥΒΡΙΟΝ

Iterum bis occurrit num. 247. Vide in Z.

ΓΑΓΗ . . . Γαληρία. Muratorius pag. 556. n. 2.

Μ. ΟΥΛΠΙΟΝ ΕΥΒΙΟΤΟΝ ΛΕΥΡΟΝ ΓΑΓΗ . . .

Reſcribendum arbitror ΛΕυκιου ΤΙΟΝ, ſive ΛΕΥκιυ ΤΟΝ ΓΑΛΗΡΙΑ: ut exprimatur hunc M. Vlpium Eubiotum *Leucii*, ſive *Lucii*, filium, atque ex *Galeria* Romana Tribu fuiſſe. Prava characteris Λ formatio, marmoriſque lacuna exſcriptori facile impoſuit ut Γ pro Λ ſcriptum ſupponeret. Ceterum hoc ipſum *Galeriae* Tribus nomen in alio marmore apud Smithum invenio Notit. Eccleſ. pag. 61. In Spon. Itiner. pag. 130. explicate legitur Μάρκος Φάβιος Μάρκυ Φαβίυ ὑὸς Γαλερία Ἴωνιος ἔτων ΚΑ. Vide Faſtos Attic. Diſſer. XI. num. 13.

* ΓΑΡ. Sponius Itiner. pag. 48.

. . . . ΘΟΚΛΗΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΓΑΡ

ΓΑΡΓΗ. Sponius Pop. Attic. pag. 79.

ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ ΓΑΡΓΗ.

ΓΑΡΓΗΤ. Sponius Pop. Attic. pag. 78. & marmor Riccardianum in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170.

ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ ΞΟΣΤΗΡΟΣ ΓΑΡΓΗΤ

ΓΑΡΓΗΤΙ. Sponius Pop. Attic. pag. 159.

ΣΕΡΑΠΙΩΝ ΙΣΟΦΙΛΟΥ ΓΑΡΓΗΤΙ

ubique legi, ſupplerique debet Γαργήττιος ex *Gargetto* Atticae Populo.

ΓΒ. Γαβριήλ. Gruterus pag. 1048. n. 2.

* ΓΕ. Muratorius pag. 582. Vide in AI.

ΓΕ. Γέλλιος. Vide in ΑΓΕ.

ΓΕΓΡ. Γεγραμμένυ. Vide in ΠΡΟΓΕΓΡ.

* ΓΕΛΛ. Γέλλιος. Sponius Pop. Attic. p. 200.

ΓΕΛΛ - ΤΕΙΜΟΘΕΟΣ

ΓΕΡ. Γερμάνικον. Murator. pag. 248. n. 1. Vide in ΒΡΙΤ.

* ΓΕΡΜ. Γερμάνικον. Sponius Itin. pag. 116.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΠΑΡΘ. ΜΕ ΓΕΡΜ. ΜΕ.

ΓΕΡΜΑΝΙΚ. Gruterus pag. 458. n. 1.

ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΕΞΠΛΩΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ

ubi perſpicue ſuppleri debet Πραιφέκτῳ. Ἐξπλωρατόρων. Γερμανίκων ſive Γερμανίκης. *Exploratorum* nempe *Legionis Germanicae*. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ. Graevius tamen obſervat in marmore ſcriptum fuiſſe Σ inverſum, adeoque legendum Γερμανίας.

ΓΗ. Muratorius pag. 1044. n. 7.

ΗΛΙΟΔΩΡΟС. ΗΛΙΑΚΟΝ. ΕΜΕСΗΝΟΝ

ΕΝ ΙΡΗΝΗ ΑΝΕΘΚΕ

ΓΗ ΠΡΟ ς ΚΑΛ. ΙΟΥΝΩΝ

Boldettus quidem, ex quo Muratorius marmor exſcripſerat, pag. 411. legit ΑΝЄΘΗΚЄ, & S, atque interpretatur *depoſuit in terra*. At ego legerim ΤΗ ΠΡΟ ς, ideoque reddiderim *dedicavit*, vel *poſuit ante diem VI. Kal. Iuniarum*.

ΓΑΠΡ. Muratorius pag. 1361. n. 11. marmor exhibet *Theſſalonicae* poſitum

Μ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΕΡΜΗΣ ΙΟΥΛΙΑ

ΤΕΡΤΙΑ ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ ΕΑΥΤΟΥ

ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΗΡΜΙΟΝΗ ΤΗ

ΘΥΓΑΤΡΙ ΖΩΣΙΜ ΕΠΟΙΕΙ Ε

ΤΟΥΣ ΓΑΠΡ ΤΟΥ ΚΑΙΒΙ

Cl. Editor legit ΖΩΣΙΝ, atque interpretatur. *Marcus Iulius Hermes Iuliae Tertiae Vxori ſuae, & Iuliae Hermione Filiae vivis fecit Annos* . . . At poſtrema vox Ἔτυς non *annos*, ſed *anno*, reddi debet, ipſique proximae numerales annorum notae ΓΑΠΡ certiſſime connecti debent. Sed quis coniicere, vel divinare unquam poſſit quid implexis notis illis, aut characteribus exprimatur? Facile eſt quidem hic aliquam Theſſalonicenſium Aeram ſuſpicari, cuiuſmodi fortaſſe in alio marmore occurrit, quod exhibetur in ΖC; ideoque, ſi prima litera Γ auferatur, & Λ convertatur in A, annum CLXXXI. hic intelligere. Qui tamen haec interpretatio, vel annorum numerus cum vocibus aliis notiſque numeralibus pone ſequentibus haerere poterit? Itaque ſuſpicor in marmore

tum

Digitized by Google

tum Coniugis tum Filiae aetatem vel annos indicari, hoc eſt annum illum, quem ipſarum quaelibet adhuc ſuperſtes agebat interim dum monumentum ipſis a Patre & Coniuge ponebatur. Facile nimirum exemplis aliis oſtendi poteſt in uno eodemque marmore plurium aetatem indicari. Ita in Grut. p. 756. n. 6. Murat. pag. 1427. n. 5. & Fleetv. p. 271. n. 1. Ζησάσῃ ἔτη ΛΕ. Ζήσαντι ἔτη Δ. quorum primum ad coniugem, ſecundum ad filium refertur. Ita apud Gorium Ὀκταβίῳ, Ἑρμῇ ἐτῶν Η. καὶ Ὀκταβίῳ Ἐυκλήτι ω̄. Vide in BIC. & Reineſ. pag. 767. n. 161. Itaque hic etiam prius Coniugis, mox Filiae aetas indicatur; ut priores quidem characteres ΓΛ Coniugis, poſtremi vero ΒΙ Filiae aetatem exprimant. Characteres autem illos ΠΡ ita explicaverim ut ΠΡΟγεγραμμένων *ſupraſcriptarum* legi ſupplerique debeat; cum eadem fere ſigla, idemque valor in alio marmore occurrat, quod exhibetur in ΠΡΟΓΕΓΡ. Hinc perſpicuus marmoris ſenſus hic eſſe debet quod Monimentum illud excitatum fuit anno *trigeſimo tertio*, qui itidem ſimul erat *duodecimus*; ille nimirum *Coniugis*, hic *Filiae*.

* ΓΝ. Γναῖος. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 17.
ΓΝ . ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΣ ΓΝΑΙΟΥ ΥΟΣ
ubi Sponius ipſe interpretatur *Cnaeus Vitellius Cnaei filius*. Murat. pag. 1451. n. 8.
ΓΝ . ΚΛ . ΠΛΩΚΙΩ
apud Gruterum pag. 314. n. 2. ΓΝΕΩ & pag. 1144. n. 10. ΓΝ. Vide in Δ. Μ.

ΓΝΑΙ. Γναῖος. Gudius pag. 298. n. 10.
ΓΝΑΙ ΟΚΤΑΟΥΙΟΣ ΒΑΣΣΙΑΛΟΣ
Ita in Murat. pag. 1392. n. 4 latine legitur
CNAEVS DOMITIVS ZOSIMVS.

* ΓΝΗΣ. Γνησίῳ. In marmore Oxon. 141. pag. 276.
ΘΕΟΔΩΡΩ ΤΩ ΕΜΩ ΓΝΗΣ . ΕΚΓΟΝΩ
ubi Prideauxius optime legit Γνησίῳ, redditque *legitimo*. Explicate legitur ΥΙΩ ΓΝΗΣΙΩ apud Gruterum pag. 671. n. 14.

* ΓΟΡ. Gualtherius in *Tabulis Siculis* epigraphen hanc protulit, quae *in deſtructi operis manubrio* reperitur
ΕΠΙΝΙΚΑΣ Α
ΓΟΡ Α
ΠΑΝΑΜΟΥ
ΔΕΥΤΕΡΟΥ
Vide Faſtos Atticos Tom. II. pag. 424. Gualtherius ipſe pag. 12. n. 88. latine illam reddidit: *Vincendo Gorpiaei* menſe I. *Panami* menſe *ſecundi*; quemadmodum Cl. Maffeius *Gorpiaeum* menſem interpretatur.

* ΓΡ. Clar. Maffeius ſiglam iſtam in eximio marmore reperiri putavit, quod ex Sponio Popul. Attic. pag 79. ego protuli in ΚΟΛ. ubi legitur ΠΡΟΣΑΓΡ. Sed opportune iam monui in citato Sponii marmore non ΠΡΟΒΑ. ΓΡ, neque πρὸς ἀγορὰν cum Maffeio legendum eſſe, ſed πρὸς Ἄγραν. Certe ibi Παιδευταὶ, ſive *Puerorum Inſtitutores*, ordine recenſentur; ideoque nullus *Scribae* locus hic eſſe poterat.

* ΓΡΑ. Γραφεύς. In Oxon. marmore n. 141. pag. 276.
ΣΥΜΒΟΛΑΙΟΓ$^{Α}_{Ρ}$
ubi Prideauxius interpretatur *Senatus Scriba*. Reineſius vero Claſ. XX. n. 325 pag. 972. marmor ipſum ex Seldeno proferens habet ΣΥΜΒΟΛΑΙΟΓΡ. optimeque reddit *Contractuum Scriba*. Vide in ΣΥΜΒΟΥΛΙΟΓΡ.

* ΓΡΑΦ. Γραφομένῳ. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in ΑΡΧ. Apud Gruterum ipſum p. 503. explicate legitur
ΓΡΑΦΟΜΕΝΩΙ . ΠΑΡΗΣΑΝ

## Δ

Δ. Τέσσαρες, τέσσαρα *quatuor*, Gruterus pag. 1036. n. 11.
ΖΗΣΑΝΤΙ Μ̄ ΙΗ̄ ΗΜΕΡΑΣ ΚΔ̄ Φ Ε̄
Idem fortaſſe ſiglae valor in Sponii marmore Miſcell. Sect. X. n. 117.
ΖΗΣΑΝ ΕΤΕΙ Δ ΜΗΝΑΣ Ε . Η . Κ
Apud Gruterum pag. 140. in S. Hippolyti Cathedra habetur ΠΡ Δ̄ ΝΩ ubi certiſſime Δ non *decem*, ſed *quatuor*, ſignificat; ſicuti in eadem ipſa S. Hippolyti Cathedra
ΕΓΕΝΕΤΟ . Η . ΔΙ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΕΙΔΟΙΣ
ΑΠΡΕΙΛΙΑΙΣ ΣΑΒΒΑΤΩ

* Δ. Τέταρτος. Gruterus pag. 210.
ΤΟΥ . Δ. ΚΛΑΡΟΥ *quartae ſortis*.
Vide in ΚΟΩΡΣ.

* Δ. Τὸ τέταρτον *quarto*, *quarta vice*. Donius pag. 88. n. 73.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ . ΤΟ . Γ . ΥΠΑΤΟ Δ.
In Ticinenſi marmore, quod exhibeo in ΔΕΣΠ. legitur Τ Δ̄ *quarto*.

Δ. Τετράκις *quater*. In Megarenſi marmore apud Sponium Miſcell. Sect. X. n. 112. & Popul. Attic. p. 222. ubi victoriae recenſentur,
ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΠΕΡΓΗ Δ.
ΑΘΗΝΑΣ ΠΡΟΜΑΧΟΥ ΕΝ ΡΩΜΗ Δ

* Δ. Δέκα *decem*. In marmoreo Oxonienſi Chronico, in Sadvicenſi marmore, aliiſque pluribus haec ſigla ſemper δέκα, ſive *decem* annos, vel drachmas ſignificat, quod ex contextu percipitur. Spon. Miſcell. Sect. X. n. pag. 356.
ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΩΝ ΤΡΙΣΔ ΠΟΛΕΩΝ

Grut.

Digitized by Google

Grut. pag. 495. n. 1. ΦΤΛΗ. ΔΙ. ubi facile *ἑνδεκάτῃ undecima* intelligi profecto poterit; quamvis characteribus inverſo ordine deſcriptis etiam *quartadecima* Tribus exprimi, vel indicari potuerit. In alio marmore apud Grut. pag. 1142. n. 6. legitur ΕΖΗΣΕΝ. ΕΤΗ. ΔΓ. ubi facile *tredecim* intelligi poſſet, niſi Monimentum illud *Iuliae Electae* ab ipſius marito, ac filio poſitum diceretur. Itaque potius reſcribi velim ΛΓ *triginta tres;* quamvis Fleetvoodus pag. 264. n. 1. ΔΓ. retinuerit, atque Patinus ad *Caenotaphium M. Artorii* reddiderit: *annos XLII.*

Δ'. Heſſelius in Appendice Praefationis n. 5.

ΔΙΟΝΙΣΙΟΣ Δ' ΠΡΑΓΜΑΤΕΤΤΗΣ ΦΛ ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ ΦΛ ΑΧΙΛΛΗΣ
ΤΠΑΤΙΚΗΣ ΖΩΝ ΤΗΝ ΚΑΜΑΡΑΝ ΚΑΤΕΣΚΕΤΑΣΕΝ

Ibi fortaſſe Διονυσίυ legi, ſupplerique poterit; niſi fortaſſe cui libeat aut Δήμυ, aut Δημόσιος hic intelligere: quod nimirum Dionyſius ille rei publicae curator, vel *negociator* eſſet. In Muratorio tamen pag. 950. n. 1. legitur, & quidem, ut opinor, emendatius ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ Ο ΠΡΑΓΜΑΤΕΤΤΗΣ ΦΛ ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ ΦΛΑΚΙΛΛΗΣ *Dionyſius Actor Flaviae Demetriae Flacillae.*

Δ. Character iſte, non veluti ſigla, ſed interpunctionis inſtar occurrit apud Gruterum pag. 828. n. 4.

DΔSEXTINIOΔMΔ
SATVRNA ∇ ET Δ SIBI Δ V Δ F Δ

Ita pag. 648. n. 7. ANICIA ΔP HILARA ΔV SIBI. FECIT SEXΔVIBIOΔ.

Iterumque ſimul cum Υ pag. 702. n. 1.

DY MY
Q. POMPONIVS
EVDEMONΔ ET
POMPONIA. HELPIS
SIBI Δ FECERVNT

ΔΑΙΜΟΝ. *Δαίμονες Genii.* Heſſelius in Appendice Praefat. inter marmora Teia n. 22.

ΔΙΟΣ ΚΤΗΣΙΟΤ
ΔΙΟΣ ΚΑΤΕ... ΑΙΟΤ
ΡΩΜΗΝΣ
ΑΓΑΘΟΤ ΔΑΙΜΟΝ

ubi facile ΚΑΠΕΤΩΛΙΟΤ ſupplendum eſſe putaverim. Vide in Δ. Τ.

* Δ.Ε. Δημαρχικῆς Ε'ξυσίας. Cl. Maffeius ſiglam hanc Lapidariis aliis interſerit, neque tamen marmor indicat, cui inſcripta reperiatur. Mihi certe nullibi eam in marmoribus occurriſſe iam monui.

ΔΕΙ. Δίες *dies*. Latina nimirum vox Graecis characteribus exarata. Vide in Β.Κ.Μ.

* ΔΕΙΡ. Δειραδιώτης ex *Diradia* Atticae Populo. Sponius Pop. Att. pag. 159.

ΕΛΕΤΣΕΙΝΙΟΣ ΜΗΝΟΔΩΡΟΤ ΔΕΙΡ.

ΔΕΚ. Δεκεμβρίων. Muratorius pag. 1952. n. 4.

ΤΥΡΑΝΝΟϹ
ΚΑΤ ΠΡ ΕΝωΝ ΔΕΚ

quod ibi redditur *Depoſitus Pridie Nonas Decembris.* Perſpicue tamen apparet *V. Nonas* legendum eſſe. Ceterum Nota ΚΑΤ. non modo Καταθέτη, ſed etiam Κάτθανε exponi poteſt. Ita apud Gudium pag. 368. n. 2.

ΙΛΑΡΟϹ ЄΤ ЄΤЄΛЄΤΤΗϹЄΝ
ЄΤωΝ Ζ ΗΜЄ ΜΓ ΤΗ ΠΡ.ΙΖ ΚΑΛ ΔЄΚ

ΔΕΚΕΜΒΡΙ. Δεκεμβρίας. Muratorius pag. 1908. n. 2. Vide in ΜϹΤΡΑϹΙ.

ΔΕΜΑΡΧΙΚ. Δημαρχικῆς. *Tribuniciae*. Fabrettus pag. 685. n. 87. Vide in ΑΔΕΛΦ.

* ΔΕΣΠ. Δεσπότυ. In egregio marmore Ticinenſi apud Maffeium pag. 82.

ΕΤΕΛ'... ΕΝ ΤΠΑΤ Τ ΔΕΣΠ
ΙΜ ΛΕΟΝΟΣ Τ ΔΚ ΠΡΟΒΙΑΝΟΤ Τ ΛΑΜΠ

Explicate reperi Δεσπότων Η'ρώων in duplici alio marmore, quod exhibeo in ΚΩΒΡ.

ΔЄϹΠΠ. Δεσπότων. Apud Heſſelium inter Epheſina marmora n. 11. ubi *Conſtantini Novi*, & *Heraclii* Imperatorum nominibus ea Nota ſubiicitur.

* ΔΗ. Δηΐφοβος. Cl. Maffeius ſiglam hanc profert, eiuſque valorem exponit. Quandoquidem vero neque marmor ille citavit, neque mihi illam in marmoribus obſervaſſe contigit, eius ſiglae vadem doctiſſimum Virum exhibeo, qui ceteris Lapidariis ſiglis ipſam accenſuit.

ΔΗΜΟϹ. Δημόσια. Montfauconius Palaeogr. p. 174. Vide in ΧϹΤΠΓ.

ΔΗΝΑΡ. Δηναρίοις Muratorius Praefat. ad Tom. I. pag. 65.

ΕΚΤΙΣΕ ΔΗΝΑΡ ΑΦ
ΕΤΟΤΣ ΗΞΡ ΑΤΔΤΝΑΙΟΤ ΑΚ

ubi Bimardus optime legit Δηναρίοις. At ubi numerales notas ΑΦ interpretatur 5500. profecto fallitur, ſiquidem characteres illi non aliud, quam 1500. ſignificant. Vide in Α & Β. Monuiſſe etiam iuverit quod marmor ipſum iterum a Muratorio profertur p. 1978. n. 7. ibique legitur ΔΕΝΑΡ ΑΦ, atque explicatur *triginta & quingentis*. At prior illa marmoris facies accuratior haberi debet.

ΔΙΔ. Διδύμης *Geminae*. Gruterus p. 425. n. 3.

XI-

Digitized by Google

ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ ΛΕΓ . Ζ̄ . ΔΙΔ . . . ΤΣ
ΦΓ . Η̄ . ΦΤΛ

Quandoquidem in marmore inter ΔΙΔ & ΤΣ integrum octo literarum ſpatium reperitur, priori quidem loco ſupplendum, atque legendum exiſtimo ΔΙΔύμης, in ſecundo vero ἐυσεβοΤΣ: quod nimirum Legio VII. ut ex marmoribus aliis apparet, *Gemina*, *Antonina*, *Pia*, *Felix* diceretur. In alio tamen marmore apud Van-Dale Diſſ. III. pag. 238. habetur Λεγιῶνος ΙΓ Γεμίνης. & apud Grut. pag. 378. n. 1. LEG . VII . G . FEL . .

ΔΙΟΚΛ. In eximio Pariſienſi marmore apud Maffeium *Antiqu. Galliae*. pag. 94.

ΦΤΣΙ . . . ΟΣ ΔΙΟΚΛ

ubi perſpicue Διοκλέυς, ſive Διοκλείδυ ſuppleri poterit.

✱ ΔΙΟΝ. Sponius Popul. Attic. pag. 201.

ΜΟΤΣΑΙΟΣ ΔΙΟΝ.

ubi Διονυσίυ, vel Διονυσοδώρυ ſuppleri debet. Vide in ΕΤΟ.

ΔΙΟΣΚΟΤΡ. Διοσκυρίδυ. Marmor Riccard. in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170.

. . . . ΦΙΛΟΣ ΔΙΟΣΚΟΤΡ

ΔΙΟΣΚΟΤΡ. Διοσκύρων, ſive Διοσκύροις. In Neapolitano marmore, quod profertur in ΠΡ°. Etenim in alio marmore, quod ibi praeceſſerat, perſpicue legitur Α'νδριάντας Διοσκυρον pro Διοσκύρων

Δ Μ. Δὶις Μανίβυς. Latinae nimirum voces graecis characteribus exaratae. Gruterus p. 1144. n. 10.

Δ Μ
ΓΝ . ΠΟΜΠΕΙ · ΙΣΜΕΝΙ

Ita apud Reineſium Claſ. XIV. n. 30. p. 730. Vide in Β.Κ.Μ. Characteres ipſi, ſed latino more efformati, in graeci marmoris titulo reperiuntur apud Gudium pag. 318. n. 7. Vide in Ε. & apud Fabrettum pag. 192. & 590. Vide in Νω.

Δ.Μ.Σ. Δὶις Μανίβυς Σάκρυμ *Dis Manibus Sacrum*. Fabrettus pag. 391. n. 255. Sepulcralis haec formula graeco marmori latinis characteribus D . M . S . praefixa conſpicitur apud Grut. pag. 912. n. 12.

ΔΝϚ & Δς. In Neapolitano marmore ex Diario Literatorum Florent. To. IV. Par. 3. p. 230.

Μ . ΚΟΚΚΕΙΟΣ ΣΙ//////
ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΟΣ ΚΑΙ//////
ΣΤΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΤΕΚ//////
ΤΙΤΙΩ ΑΚΤΛΕΙΝΩ
ΚΑΙ ΦΛΑΤΙΩ ΚΡΗΣΚΗΝΤΙ
ΤΟΝ ΣΚΤΦΟΝ ΕΚ ΔΝ Ϛ
ΣΤ Δς
ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΣΙ ΚΤΝΑΙΩΝ

In primo verſu ΣΕξτυ ὑιὸς ſupplendum exiſtimo; in ſecundo ΚΑΙσαρος; in tertio ΤΕΚνοις. Quandoquidem vero perſpicuus marmoris ſenſus hic poſtulat ut characteribus ΔΝϚ oblati *ſcyphi* materies, aut pondus, ut pretium exprimatur, ſuſpicor characterem Ϛ numeralem notam eſſe; ideoque libenter hic legerem Δηναρίων. Character autem Ϛ fortaſſe ſimilis eſſe poteſt τῷ ἐπισήμῳ Κόππα; adeoque *nonaginta* ſignificare; quemadmodum character alius ς, ſive ἐπίσημον βαῦ, qui ſaepius in marmoribus aliis occurrit, *ſex* perſpicue ſignificat. At fieri etiam poteſt, ut characteres illi Ϛ, ς peculiare quoddam Neapolitanorum pondus, vel monetam exprimant; ideoque Δ & ΔΝ numerales notae ſint: quarum valor alioquin cognitus, ac exploratus eſt, ut ſcypho proinde 54. alteri vero anathemati 4. tribuatur. Quid vero mutilis characteribus illis ΣΤ expreſſum eſſe putabimus? Non aliud opinor, quam alterius anathematis, vaſis, vel inſtrumenti genus, quod ſcyphi inſtar oblatum, Diiſque Fratoribus dicatum fuerit. Itaque vel Σύστομον legi debet, peculiare nimirum vaſis genus, quod a Polluce deſcribitur Lib. I. c. 19. ſegm. 69. vel aliquid aliud id genus, quod ignorare nunc cogimur.

ΔΤ Gudius pag. 368. n. 2. Vide in ΔΕΚ. Facile ſuſpicari quis poſſet characterem illum ΔΤ ex Δ & Τ coaluiſſe, ideoque *Hilarum* illum, qui obiiſſe dicitur ἔτων ΔΤ ἡμε μγ̄., non *quatuor*, aut *decem* (utrumque enim charactere Δ indicari potuit) ſed τρίων κ̀ δέκα, ſive τεττάρων κ̀ δέκα fuiſſe. Quandoquidem tamen dierum numero ΜΓ lineola ſuperinducta conſpicitur, ita prorſus exiſtimo ſuper characterem Δ, quo annorum numerus exprimitur, lineolam ipſam ſuperinductam fuiſſe, ſed ita tamen ut cum ſupremo τῦ Δ apici coniuncta illa fuerit, veluti characterem alium Τ efformaverit.

Δ.Τ. Gruterus pag. 1029. n. 12.

ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ . Δ . Τ . ΚΑΠΕΤΩ . . .

Interpretor Δὶι τῷ Καπετωλίῳ; ut in alio marmore pag. 1009. n. 7. ſed vitioſe, legitur ΔΗ ΚΑΠΕΤΩ ΔΙΩΙ.

Δ Ꝁ. In Florentino marmore, quod a Muratorio, Gorio, Fogginio exhibetur, atque ipſe protuli in ς,

ΜΗ ΞΑΝΔΙΚΟΤ ΔꝀ ΤΠΑΤΙΑ ΟΝΟΡΙΟΤ

Cl. quidem Muratorius ita reddit: *Menſis Xanthici die IV. ſub Conſulatu Honorii*. Fogginius forte legendum eſſe arbitratur δεκάτῃ *decima*. Ego vero cum Muratorio legendum, ac reddendum eſſe putaverim *quarta*; ſiglamque Ꝁ non ad Δ, quae praeceſſerat, ſed ad ſequentem vocem ὑπατίᾳ, revocaverim.



Digitized by Google

E

E. Π Εντε *quinque*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 117.
ΜΗΝΑC Ε . Η . Κ.
Muratorius pag. 1165. n. 10. ΕΤΗ ΛΕ. Μ. Α. & Grut. pag. 634. n. 1. ΗΜΕΡ. ΚΕ. ΩΡ. Ζ.

E. Πέμπτος. Gruterus pag. 213.
ΤΟΥ Ε ΚΛΑΡΟΥ *quintae ſortis*

E. Τὸ πέμπτον. *quinto, quinta vice*. Muratorius pag. 1019. n. 1.
ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ.Ε

E. Πεντάκις *quinquies*. Sponius Miſc. Sect. X. n. 78.
ΝΙ Ε Σ Ε
Τ
*victoriam adeptus quinquies, coronatus quinquies*. Vide in ΝΙ.

E. Ἔτων. Muratorius pag. 1298. n. 1.
Θ . . Κ
ΑΝΤΩΝΙΑΙ CΥΝΒΙΩ . Ε . Κ
ΠΟΥΠΑ. IC ΜΝΕΙΑC ΧΑΡΙΝ
quod ibi redditur: *Coniugi ann. XX. Pupa in memoriae gratiam*. Vide in IC.

E. Ἐς *ad*. Gruterus pag. 212. linea 53.
ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΕΡΜΟΝΟΣ.Ε.ΤΑ ΣΚΑΦΙΑ
ubi certiſſime legi debet ΕΣ: quae praepoſitio nitide explicateque mox occurrit.

E. Gruterus pag. 1136. n. 5. epigraphen exhibet ſtatuae ſubiectam.
ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣ . ΑΡΙΣ . ΑΡΙΣΤΟΜΙΔΙΣ
ΙΤΑΝΙΟΣ . ΕΠΟΙΚΟΣ . Ε
Hic Ἐποίει, ſive Ἐποίησε legendum putaverim: quod ſaepiſſime in aliis id genus Monimentis occurrit. Fortaſſe tamen, ſi votiva Statua illa fuerat, Ἐυχὴν legi poterit; ſive etiam Ἐθέτην, quod explicate legitur apud Muratorium pag. 35. n. 1. & 4.

E. ΕΤ. In latino marmore graecis characteribus exarato apud Muratorium pag. 798. n. 5. Vide in ΝΑΘ.

E. Gruterus pag. 314. n. 1. eximium marmor exhibet, in quo plurimae M. Aurelii Aſclepiadis, ſive Hermodori, Pancratiaſtae Victoriae memorantur: atque inter alia Certamina haec ordine recenſentur.

ΑΚΤΙΑ. ΕΝ. ΝΕΙΚΟΠΟΛΙ. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ.
CΤΗCΑC. ΤΟΥC. ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤΑC. Ε. ΠΑΝΑ-
ΘΗΝΑΙΑ. ΟΛΥΜΠΕΙΑ. ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΑ.
ΑΔΡΙΑΝΙΑ. ΔΙC. ΖΜΥΡΝΑΝ. Ε ΚΟΙΝΑ.
ΑCΙΑC. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. CΤΗCΑC. ΤΟΥC.
ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤΑC. ΟΜΟΙΩC. ΕΝ. ΖΜΥΡΝΗ.
ΟΛΥΜΠΙΑ. ΚΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ.
ΠΕΡΓΑΜΟΝ. ΑΥΓΟΥCΤΕΙΑ. ΤΡΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ.
ΕΞΑΡΧΗC. CΤΗCΑC. ΤΟΥC. ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤ.

Latinus Gruteriani marmoris Interpres reddit V. Scaliger aliquando *Quina*, aliquando *Quinque* interpretatur. Prideauxius Seldeno duce ad Marm. Oxon. pag. 74. *per* Ε ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ *Panathenaea pentaeterica*, ſeu *maiora* intelligit. Cl. Maffeius diſſimulato Prideauxii nomine, cum obſervaſſet Ludos alios *annuos*, alios *pentaetericos* fuiſſe, concludit: *explico igitur utroque loco* Πενταετερικὰ *Quinquennalia*. Atque optime id illi quidem ſi rite marmor ab iis exhiberetur. At Falconerius *in Inſcript. Athleticis* n. 4. nitide diſerteque teſtatur ſe marmor ipſum *maiori qua potuit diligentia ad exemplar Farneſiani marmoris* exſcripſiſſe, quod in Gruteri exemplo alia corrupta, alia temere omiſſa conſpiceret. Itaque in Falconerio ſic legitur ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤΑC. ΑΘΗΝΑC. Ε. ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ. quod ille latine reddidit *Athenas V Panathenaea &c.* Si Cl. Scriptor ille inſigne hoc marmor accurate nobis expreſſerit (de quo dubitari certe vix poterit) Seldeni aliorumque eruditiſſimorum Virorum pace charactere Ε non Ludorum genus, ſed potius Victoriarum numerum, indicari; adeoque non *pentaeterica*, ſed *quinquies*, intelligendum eſſe putaverim. Innuere id primum videtur univerſi marmoris contextus, in quo prius Civitas, tum Certaminum, aut victoriarum numerus, ipſorumque nomen memoratur, ut Πέργαμον Α᾽υγούςεια τρίς; atque ubi in una eademque Vrbe varia Certamina edita fuerunt, ipſius Vrbis nomen, tum Victoriarum numerus, denique ſingulorum Certaminum nomen diſtincte exprimitur, ut mox Ἔφεσον τρίς, Ἀδριάνια, Ὀλύμπια, Βαρβίλλεα. Ad haec in Athleticis monimentis iſtis characteres illi, ſeu notae numerales, non exprimendo Ludorum generi, ſed explicando ſolum Victoriarum numero adhiberi ſolent; ut immerito proinde hoc ſolum loci alienus iſte novuſque valor iis affigatur. Ita quoque nullo Veterum teſtimonio probari unquam poterit ex Feſtis illis, quae *Communia Aſiae* dicebantur, alia *quinquennalia*, alia *annua* ſolum extitiſſe; longeque veriſimilius videtur haec *annua* ſolum fuiſſe, cum non ab una quapiam, ſed ab omnibus Aſiae urbibus, hoc eſt communibus illarum ſumptibus, ederentur. Itaque concinnior ſenſus erit Aſclepiadem illum *Athenis quinquies* viciſſe, Panathenaea nimirum, & Olympia, & Panellenia ſemel, Hadriania vero bis: quemadmodum *ter Epheſi* viciſſe dicitur, hoc eſt Hadriania, & Olympia, & Barbillea. Ita quoque *Smyrnae quinquies* ille palmam retulerit; bis nempe in Communibus Aſiae Ludis, itidemque *bis* (id enim innuere videtur vox ὁμοίως) in Olympiis, tum in Olympiis illis ſemel, quae Hadriania Olympia dicebantur, atque ab Olympiis diſtingui debent, ut Seldenus, Scaliger, Fabricius, alii-

que

Digitized by Google

que iam viderant. Quod ſi character ille vel ſigla E non Ludi genus, ſed victoriarum numerum exprimat, exinde quoque Scaligeri ſententia refelli poterit, qui quatuor vocibus illis in Farneſiano marmore memoratis unum idemque Certamen Athenis celebratum pluribus nominibus inſignitum deſignari putavit. Etenim, ſi Agones illi una temere cum Scaligero confunderentur, *quinarius* Victoriarum numerus haberi vel explicari non poſſet. Ceterum, ſi cui fortaſſe adhuc libeat charactere E *pentaeterica* feſta ab *annuis* veluti diſcrimine diſtinguenda fore, id per me licet: libentius hic tamen Ε'τέσια, vel Ε'νιαύσια, quam Πενταετερικὰ legerim.

**Є.** Ε'νθάδε. vel Ε'κοιμήθη. Boldettus pag. 208.

ΦΡΟΥΤΤΩΕΑ Є ΙΝ ΠΑΚΕ

quod ille reddidit *Froitea in pace*. Reſcribendum arbitror ΦΡΟΥΤΤѠCΑ pro *Fructuoſa*, quemadmodum in Reineſio pag. 918. legitur FRVCTVOSE; & in Grutero pag. 1053. n. 1. FROCTOSE; ſiglamque Є interpretor Є'νθάδε, vel Є'κοιμήθη. Atque ita prorſus legendum exiſtimo in Margarini marmore p. 62. n. 9.

C ΚΑΤΑΚΙΤΕ Θ . . .
ΑΛΑΤΗC Χ ΩΡ . . . .
Τ . Η . Ν.

Legerim Є ΚΑΤΑΚΙΤΕ pro ἐνθάδε κατάκιτε: ſolemni nimirum Monumentorum formula, cuius exempla plurima ibidem occurrunt. Ita prorſus in alio marmore apud Vignolium pag. 233. ubi legitur ΕΠΟΙCΙ reſcribendum erit ΕΠΟΙΕΙ. Denique eadem ſigla, idemque valor in alio Boldetti marmore pag. 58.

Є ΥΟΥΛΙΑ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

**ΕΒΔ°.** Ε'βδόμου. In marmore Riccardiano, ut a Cl. Donio exſcriptum fuerat, atque adhuc etiam conſpicitur, in tertio verſu legitur

. . . . ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΒΔ°; quamvis ego Montfauconii fidem ſequutus in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170. explicate exhibuerim ΕΒΔΟΜΟΥ.

*** ΕΓΝΑΤ.** Ε'γνάτιον. Sponius Itiner. p. 17.

Λ . ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ

**ΕΔ.** Ε'ιδῶν. Reineſius Cl. XX. n. 375. p. 984.

ΠΡΟΔ . ΕΔ . ΣΕΠΤ .

Vide in C σύμβιος.

**ΕΔΙ.** Gruterus pag. 448. n. 1.

7 ΠΑΠΕΙΡΙΟν.
ΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.
ΑΡΧΙΕΡΕΑ . ΚΑΙ
ΤΟ . Β . ΠΡΩΤΟΝ αρ
ϽΧΟΝΤΑ . ΚΑΙ . Του
ΕΙΡΗΝΑΡΧΗΝ τη
Σ . ΜΗΤΡΟΠΟΛΕω
Σ . ΑΝΚΥΡΑΣ κ
Α . ΙΔΙΑ . ΒΙΟΥ . ΙΕρε
Α . ΤΟΥ . ΔΙΟΝΥσι
ΟΥ ΦΥΛΗ . ΕΔΙ.

In nono verſu, ſublato ſtigmate, perſpicue legendum ΚΑΙ ΔΙΑ. In extremo vero fortaſſe ſcriptum fuerat Η ΔΙ Tribus *quartadecima*; quemadmodnm in alio marmore apud Gruterum ipſum pag. 495. n. 1. legitur ΦΥΛΗ ΔΙ & in marmoribus aliis IX. ac XI. Tribus, diſſimulato nomine, memoratur. Facilius tamen integrum Tribus nomen in compendio ΕΔΙ indicatur: ut alibi *Olympiae*, alibi *Ammonidis* &c. Tribus nomen occurrit.

**ΕΔΩ.** Muratorius pag. 950. n. 6.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΔΩ

ubi Vir Cl. interpretatur *Alexander Alexandri dedit*. Atque optime id ille quidem ſi rite marmor expreſſum foret. At in edito Cyriaci Libro non poſtremi ſolum hi verſus, ſed integrum etiam marmor Athenis poſitum exhibetur pag. 13. n. 96. atque ita deſinit ΕΔΟΙΟΥ. Itaque dubitari non poterit quin legendum ſit ΕΞ ΟΙΟΥ, hoc eſt *ex Oeo Atticae Populo*, ut in Faſtis Atticis oſtendi Tomo II. pag. 206. ubi poſtremam marmoris partem hic a Muratorio prolatam cum altera coniungendam eſſe iam monui, quam Muratorius ipſe ediderat pag. 571. n. 1. Quid vero quod iterum verſus ille, ſed a ceteris omnino ſeiunctus, iterum occurrit pag. 1628. n. 13. ibique, ut in Cyriaco, legitur ΕΔΟΙΟΥ?

*** ΕΙ.** Ε'ιδῶν. In marmorea S. Hippolyti Cathedra apud Grut. pag. 140. & Murat. p. 1953. n. 4. Vide in ΑΥΓ.

*** ΕΙΔ.** Ε'ιδῶν. Muratorius pag. 1844. n. 4.

ΑΠΕΔΩΚΕΝ ΠΡΟ Ε ΕΙΔ ΙΟΥ

ubi Cl. Scriptor interpretatur *obiit V. Idus Iulias*. Boldettus autem, ex quo marmor exſcripſerat, pag. 391. reddidit *Iunias*. Incertum quis melius. Vide in ΠΡ.

*** ΕΖ.** Ε'ζησεν. Gualtherius in Tabulis Siculis pag. 44. n. 265.

ΕΖ . ΕΤ . Μ

Vide in ΘC ΚΑ.

*** ΕΖΗ.** Ε'ζησεν. Gruterus pag. 680. n. 6. Vide in ΑΚΥΛ. Ita Murat. pag. 1301. n. 8.

ΕΤ . ΕΖΗ . ΛϚ *vixit annos XXXVI.*

**ΕΙ ΘΥ.** Margarinus pag. 62. n. 1.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΑ
ΤΑΚΙΤΕ ΕΙ ΘΥ
ΜΥΡΙΤΙCCΑ
ΛΟΥΚΙΝΑ ΘΥ
ΓΑΤΕΡ ΦΟΚΑ
ΤΟ CΕΤΟΝ ΤΡΙ
ΟΝ ΗΜΥCΥ ΧΩ
ΡΙΟΥ ΠΑΠΟΥ ΚΩ
ΜΗ ΤΕΛΕΥΤΑ
ΜΗΝΙ CΕΠΤΕ
ΒΡΙΟΥ ΙΓ

Fortaſſe characteres illi ΕΙ ΘΥ, ſi recte in mar-

marmore expreſſi fuerint, ſignificant Ἐν Ἰρήνῃ Θεοῦ.

ΕΙΝΑ. Heſſelius in Append. Praef. n. 5.
ΔΩΣΕΙ · ⋇ Χ
ΕΙΝΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ
ubi facile quis Δειvάρια legi, ſupplerique oportere putaverit. Ego potius pro ΕΙΝΑ reſcribendum arbitror ΕΙΛΙΑ; ut proinde diſiectis antea literis mox una coniunctis perſpicuo ſenſu legatur ΔΩΣΕΙ ⋇ ΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ. Vide in Β. & Α.

ΕΙΣΙΔΩΡ. Εἰσιδώρυ. Sponius Itin. pag. 51.
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΕΙΣΙΔΩΡ . ΑΦΙ

ΕΚ. Ἐκοιμήθη. Boldettus pag. 349.
CΕΥΔΙCΕΚ ☧ ΕΝ ΘΕω ℞ Є
ΚΑλ·ΜΑΙω ΒΙΚΤΟΡΙΝΟΥC ΑΕ ⳩ FΕ

Nullus hic dubito quin ſigla ΕΚ explicanda ſit Ἐκοιμήθη. *requievit*, ut ex perſpicuis exemplis aliis apparet, quae proferentur in ЄΚΟ. Poſtremas autem voces, quas Boldettus interpretatur *Aelia Fecit*, potius exponerem *Filiae*, vel *Alumnae*, vel *Animae Benemerenti Fecit*, ſi pro ΑΕ fortaſſe reſcribi poſſet ΑΒ. Etenim vox illa CΕΥΔΙC, quamvis a Boldetto latine reddita non ſit, proprium tamen uxoris, aut filiae, aut alterius etiam nomen hic exprimit, cui monimentum inſcribitur.

* Ε̄Κ̄Ι. In Ancyrano marmore apud Montfauconium Palaeogr. pag. 159.
ΙΕΡΕΕΚ̄ΙΑΝΔΡΟΝ
ubi Montfauconius legit quidem Ἱερεεκκαιδέκανδρον; ſed optime tamen accurateque reddidit: *Sacerdotem quindecemvirum ſacris faciundis*, ut ex Montfauconio Maffeius etiam expoſuit.

* ΕΚΚΗ. Ἐκ Κηδῶν ex *Cedis* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 46.
. . ., ΗΣ ΞΟΠΥΡΟΥ ΕΚΚΗ

* ΕΚΚΟΙ. Ἐκ Κοίλης ex *Coele* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 53.
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΙΣΙΔΟΤΟΥ ΕΚΚΟΙ

ЄΚΟ. Ἐκοιμήθη. Gorius Part. I. p. 51. n. 100.
ΛΑΥΡЄΝΤΙΟC
ΙΜΗΝ . Ī . ЄΚΟ
Θ̄ · ΚΑ ΙΟΥΝΙω

Cl. Gorius interpretatur *Laurentius fui. I. . . . Cl. Iunio*. Quid enim aliud ex mutilis illis, ac depravatis etiam fortaſſe vocibus exſculpi poteſt, niſi ibi vocum compendia, vel ſiglae ſupponantur? Quod ſi marmorum aliorum praeſidio ſiglae diſtinguantur, riteque exponantur, intelligi, reddique poſſe putaverim: *Laurentius menſium X.* vel menſis I. *Requievit IX. Kalendas Iunias*. Siquidem nota ΜΗΝ, quae frequenter adeo in marmoribus aliis occurrit, *Menſes* ſignificat; nulluſque dubito quin nota ΚΛ. ſive potius ΚΑ *Calendas* exprimat, atque ΚΑΛΑΝΔωΝ ſuppleri debeat, ſi hic ΙΟΥΝΙωΝ legatur, prorſus ut in alio marmore, quod ex Grutero pag. 314 n. 2. exhibetur in ℞, reperitur ΝωΝωΝ ΜΑΙωΝ; niſi fortaſſe ΙΟΥΝΙω pro ΙΟΥΝΙΟΥ ſcriptum dicatur. Denique perſpicuus marmoris ſenſus omnino poſtulat ut obſcurior altera nota ЄΚΟ, legatur ЄΚΟΙΜΗΘΗ; quemadmodum in marmoribus aliis Κοίμησις, & *Kymyſis* occurrit apud Sponium Miſcellan. Sect. X. n. 119. & 120. diſerteque legitur in marmore apud Placentinum Palaeogr. pag. 33. ЄΚΟΙΜΗΘΗ Ο ΑΓΙΟC ΝΗΛΟC; atque in Muratorii marmore ΗΚΥΜΙΘΗ. Vide in ΑΡΚΑΔ. & apud Fabrettum ΕΚΟΙΜΗΘΕ. Vide in ΚΥ. alibique ΕΞΕΚΟΜΙΣΘΗ. Vide in ΠΡ. Denique apud Gruter. pag. 869. n. 12. ΚΕΙΜΕΤΑ. & apud Fabrettum p. 554. n. 55. ΗΚΟΙΜΗΘΗ. Vide in ΤΡΙ. Quandoquidem vero ante ΜΗΝ character Ι reperitur, fortaſſe vel in ſuperioris verſus fine, vel in ſequentis initio, excidit character Є, qui *annos* X aut *annum I* exprimeret; niſi forte poſtrema litera primi verſus non C, ſed Є fuerit, adeoque ΛΑΥΡЄΝΤΙΟ pro ΛΑΥΡЄΝΤΙω ſcriptum dicatur.

ΕΚΤ. In marmore Oxonienſi pag. 4.
ΕΚ Τ ΜΑΓΝΗΣΙΑΣ
Etenim, inquit Maffeius, *marmor ſic habet* ΕΚ Τ, *ubi* Τ *&* Γ *conglutinari puto:* ἐκ τῆς Γερυσίας; quemadmodum Prideauxius ipſe iam legerat ἐκ Γερυσίας. Ego vero characterem illum non ex Τ & Γ una coaleſcentibus efformatum, ſed purum Τ, fortaſſe perperam expreſſum, exiſtimo; ut proinde non τῆς γερυσίας, ſed ſolum τῆς ſigla Τ exprimatur. Etenim in marmore dicitur Decretum hoc inſcribendum eſſe columnis ΕΝ ΤΟΙΣ ΙΕΡΟΙΣ ΥΠΟΤΕ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΚΑΙ . . . . . . . ΕΚ Τ ΜΑΓΝΗΣΙΑΣ; adeoque lacuna decem literis recipiendis apta interiicitur. Ergo perſpicuus ſenſus poſtulat, ut in lacuna legatur ὑπὸ τῆς βυλῆς: ideoque ſenſus integer ſit ὑπότε τῦ δήμυ, κ̀ ὑπὸ τῆς βυλῆς ἐκ τῆς Μαγνησίας. Ergo marmoris ſigla non Γ cenſeri, vel τῆς γερυσίας exponi, ſed purum Τ intelligi, ideoque τῆς explicari debet.

ΕΚ̅. Smithus Monum. Palmyr.
ΕΚ̅ ΙΔΙΩΝ
quod ibi feliciter, optimeque redditur *ex ſua pecunia*.

* ΕΛΕΥ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 78. p. 347.
ΜΟΥΡΜΙΛΛΩΝ
ΚΕΡΑΜΥΛΛΟΣ
ΕΛΕΥ ΝΙ Ε̄ Σ Σ̄
Τ

ea-

eademque Nota duorum Victorum aliorum nominibus adiungitur; quamvis tribus Victoribus aliis adiecta minime ſit. Cl. Maffeius adnotavit quod voce ΕΛΕΥ *ἐλεύθερος ſignificari poteſt, cum & ingenui quandoque in eam feritatem prolaberentur. Poſſet tamen etiam intelligi* Ἐλευσινίοις; *nam & in Oxonienſi marmore pag.* 83. *Ephebi honorantur Herculi devoti ob Eleuſiniam victoriam*. Quandoquidem tamen in reliquis teſſeris Ludi, ſive Certaminis genus non exprimitur, Ἐλεύτερος potius, quam Ἐλευσίνια, ſive Ἐλευσινίοις hic legerem; alioquin facile & Ἐλευθήρια legi poſſet, quae in pluribus Orientis Vrbibus agebantur.

✱ EM. In marmorea S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum pag. 140. character ille Aprili menſi ſaepius appingitur. Cl. Maffeius ambigit an ἐμβόλιμος, an ἐμβολιμαῖος legi debeat. Verum in ipſo marmoris titulo diſerte legitur: *ἐγένετο ἡ* $\overline{ΔΙ}$ *τῦ πάσχα εἰδοῖς Ἀπρειλίαις σαββάτῳ ἐμβολίμυ μηνὸς γενομένυ*. Itaque ἐμβόλιμος quidem legi, ſed ita tamen intelligi debet, ac ſi ἐμβολιμαῖος ſcriptum foret.

✱ EN. Ἕνεκεν. Gruterus pag. 1025. n. 10.

ΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑ . ΑΝΔΡΙΑΣ . EN

quod optime Maffeius interpretatur *propter*.

EN. Ἐνθάδε. Ita fortaſſe apud Muratorium pag. 394. n. 1. Vide in $\overline{ΕΧΤΟ}$.

ЄΝΘ.. Boldettus pag. 419.

ΙΑΝΟΥΑΡΙΑ ЄΝΘ

quod ille interpretatur *Ianuaria in Deo*. At fieri fortaſſe poteſt ut Ἐνθάδε legi ſupplerique debeat.

ЄΝΙ. Muratorius pag. 1941. n. 5. hoc marmor exhibet *Aquileiae* poſitum.

ΤΗC ΑΡΑΒΙΑC
ЄΤωΝ ΠЄΝΤЄ ♉ ЄΤΙΑ Λ
CЄΤΗΡΑ ΘΥΓΑΤЄΡ ΖΗΝοΒ
ΟΥ ΜΗΝΟΝ Ζ ΑΠΟ ΑΥ
ΤΗC ΤΗC ΠΟΛЄωЄΝΙ ΛωΟΥ

Vbi Cl. Editor interpretatur ........ *Arabiae* .......... *Annorum quinque* ... *Severa Filia vixit* ........... *Menſes VII. Ab Ipſius Vrbis Excidio*; atque immane Aquileienſis Vrbis excidium ex Attilae crudelitate fortaſſe hic innui adnotavit. At marmor ipſum veluti Romae poſitum ex Montfauconio iam dederat pag. 1064. n. 4. ibique ſublatis lacunis omnibus latine reddiderat: *Arabiae Annorum Quinque Etia L. Severa Filia Zenobii Menſium VII. Ex Ea Ipſa Vrbe Niloo*. Vtraque tamen interpretatio, ac prima praeſertim, minus ut opinor accurata cenſeri facile poterit, cum nullum Vrbis excidium, ac ne ipſa quidem Aquileienſis Vrbs in marmore memoretur. Certe, vel ego plurimum fallor, vel perſpicuus marmoris ſenſus hic eſſe debet quod infans quinquennis, cuius nomen marmoris initio poſitum fuerat, ex aliqua Arabiae Vrbe fuit; & Severa quoque Zenobii filia, quae mox memoratur, ex eadem illa Arabicae regionis Vrbe prodierat; ut nullus proinde vel *Niloo* Vrbi, vel Vrbis Ἁλώσει *excidio* locus hic eſſe poſſit. Quid vero poſtremis vocibus illis ЄΝΙ ΛωΟΥ; ſive ΝΙ ΛωΟΥ exprimetur? Non aliud, opinor, quam *Lous* Macedonum, adeoque & Arabum ipſorum, menſis, qui non aliis, ut conſtat, quam Macedonum, menſibus utebantur. Itaque ЄΝΙ pro ΜЄΝΙ ſcriptum hic fuerit; niſi fortaſſe legatur ΠΟΛЄωC ΝΙ; adeoque ΝΙ, ſive potius Μ pro ΜΗΝΙ poſitum ſit, quod in marmoribus aliis conſpicitur. Ergo, ſi rite Notam hanc explicaverim, in marmore indicatur infantem illam menſe Loo obiiſſe; quemadmodum in marmoribus aliis emortualis menſis nomen, diſſimulato diei numero, memoratur. Ceterum mutilae, vel etiam depravatae voces illae ЄΤΙΑ Λ ... ita fortaſſe ſuppleri, legique poſſunt: ЄΤΙ ΑΝ. pro Ἔτι Ἀνατάυη; quemadmodum in Ticinenſi marmore poſtquam dictum fuerat Ἔνθα ἀναπαύονται Πατρίκιος, καὶ Παῦλος, ſubditur Ἔτι προσετέθη ὁ Πέτρος. Cl. tamen Bertolus, qui in *Antiquit. Aquileiae* num. 385 pag. 335. accuratiſſime marmor expreſſit, interpretatur: *Arabia annorum quinque Lucia Severa filia Zenobi menſium ſeptem ex eadem Civitate Niloa*: quod nimirum *Niloae* nomine Nilopolim celebrem Aegypti Vrbem ſignificari poſſe putaverit.

ЄΝΟΙΡΝ. In titulo latini marmoris apud Boldettum pag. 369. characteres illi conſpiciuntur. Exiſtimo legendum eſſe ЄΝ ΟΙΡΗΝΗ pro ЄΝ ЄΙΡΗΝΗ.

ΕΞ. Gruterus pag. 608. n. 7.

ΕΖΗCΕΝ . ΕΤΗ . Δ . ΜΗΝΕC . Γ . ΗΜΕΡΑC . Β. ωΡΑC . ΕΞ.

Facile characteres ΕΞ, aliorum inſtar, ſigla viderentur; ſed perſpicue *ſex* horas ſignificant.

✱ ΕΞΑΙΘ. Ἐξ Ἀιθαλίδων. Vide in ΑΙΘ.

✱ ΕΞΕ. Cyriacus pag. 31. n. 207.

ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝ . ΤΑΝ . ΔΕΥΤΕΡΑΝ . ΕΞΕ.

ubi Maffeius optime feliciterque legendum eſſe coniecit ΕΞΑ. ut nempe exprimatur Cives illos in marmore memoratos *τὰν δευτέραν ἑξάμηνον ſecundum ſemeſtre* Senatoris munere perfunctos eſſe. Vide *Faſtos Atticos* Tom. II. pag. 441. Ita in Agrigentinorum Decreto, quod in Faſtis Atticis exhibetur To-

Tomo II. pag. 421. legitur ΕΚΤΑΣ ΔΙΜΗΝΟΥ ΚΑΡΝΕΙΟΥ ΕΞΗΚΟΝΤΟΣ ΠΑΝΑΙ, ſive ΠΑΝΤΑΙ, quae vox a nullo Interpretum rite expoſita fuit, quippequae in ipſa aerea lamina evanida, ac vitiata fortaſſe fuerit. Suſpicor ibi Sicula, vel Dorica dialecto ΠΡΑΤΑ, vel ΠΡΑΤΑΙ ſcriptum fuiſſe; adeoque vel *viceſimum primum*, vel *triceſimum* Carnii diem indicari; qui, quamvis alibi *τριακὰς* appellari conſueverit, Agrigenti tamen fortaſſe *ἑξήκοντος πρᾶτα* vocari etiam potuit.

* ΕΞΕΠΙΤΑΓΜ. Donius pag. 271. marmor Florentiae poſitum exhibet

ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΑ ΚΑΙ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ
ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ ΕΞΕΠΙΤΑΓΜ
ΘΕΟΥ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Reineſius Claſ. 1. n. 196. marmor ipſum proferens legerat ΕΠΙ ΤΑΓ Κ, adeoque ſupplendum putaverat *ἐξ Επιτάγματος*. Gudius vero pag. 64. n. 10. ita voces illas exſcripſit: ΕΞΕΤΙΤΑΦ .. quemadmodum Gorius Part. III. pag. 126. n. 131. atque ex illo Muratorius pag. 118. n. 1. ΕΞΕΠΙΤΑΤΙC *ex iuſſu Dei*. At in eximio hoc marmore perſpicue legi reddique debet Ε'πιταγῆς. Siquidem poſtrema litera ita efformata conſpicitur ΗC; perinde quaſi Η & C una coniunctae, nexuque permixtae fuerint. Atque ita certe Cl. Gorius Par. I. pag. 101. n. 64. hanc vocem expreſſerat ЄΞЄΠΙΤΑΓΗC, ſive ЄΠΙΤΑΓΗC; quamvis Reineſium, & Salvinium ſequutus *ἐξ ἐπιτάγματος ex iuſſu* hic explicaverit; ſed pag. 121. optime feliciterque reddiderit *ἐξ ἐπιταγῆς*.

* ΕΞΟΙ. Ε'ξ Ο"ιυ *ex Oeo* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 49. Cl. Maffeius citato Sponii marmore ſubdit: *ἐξ Ο"ιης ab Oea. Pandionidi adſcribit marmor. Antiquorum auctoritates variant, quia Ο"ιη alius fuit populus ab Οὰ*. At initio quidem hic Populus, quicumque ille fuerit, in Sponii marmore non Pandionidi, ſed Leontidi ſolum, adſcribitur; quemadmodum in Riccardiano etiam marmore . . . ΒΑΚΧΙΟΣ ΕΞ ΟΙ ſub Leontide recenſetur. Deinde Scriptores omnes in hoc mire conſpirant, ut in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 240. obſervavi; ubi Oeum quidem *Decelicum* Hippothoontidi, *Ceramicum* vero Leontidi tributum eſſe demonſtravi. Denique Nota illa ΕΞ ΟΙ non *Oen*, aut *Oan*, ſed *Oeum* ſignificat. Etenim iſtarum nulla ad Leontidem Tribum ſpectavit: Popularis ex *Oe* dicebatur Ο'ῆθεν; & Popularis ex *Oa* Ο'ᾶθεν, ut alibi Maffeius ipſe obſervavit; ideoque ubi reperitur ΕΞ ΟΙ, non ἐξ Ο"ιης (ſcribendum quippe foret ἐξ Ο"ης) ſed ἐξ Ο"ιυ intelligi ſupplerique debet; ſicuti in alio Sponii marmore pag. 174. diſerte legitur ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΗΡΟΔΟΥ ΕΞ ΟΙΟΥ

ΕΞΥC. Ε'ξυσίας. Donius pag. 88. num 73. Claſ. II.

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΥC

ubi Gorius optime *Tribunicia Poteſtate* interpretatur.

* ΕΠΙΕΙΚ. Ε'πιεικίδης ex *Epiicidis* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 52.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΕΠΙΕΙΚ.

* ΕΠΙC. Ε'πίσκοπος. Cl. Maffeius ſiglam quidem iſtam enumerat, ſed marmor tamen haud memorat, cui inſcripta illa ſit. Fortaſſe Palmyrenum marmor hic innuit, in quo tamen legitur ΕΠΙΣΚ, ut mox oſtendetur.

ΕΠΙΣΚ. Ε'πισκόπυ. Muratorius pag. 1940. n. 3. Vide in ΕΥΗΓΕΝ.

ΕΠΙΣΤ. Gudius pag. 59. n. 3.

ΕΠΙΣΤ. ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ

ubi Heſſelius Ε'πιςάτης legendum eſſe arbitratur.

ΕΡΓΑ. Ε"ργασε *fecit*. Reineſius Cl. II. n. 59. pag. 283. Vide in ΣΣ.

ΕΡΕΝ. Ε'ρέννιον. Sponius Pop. Attic. p. 130.

Π. ΕΡΕΝ. ΔΕΞΙΠΠΟΝ.

* ΕΡΕΝΝ. Ε'ρέννιος. Marm. Oxon. n. 143. pag. 277.

Λ ΕΡΕΝΝ. ΣΕΠΤΙΜ.

Maffeius, qui ſupra Λ lineolam viderat, a Prideauxio omiſſam, optime legendum aſſerit Λέκιον Ε'ρέννιον; non ut perperam Prideauxius reddiderat, *Lerennium*.

* ΕΡΙ. Ε'ρικαιεύς ex *Ericia* Atticae Populo. Sponius Pop. Attic. pag. 79.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ΠΟΘΕΙΝΟΥ ΕΡΙ.

Superius in eodem ipſo marmore explicate legitur: Π . . . εινος Η'ρακλείδυ Ε'ρικαιεύς.

ΕΣΤΙΑΙ. Ε'στιαίυ. Marmor Riccard. in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170.

ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ ΕΣΤΙΑΙ

* ΕΤ. Ε"των. Gruterus pag. 730. n. 6.

Θ. Κ
ΗΡΩ
ΕΤ. ΜΓ. Μ. Γ
ΗΜ. ΙΓ
ΜΗΤΗΡ ΧΑΙΡΕ

ubi Maffeius vel ἔτη, vel ἔτων legendum ait; cum tamen perſpicue ἔτων legendum ſit. In alio Gruteri marmore pag. 685. n. 12. ΕΤ. Θ. Μ. Ι. ΗΜ. ΙΒ. Ita apud Lupum pag. 136. Vide in ΙΓΙ. & ΚΙ.

ЄΤЄ. Ε'τελευτα ſive Ε'τελεύτησεν. Boldettus p. 488.

ΠΟΡΦΥΡΙϹ ЄΤѠΝ ΙΑ ЄΤЄ

quod

quod ita explicaverim *Porphyrius annorum XL. obiit*.

* ΕΤΕΛ. Ε'τελεύτησεν. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 28.
ΕΤΕΛ. ΕΤΩΝ .... Vide in ΑΦΡΟΔΙCΙ.
Ita in Ticinenſi marmore. Vide in ΔΕΣΠ.

* ΕΤΔΑΙΜ. Ε'υδαίμονος. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 126.
ΕΜΜΑΝΟΤΗΛ. ΚΟΜΝ. ΑΤΤΟΚ.
ΕΤΔΑΙΜ. ΤΙΩ ΕΤΔΑΙΜΟΝΕΣΤΑΤΩ
quod Sponius ipſe reddidit: *Emmanueli Comneno Imperatoris felicis filio feliciſſimo*. Sed certiſſime Κομνήνυ *Comneni* reddi debet. Siquidem Emmanuel, qui anno Chr. 1143. imperium obtinuit, Ioannis Comneni filius erat.

ΕΤΗΓΕΝ. Muratorius pag. 1940. n. 3. marmor *Palmyrae* poſitum exhibet
ΕΠΙ ΣΕΡΓΙυ ΕΠΙΣΚο Τυ ΕΤΗΓΕΝ
ΜΑΡωΝΙυ Τυ ΧωΡΕΠΙΣΚο
quod in Anglicis Tranſactionibus Philoſophicis latine redditur: *ſub Sergio Epiſcopo Cognato Maron Chorepiſcopus*.

ЄΤΘΜ. Boldettus pag. 387.
ΝΙΚΑΝΔΡω ЄΜΟΤλΗ
ΚΤΤΑΤω ΑΝΔΡΙЄΤΘΜ.
quod ipſe reddidit: *Nicandro meo Dulciſſimo viro recto*, ſive *alacris animi*. Ego vero libentius hic legerem Ε'πιθυμητῷ *deſiderato*, ut in alio marmore apud Boldettum ipſum legitur ЄΠΙΘΤΜΗΤΟΝ ΜΟΙ ΠЄΔΙ *deſiderabilis mihi fili*: pag. 390. Verum fortaſſe in characteribus illis uxoris nomen deliteſcit, quae Ε'υθυμια eſſe potuit; niſi fortaſſe potius Nicandri eiuſdem aetas indicata fuerit, adeoque ЄΤΘΜ reſcribendum, ac ΕΤων ΘΜ *Annorum IL.* reddendum ſit.

ΕΤΟ. Gruterus pag. 1042. n. 11.
Θ Κ
ΜΙΝΟΤΚΙΑ. CΙΚΕΛΗ. ΧΡΗCΤΕ. ΚΑΙ. ΑΜΕΜΠΤΟC
ΚΕΙΤΑΙ.ΕΝΤΑΔΕ.ΖΙCΑCΑ.ΕΤΗ.ΚΕ.ΕΤΟ.ΔΙΟΝ.CΤΜΒΙΩ
ΕΠΟΙΗCΕΝ
In Vaticano quidem Codice legitur ΕΤΟΔΙΩΝ, atque ita prorſus ex Ambroſianis ſchedis legit Muratorius pag. 1378. n. 4. quemadmodum nomen ipſum EVODION in recto caſu apud Reineſium ter occurrit pag. 731. atque in Murat. pag. 1864. n. 4. legitur EV. HO. ΔΙ. ONI MA. RI. TO. Fortaſſe tamen duplex mariti nomen hic indicatur; ideoque facile Ε'υόδιος Διονύσιος reſtitui ſupplerique debet.

ΕΤΠ. Muratorius pag. 2051. n. 6. Vide in ΗΡΑ.

* ΕΤΠΙΤ. Ε'υπυρίδης *ex Eupiridis* Atticae Populo. Sponius Itinerar. pag. 49.
....ΙΛΗΤΟΤ ΕΤΠΙΤ

* ΕΤΣ. Ε'υσέβη. Sponius Itin. pag. 118.
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΣΕΒ. ΕΤΣ. ΕΤΤΤΧΗ

* ΕΤC. Κ. Gruterus pag. 870. n. 1.
Θ Κ
ΕΤΔΑΜΟC ΚΑCΤΟΡΟC ΑΦΡΑΕΙC
ΕΤC.Κ.7.Ι.Ρ.C
Reineſius ibi legendum eſſe putavit Ε'υσεβείας Χάριν ΤΙ. Ρ. C. & Gudius fortaſſe melius exiſtimavit ΕΤC. ΚΑΙ. ЄЄ hoc eſt Ε'υσεβείας, Καὶ Є'υνοίας Є'νεκα. Maffeius exhibet ΕΤΣΧ, redditque ἐυσεβείας χάριν *pietatis gratia*, perinde quaſi ita in marmore nitide ſcriptum foret. At coniecturas, ſimulque ſiglas omnes eliminat Muratorius, qui ita marmor ipſum ex ſuis ſchedis exhibet pag. 1027. n. 1.
ΕΤΔΑΜΟC
ΚΑCΤΟΡΟC
ΑΦΡΟΔΕΙCΕΤC
ΚΑΙΡΕ

* ΕΤΧΑ. Ε'υχαρίδυ. Sponius Pop. Attic. p. 201.
ΑΡΤΕΜΩΝ ΕΤΧΑ.

ΕΦΛ. Smithus in Monum. Palmyrenis pag. 58.
ΠΑΡΗΣΑΝ ΕΦΛ.ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ ΣΙΜΩΝΑΣ ΛΑΤΑΝΙΟΣ
ΦΛΑΟΤΙΟΣ ΔΗΜΟΣ ΘΕΝΙΑΝΟΣ
Initio ſuſpicabar reſcribendum eſſe Γ. ΦΛ. legendumque ΠΑΡΗΣΑΝ ΓΡΑΦΟΜΕΝΩ ΦΛ. ut nempe ſolemnis illa Latinorum formula exprimatur: *adfuerunt ſcribundo*, quae in Graeco Gruteri marmore pag. 503. ita exprimitur Γραφομένῳ Παρῆσαν. At in App. Marm. Oxon. n. 31. pag. 305. emendatius legitur
ΠΑΡΗΣΑΝ Τ.ΦΛ.ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ ΣΙΜΩΝΕΣ ΛΑΤΙΝΙΟΣ

ΕΧΠΛΩΡ. Ε'ξπλωρατόρων. Gruterus pag. 458. n. 1. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

ΕΧΤΟ. Muratorius pag. 394. n. 1. Marmor *Mediolani* poſitum exhibet
ΚΑΠΙΤΟΛΙΝΙΑ
ΖΗΣΑΣΑ ΗΤΗ ΚΗ
ΕΝ ΚΙΤΕΣΙ ΣΙΛΟΤ
ΑΝΟΤ ΤΠΑΤΕΙΑ ΕΤΓΕ
ΝΙΟΤ ΤΟΤΤΟ ΕΧΤΟ
ubi Muratorius interpretatur: *Capitolinia, quae vixit annos XXVIII. in aedibus Sylvani. Conſulatu Eugenii. Hoc* ..... Si nihil in marmore a quadratario, vel ab exſcriptore peccatum, vitiatumque ſit, atque vox ΚΙΤΕΣΙ retinenda ſit, libentius hic legerem Ε'ν Κύτεσι Συλουάνυ Υ'πατείᾳ Ε'υγενίυ Τῦτο Εχώσατο, latineque redderem *in ſepulcretis*, vel Monimentis *Silvani*, *Conſulatu Eugenii* ſibi Monimentum *hoc conſtruxit*. Sin vero quidpiam in marmore peccatum ſit, liberiorique id coniectura reſtitui fortaſſe liceat, veteri, ſolemnique formula reſcribere, ac ſupplere quis poſſet ΕΝΘαδε ΚΙΤΕ. pro ΚΕΙΤΑΙ. Deinde Σιμβιος ΣΙΛΟΤΑΝΟΣ ΤΠΑ-
ΤΕ

Digitized by Google

ΤΕΙΑ ΕΥΓΕΝΙΟΥ ΤΟΥΤΟ ΕΧαρίσαΤΟ: ut nempe exprimatur Capitoliniae uxori Monimentum illud a Silvano Coniuge comparatum, ſive conceſſum fuiſſe. Ceterum prima interpretatio confirmari, vel illuſtrari facile poterit ex alio marmore apud Grut. pag. 948. n. 2.

Θ Κ
ΝΕΙΚΗ . Η . ΚΑΙ ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ
ΑΠΑΜΙCCΑ ΕΥΓΕΝΗΣ ΕΤΩΝ ΛΕ
ΕΝ ΤΟΙC ΚΥΡΙΟΥ ΚΕΛΙΟΥ ΧΩΡΙΟΙC
ΕΝΘΑΔΕ

ubi Ligorius pro ΚΕΛΙΟΥ legit ΚΕΛΣΟΥ. Itaque, ſicuti *Nice ἐν τοῖς Κυρίυ Κελίυ χωρίοις* tumulata dicitur, ita quoque *Capitolinia ἐν κύτεσι Σιλουάνυ* monumentum eligere, vel habere poſſe intelligitur. In Muratorii Schedis pag. 1026. n. 1. perſpicue legitur ΚΕΛCΟΥ.

ϛ

ϛ. **E**ξ *ſex*. Gruterus pag. 1091. n. 10.

ΖΗCΑΝΤΙ ΕΤΗ Νϛ . ΜΝ . Β.

Fabrettus pag. 144. n. 163.

ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ . ΙΗ . ΜΗΝΑΣ : ϛ.
ΗΜΕΡΑΣ ΙΖ

Murat. pag. 401. n. 4. longeque accuratius Gorius Part. III. Inſcr. Praef. pag. 34. hoc marmor Florentiae repertum exhibet,

ΕΝΘΑ ΚΙΤΕ ΜΑΙ ///////////
Α ΘΥΓΑΤΗΡ ΙΟΑΝΝΟΥ
Κ ΝΙΚΕΡΑΤωΝΕΖΗC
ΕΝΑΙΤΗ ΤΡΙΑ Μ ΤΡΙC
Ηιϛ ΠΙCΤΗ Ε ΤΕΛΕ
ΥΤΗCΗΝ Μ ΖΑΝ
ΔΙΚΟΥ ΔΚ ΥΠΑΤΙ
Α ΟΝΟΡΙΟΥ ΑΥΓ Τ.
Α.†.ΚΑΙ ΚΟCΤΑΝΤΙ
ΟΥ Τ Β

Quamvis enim Muratorius legerit ΗΜΙΣ, ideoque reddiderit *menſes tres*, & *ſemis*; perſpicuum tamen eſt *dies ſexdecim* reddendum eſſe. Gruterus pag. 1036. n. 8.

ΕΤΩΝ . ϛ . ΜΕ . Η.

Quinetiam graecus character ille, ſeu numeralis Graecorum nota ϛ in latinis quoque marmoribus reperitur; ut apud Murator. p. 422. n. 3. *vixit annos* ϛ*II. menſes* ϛ*II. dies X*ϛ*III. obiit* ϛ*III. Kal. Auguſtas Indict.* ϛ*III.* Ita prorſus in alio marmore pag 398. n. 4. ſicuti apud Gorium Par. I. pag. 168. n. 134. marmor conſpicitur, quod ea de cauſſa ſubieciſſe iuverit, ut Reineſii ſententia refellatur, ac marmor ipſum illuſtretur.

DEPOSITA CANDIDA DIE
ϛ IDUUM MAKIIAPVM
POST. CONSVL. IOHANNIS
ET . BAPANAE DIE SOLIS

Cl. Gorius hic optime obſervavit *ſexto Iduum* legendum eſſe. Vbi vero coniecit pro MAKIIARVM f. MAPTIARVM legendum eſſe, quod nimirum K in R, & I in T reſolvendum videatur, ingenioſe id ille quidem excogitaſſet, niſi perſpicui temporis characteres obſtarent. Etenim anno Chr. 458. qui proxime Ioannis, & Varanae Conſulatum eſt inſequutus, prima Ianuarii dies in *Iovis* diem inciderat; adeoque Martii quidem *decimus* dies, qui VI. Idus dicitur, in *Martis* diem, decimus autem Maii menſis dies accuratiſſime in *Solis* diem incidebat. Itaque certiſſime in marmore MAIARVM exponi debet: cumque eo anno neque V. Idus Maii, neque, ſi libeat, V. Idus Martii cum Dominico die concurrere potuerit, perſpicue demonſtratur, quod character ille ϛ non *quinarii*, ut volebat Reineſius, ſed *ſenarii* ſolum, nota eſſe poterit.

ϛ. Τὸ ἕκτον *ſexto*, *ſexta vice*. Sponius Itiner. pag. 124. ubi de Caeſare Veſpaſiano dicitur

. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ
ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ ϛ ΑΥΤΟΚΡΑ
ΤΩΡ ΤΟ-ΙΓ . ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙ
ΔΟΣ ΥΠΑΤΟΣ ΤΟ-ϛ ΑΠΟΔΕ
ΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΤΟ-Ζ ΤΕΙΜΗΤΗΣ

ϛ. Τὸ ἕκτον. Muratorius pag. 370. n. 3.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ
CΕΒ. ΤΟ. Ζ . ΚΑΙ
ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ
CΕΒ. ΤΟ ϛ

ϛ. Ἑξάκις *ſexies*. Marmor Oxonien. n. 3. p. 70.

ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ ΙΓ ϛ

Vide in ΙΓ

ϛ. Ἑξάκις χίλια *ſex millia*. Sponius Itiner p. 101. Vide in Κ. & Ν. Ita apud Placentinum Palaeogr. pag. 33. ΕΤΟC ϛΧΜΙ.ΝΙ Ι *anno* 6640. *Indictione* X. Apud Murator. pag. 268. n. 3. ΕΤΟΥΣ ϛ Ω Μ Β. *anno* 6842. ideſt Chr. 1334.

ϛ. Character iſte veluti interpunctionis ſignum aliquando occurrit. Ita apud Montfauc. Palaeogr. pag. 174. Vide in ΙΝΑ.

Digitized by Google

Z

* Z. Επτὰ *ſeptem*. Reineſius Cl. XVII. n. 113. pag. 847.

ΒΙΟΥΣ ΜΕΝ ΕΤΗ Ν̄
ΖΗΣΑΣ ΔΕ ΕΤΗ Ζ̄

Bis etiam occurrit apud Fabret. pag. 591. Vide in MHN. & in HME.

Z. Ε῞βδομος *ſeptimus*. Leichius in Emendat. ad Graecas Murat. Inſcript. pag. 77.

Α. Ζ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ

*anno ſeptimo Adriani Caeſaris*, ut ille feliciter interpretatur. Vide in Α.

Ζ̄. Τὸ ἕβδομον *ſeptimo*, *ſeptima vice*. Sponius Itin. pag. 143.

ΥΠΑΤΩ ΤΟ Ζ̄

& pag. 124.

ΥΠΑΤΟΣ ΤΟ-ϛ ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΤΟ. Ζ̄

ubi perſpicue ſiglarum ϛ & Ζ̄ valor indicatur.

Z. Pro Ƶ, ſive Ξ, *ſexaginta*. In Muratorio p. 1165. n. 10. Ita nimirum certiſſime hoc loci reſcribendum, ſive legendum eſſe iam monui in MNH. Ceterum character ille Ƶ pro Ξ ſaepius occurrit, ut apud Vignolium p. 233. Vide in ΑΠΕΛ. & ΕƵΕΠΙΤΑΓΜ.

* Z. In Oxonienſi marm. pag. 93.

Ӿ ΖΦ. ΜΟΥΡΜΟΣ &c.

ubi Prideauxius optime charactere Z *ſeptem millia* ſignificari obſervavit; quamvis characterem alium Φ non pro numerali nota, ſive *quingentis*, ſed pro *Murmi* praenomine, perperam acceperit, latineque reddiderit *F. Murmus*.

* Z. Ζήσαντι. Muratorius pag. 1149. n. 10.

Θ. ΚΑ
ΚΛ. CΩΚΡΑΤΙ
Α. ΓΑ. CΩΚΡΑ
ΤΗ. ΤΙΩ. ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΩ. Μ.
ΧΑΡΙΝ Ζ. ΕΤ
Γ̄. Μ. ΙᾹ. Η. ΙΒ

ubi Cl. Editor ζήσαντι *qui vixit* legendum eſſe feliciter arbitratur. Marmor ipſum exhibet Maffeius *de Siglis* pag. 53. ſed legit CΩΡΑΤΙΑ & CΩΡΑΤΗ.

* ⌘Η. Sponius Itiner. pag. 132.

ΤΟΔΕ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ
ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛΙΟΣ ΦΛΑΒΙΑΝΟΣ
⌘ΦΙΛΟΣ Ο ΑΔΕΛΦΟΣ ΑΥΤΟΥ ⌘Η

ubi Sponius optime interpretatur *vivens*. Ita in Miſcell. Sect. X. n. 33. pag. 339.

ΖΗΣΑΣΑ ΕΤΗ ΖΚ
ΜΗΤΗΡ ΤΥΡΑΝΝΙΣ ΖΗ

*mater Tyrannis viva* fecit. Ita prorſus apud Heſſelium n. 21. explicate legitur ΖΩΣΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΣ & n. 5. ΖΩΝ. Itaque marmor aliud n. 19. in quo legitur

ΑΥΕΙΜΗΤΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΖΩ
Η ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ ΤΗΝ ΣΟΡΟ

reſtitui debet ΖΩΝ. quod explicate, nitideque legitur in Reineſ. Cl. XVII. n. 22. p. 820. ſicuti in Sponio Miſcell. Sect. X. n. 74. ΖΩΣΑ.

* ΖΗΙ. Sponius Itiner. pag. 133.

ΟΥΗΔΙΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ
ΝΕΩΤΕΡΟΣ ΖΗΙ ΟΥΗΔΙΑΣΕ
ΚΟΥΝΔΑΖΗΙ ΟΥΗΔΙΑ ΝΕΙ
ΚΟΠΟΛΙΣ &c.

Eadem quoque Inſcriptio apud Heſſelium in Appendice Praef. inter Epheſinas reperitur num. 2. In alio vero marmore Thyatirae poſito apud ipſum n. 26. legitur κήδονται δὲ τῆς σορȣ Γ'ενιο Α'λέξανδρος, ϗ Ποταμῶν, ϗ κληρονόμος Α"ςων ΖΩΣΙΝ. ταυτῆς ἐπιγραφῆς ἀντίγραφον ἀντεθήσο ἐν Β'φέσῳ ἀρχεῖον.

ΖΗΣΑΝ. Ζήσαντι. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 117.

ΘΕΟΙΣ ΗΡΩΣΙΝ
Α. ΜΙΝΙΚΙΩ ΑΝΘΙΜΙΑΝΩ ΤΕΚΝΩ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΚΑΙ ΘΕΩΙΔΙΩ ΕΠΗΚΟΩ
ΖΗCΑΝ ΕΤΗ Δ. ΜΗΝΑC Ε. Η. Κ.

ubi ille reddidit *qui vixit*.

ΖΝΤΑC. Muratorius pag. 1895. n. 2. marmor exhibet, in quo Deipara rogatur ut Iuſtiniani Auguſti Imperium cuſtodiat

✠ CΥΝ ΤΟΙC
ω
ΟΙΚΟΥCΙΝ ΕΝ ΚΟΡΙΝΘ Κ. ΘΕωΝ ✠
Ζ ΝΤΑC ✠

ZC. Gruterus pag. 781. n. 3 prope *Theſſalonicam* poſitum marmor exhibet

ΕΥΤΥΧΗΣ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ
ΤΗ. ΣΥΜΒΙΩ. ΚΑΙ. ΚΥΡΙΑ
ΜΝΕΙΑΣ. ΧΑΡΙΝ. ΕΤΟΥΣ. ΖϬ

Si rite characteres illi, vel numerales notae formatae fuerint, quid aliud exprimere fortaſſe poſſunt, quam CCVII. annos in aliqua Theſſalonicenſium Aera nobis incognita numeratos? At fieri etiam poteſt ut non alii, quam Stratonices defunctae, anni memorentur; ideoque in marmore pro ZC reſcribi debeat ZO *ſeptuaginta ſeptem*.

H

* H. Ὀκτὼ. Gruterus pag. 1036. n. 8.

ΕΤΩΝ. ϛ. ΜΕ. Η.

Fabrettus pag. 144. n. 163.

ΕΤΗ ΙΗ̄

H. Ὄγδοος. Gruterus pag. 210. ΤΟΥ. Η. ΚΛΑΡΟΥ. *octavae ſortis*. Fabrettus pag. 588.



Digitized by Google

ΤΗ Π. ΗΕΙΔΩΝ ΔΕΚΕΜΒΡΙΩΝ
*octava* die *ante Idus Decembres*.

Η. Τὸ ὄγδοον *octavo*. Gruterus pag. 315. n. 9.
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗC. ΕΞΟΥCΙΑC. ΤΟ. ΙΗ.
Fabrettus pag. 685. n. 87.
*αυτο*ΚΡΑΤΟΡΑ. ΤΟ. Η
Vide in ΑΔΕΛΦ.

✱ Η. Ἑκατὸν *centum*. In marmoreo Chronico, Sadvicenſi marmore, aliiſque pluribus ubique character ille *centum* ſignificat. Fortaſſe idem valor in Donii marmore pag. 311. n. 192. Cl. VII. Vide in ΠΟΔ. Apud Muratorium legitur pag. 559. n. 1. ἔτυς Β. Η. C. pro Β. Π. C. *anno* 282.

✱ Η. Τὸ ὄγδοον. Gruterus pag. 1052. n. 6. Vide in Α.

✱ Η. Ἡμέρας. Gudius pag. 348. n. 11. *Romae* poſitum marmor exhibet
Θ. Κ.
ΣΑΠΡΙΚΙΩ ΤΡΕΠΤΩ
ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ
F. Μ  O  ΣΖ
Η  ΚΔ

Interpretor Ἔτη Γ. Μῆνας Ζ. Ἡμέρας ΚΔ. Etenim character F in Γ refingendus eſſe videtur; quamvis Scaliger characterem F, ſive digamma Aeolicum aliquando Ϛ, ſive *ſex*, exprimere exiſtimaverit ad Chron. Euſebii pag. 105. Clarius apud Spon. Miſcell. Sect. X. n. 117.
ΖΗCΑΝ ΕΤΕΙ Δ ΜΗΝΑC Ε. Η. Κ.
*qui vixit annos IV. menſes V. dies XX.*
Quandoquidem marmoris contextus non patitur ut in illo legatur ΕΤΕ ΙΔ, certiſſime corrigi, legique debet ΕΤΗ Δ. Ita apud Fabrettum pag. 592.
ΜΗΝΕCΓΗΓ *menſes III. dies III.*

Η. Ἡμέρων. Muratorius pag. 1860. n. 9. Vide in ΑΤΓ.

Η. Ἡμέρας. Lupus pag. 37.
Μ. Ζ. Η. ΙΑ. Ὥ Θ
*menſes VII. dies XI. horas IX.*

Ἡ. Ἡμέρας. Gruterus pag. 968. n. 7.
ΕΖΗCΕΝ ΕΤΗ ΚΑ Ἡ Ν
Legendum arbitror: *vixit annos XXI. dies* XIII. ut nempe litera, ſive character Υ, iuxta graecarum literarum ſeriem, *viginti ac unum* ſignificet; & character Ν, qui tertius, ac decimus ordine reperitur, *tredecim*.

Η. Ἡμέρας. Fabrettus pag. 755. n. 614. Vide in L. Eadem quoque ſigla, idemque valor in Boldetti marmore pag. 405. quamvis ille non Ἡμέρας, ſed Μῆνας interpretetur. Vide in Μ.

✱ ΗΓΕΜΟ. Ἡγεμόνι. Gruterus pag. 458. n. 1. Etenim, ut in *Corrigendis* obſervatur, vocibus illis, quibus Gruteri marmor deſinit, in ſchedis aliis adiicitur
ΕΠΙΤΡΟΠΩ ΚΑΙ ΗΓΕΜΟ... Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

ΗΖΗC. Ἔζησεν. Muratorius pag. 393. n. 7.
ΗΖΗC ΗΤΗ ΚΗ.
Vide in ΑΡΚΑΔ.

ΗΗ.ΞΙΟΥ. Gruterus pag. 1105. n. 3.
ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΥΡΙΩΝ ΣΤΑΤΙΩΝΑΡΙΩΝ ΕΝ ΗΗ.ΞΙΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ
Legendum arbitror ΕΝ Η ΗΞΙΟΥΝ hoc eſt ἐν ᾗ ἠξίουν *in qua aequum cenſebant*. Vide in CΚΝ. Certe in eximio Ariſtidis Rhetoris marmore, quod Bartolus illuſtravit, legitur ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ; hoc eſt character Ξ ita efformatur ut ſi arabicae cyphrae 2 lineola ſuperinducta foret, prorſus ut in noſtro Gruteriano marmore conſpicitur: quemadmodum in alio quoque marmore, quod accuratiſſime Gorius expreſſit Par. I. pag. 22. n. 41. legitur ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥC; atque inferius etiam character ipſe ſaepius ibi occurrit.

ΗΗΩ. Muratorius pag. 1964. n. 9.
ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΖΩCΙΜΟC ΔΙ
ΔΑCΚΑΛΟC ΕΤΩΝ. ΝΗ. ΕΙΡΗΝΗ COI ΗΗΩ
Facile eſt quidem hic ſacras ſolemneſque formulas ſuſpicari ἐν οὐράνῳ, ἐν Θεῷ, atque illas implexis, vitiatis etiam, vocum compendiis delitescentes coniicere. At, niſi ex ſchedis aliis lux oriatur, nihil hic eligi profecto poterit; levique mutatione reſcribi etiam liceat ΗΤΩ *Pax tibi ſit*. Marangonius, qui in *Appendice* pag. 73. marmor exhibuit, interpretatur *annorum LIX. Pax tibi*. At perſpicue reddendum LVIII.

ΗΚΕΡΗ. Muratorius pag. 1143. n. 8.
Θ Κ
ΚΑΙΝΙΔΙ ΘΥΓΑΤΡΙ ΖΙCΑΝΤΙ ΕΤΗ
Β. Μ. Η. ΗΚΕΡΗ ΜΑΝΘΟC ΚΑΙ CΩ
ΡΙΑ ΕΠΟΙΗCΑΝ ΜΝΗΜΗC ΧΑΡΙΝ
quod ille reddidit: *Caenidi Filiae, quae vixit annis II menſibus VIII. Ecere Manthos, & Soria fecerunt memoriae cauſſa*. At ego reſcribendum hic arbitror ΗΜΕΡΗ pro ΗΜΕΡ. Η, ideſt Ἡμέρας Η *dies VIII.* quemadmodum eadem nota ΗΜΕΡ. in marmoribus aliis occurrit.

✱ ΗΜ. Ἡμετέρῳ, ſive ἡμῶν in Ticinenſi marmore apud Maffeium. Vide in ΔΕΣΠ.

ΗΜ

HM. Ἡ'μέρας. Muratorius pag. 1656. n. 14.

D . M
ΚΛ . CATIPA
EZHCEN ETH
ME . M . E . HM . IZ

*vixit annos XLV. menſes V. dies XVII.*

HME. Ἡ'μέρας. Fabrettus pag. 591. n. 203.

ETH ΔΥΩ MHN . I . HME KZ

✱ HMEMIΣΘ. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in APX.

HMEP. Ἡ'μέραις. Gruterus pag. 634. n. 1.

ETECIN . M̄ . MECIN . B̄ . HMEP . KE . ΩP . Z̄

HMHP. Ἡ'μέρων. Fabrettus pag. 591.

ETΩN B . MHN . Z . HMHP . IΘ

Ita Gruterus p. 634. n. 1. Vide in A τὸ πρῶτον.

HMTCT. Margarinus p. 62. n. 1. Vide in EI ΘΥ. Suſpicor ibi legendum eſſe HM. C. *dies VI.* perinde quaſi characteres Υ, Υ interpunctionis locum obtineant. Vide in Υ.

HPA. Ἡ'ρακλεωπόλεως. Marangonius in *Appendice* pag. 73. & Muratorius pag. 2051. n. 6.

ΦΛΑVΙΟΣ ΠΑΥΛΟΣ
ΕΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΑΠΟ
ΚΩΜΗΕΥΠ ΜΕΓΑΛ
HC ✝ OΤΘΕΩC
ΤΗC ΜΕΓΑΛΗC ΗΡΑ

quod Marangonius interpretatur: *Flavius Paulus Heraclidi ab Pago magno Deae magnae Iunonis.* At Gorius ita marmor ipſum exhibuit Par. III. pag. 323.

ΦΛΑVΙΟC ΠΑΥΛΟC
ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΑΠΟ
ΕΓΥΠΤΟΥ
ΚΩΜΗC ΜΕΓΑΛ
HC . . . . . . . . . .
ΤΗC ΜΕΓΑΛΗC ΗΡΑ

Ita quoque Boldettus pag. 555. qui latine reddidit *oppido magno magnae Heracleae.* Quandoquidem vero tanta in duobus exemplis iſtis varietas obſervatur, atque In alterutro certe, ſive potius in utroque, voces aliquae temere tranſpoſitae, vitiataeque ſunt, commodus exinde ſenſus aliquis exſculpi non poterit, niſi fortaſſe in quarto verſu ubi Gorius lacunam interſerit, & Marangonius exhibet ✝ OΙΘΕΩC, legatur ΠΟΛΕΩC. Quod ad ultimam vero marmoris vocem attinet, in qua certe nota, ſive contractio reperitur, legendum arbitror ΗΡΑΚΛΕΟΥΠΟΛΕΩΣ. Etenim, Ptolemaeo teſte Lib. IV. c. 5. duplex Heracleopolis in Aegypto reperiebatur, quarum una Ἡ'ρακλέως μικρὰ πόλις, alia Ἡ'ρακλέως πόλις μεγάλη dicebatur. Itaque Flavius ille ex hac ipſa *magna Heracleopoli* fuiſſe videtur. Quin etiam fieri potuiſſe ſuſpicor ut cum quadratarius in quarto verſu ſcripſiſſet HC, ceteras voces in quinto poſtremoque verſu ſcripturus, cum ſe ſpatiis iniquis excluſum conſpiceret, ſyllabarum, quae poſt HPA ſupererant, ΚΛΕΥΠΟΛΕΩC, partem in ſuperioris verſus fine exaraverit, ideoque vox illa ✝ OΤΘΕΩC temere prodierit.

HC. Lupus pag. 63. obſcuram & implexam ſiglam hanc divinando interpretatur Ἡν Cρί-ςῳ. Vide in APK.

HT ς. In marmore Oxonienſi n. 3. pag. 70.

ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ HT ς

*Quid ſibi hic velint*, inquit Prideauxius, *notae illae* H ς *omnino neſcimus nos. Nodum mihi hactenus inextricabilem ſolvant eruditiores. Prima earum ita typis repraeſentari debuit, ut ſuperior, quae tranſverſa eſt, linea ſiniſtro τῦ* H *apici coniungeretur, ac ſi* T *&* H *in unum coaluiſſent. Sed nos hic planiſſime caecutimus: quod fateri, ubi aliter non ſuppetunt vires, nunquam pudet. Secunda figura τῷ ἐπισήμῳ* ς *non prorſus eſt diſſimilis.* Suſpicatur tamen Olympia *quinquennalia* Smyrnae *bina* fuiſſe, eademque in marmore indicari. Sponius, qui marmor ipſum protulit Miſcell. Sect. X. n. 113. latine reddit *Smyrnae Olympia octies*: quod nimirum ſolum H pro numerali nota habuerit, aliamque ſiglam ς prorſus neglexerit. Mihi vero perſpicuum ſatis, atque exploratum eſſe videtur charactere, vel nota ς victoriarum numerum indicari; ut quemadmodum nempe Citharoedus ille Argis *Nemea* ter, Romae *Capitolia* bis viciſſe dicitur, ita quoque Smyrnenſia Olympia *ſexies* viciſſe intelligatur. Alia vero ſigla, vel characteribus H T peculiaria quaedam Olympia indicari putaverim, quae Smyrnae agerentur, ut ab Olympiis aliis itidem Smyrnae celebratis, veluti diſcrimine, diſtinguerentur. Itaque, ſicuti Athenis Panathenaea quaedam *maiora*, alia *minora* dicebantur, ita propemodum Smyrnae quoque Olympia alia *minora*, alia *maiora* fortaſſe fuerint; ideoque in noſtro marmore Olympia illa facile memorantur, quae *minora*, atque *annua* fortaſſe fuerant: unde HTTONA, ſive *minora* dicuntur. Ac certe quidem non *Olympia* ſolum, ſed etiam *Hadriania Olympia* Smyrnae peragi conſueviſſe ex Gruteri marmore, quod exhibetur in E, Seldenus, Fabricius, aliique iam viderant. Vtraque vero *pentaeterica* fuiſſe Seldeno vix conceſſerim; ſed alia potius *annua*, adeoque *minora*, fuiſſe dixerim, quae ſolo *Olympiorum* nomine vocarentur; cum Hadriania Olympia facile pentaeterica, adeoque ſplendidiora, & *maiora* cenſerentur. Itaque in hac hypotheſi Olympia in noſtro marmore memorata *minora*, atque *annua* fuerint; ut proinde, vel Ἥττονα, ſive, ſi libeat, Ἐ'τήσια vocentur; adeoque ſigla

D 2

gla non ex H.& T, ſed ex E, & T una coaleſcentibus efformata ſit. Gronovius tamen, qui marmor ipſum Tomo VII. Antiqu. Graec. edidit, teſtatur characterem, vel notam 7 in ipſo marmore, veluti interpunctionis ſignum, quater occurrere; adeoque legit ΟΛΥΜΠΙΑ Η ΚΑΙ Ι ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΡΩΜΑΝ ΔΙΣ, vertitque *Olympia octies & decies. Hadriania Romae bis.* Denique Falconerius ad Inſcript. Athlet. Sponii inſtar ſolum characterem Η veluti numeralem admittit, adeoque reddit *Olympia VIII. Adriania* ( Olympia ibidem ) ſemel. *Romam* ( Agonem Capitolinum ) bis: quod nimirum Hadriania nulla Romae peragerentur, Romaeque nomine Capitolinus Agon intelligatur; neque uſpiam in marmore prius Ludorum, mox Vrbis; ſed ubique viciſſim prius Vrbis, mox Ludorum nomen occurrat. Quis litem hanc dirimat? Ego Seldeno potius, qui marmor integrius ſpectaverat, aſſentiri nunc velim; cum Gronovii lectio, atque ingens ille Victoriarum numerus facile probari vix poſſit.

## Θ

* Θ. Ἐννέα *novem*. Gruterus pag. 685. n. 12.

ΕΤ . Θ . Μ . Ι . ΗΜ. ΙΕ.

Muratorius pag. 1830. n. 4.

ΖΗΣΑΣ ΕΤΗ ΙΙΙ. ΜΗΝΑΣ Θ ΗΜΕΡΑΣ Κ

quod ibi redditur *annos III. menſes VIIII. dies XX.*

Θ. Ἔννατος *nonus*. Gruterus pag. 211.

ΤΟΥ Θ ΚΛΑΡΟΥ *nonae ſortis*

& pag. 327. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

* Θ. Τὸ ἔννατον *nono*, vel *nona vice*. Sponius Miſcell. Sect. X n. 93. pag. 353.

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ Θ.

quod ibi certiſſime *nono* ſignificat.

Θ. Muratorius pag. 1451. n. 8.

ΓΝ. ΚΛ. ΠΛΩΚΙΩΙ
ΠΑΣΙΚΡΑΤΕΙΑ ΘΡΕ
ΠΤΩ. ΙΔΙΩ. ΜΝΗ.
ΧΑΡΙΝ. ΕΣΘΛΗ. Θ

Suſpicor ibi characterem Θ ſignificare Θῆκατο *poſuit*; ac Monimentum ipſum non a Paſicrateia, ſive Paſicrate, ut Cl. Muratorius exiſtimat, ſed ab *Eſthle* poſitum eſſe putaverim. Certe Muratorius ipſe hoc idem marmor iterum exhibet pag. 1451. n. 8. ibique legitur ΠΑΣΙΚΡΑΤΕΙ . ΘΡΕΠΤΩ *Paſicrati Alumno*. Itaque minus accurate Leichius pag. 69. legendum coniecerat μνήμης χάριν ἐσθλῆς *bonae memoriae cauſſa*. Quamvis enim apud Reineſ. pag. 708 inveniatur χάριν αἰωνίυ μνήμης, Leichii tamen coniectura ceteris marmoris vocibus repugnare conſpicitur.

Θ. Θεά. Donius pag. 8. n. 30. atque ex Donio Muratorius pag. 72. n. 1.

Θ . ΙΣΙΣ . ΧΑΙΡΕ
Λ . ΙΟΥΛ . ΠΑΣΙΝΕΙΚΟΣ

ubi Gorius optime interpretatur: *Dea Iſis, ſalve. L. Iulius Paſinicus.*

* Θ. Θυγάτηρ. Muratorius pag. 164. n. 3. Marmor Patavii poſitum exhibet

Ο ΔΗΜΟΣ
ΣΜΥΡ. ΜΑΓΝ
ΟΥΛΠΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ ΟΥΛ. Θ.
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ
ΕΡΩΤΙ
ΟΥΡΑΝ

Θ. Θάνοντα. Gruterus pag. 1146. n. 2. & Fleetvoodus pag. 266. n. 2.

Ο ΣΥΝΖΥΓΟΣ. ΜΕΙΛΑΤΟΣ. ΝΟΣΩ. ΜΕΝ
ΚΑΤΕΚΤΑΝΕ. Θ. ΑΥΤΟΝ ΑΝΕΛΩΝ
ΠΑΥΛΙΝΑ. ΒΙΚΤΩΡΙΑ. ΤΩ. ΑΝΔΡΙ
ΕΚ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΜΝΗΜΗΣ. ΧΑΡΙΝ

ubi Gruterus ipſe, & Fleetvoodus adnotavit hic Θ eſſe ϑάνατον. Cl. Maffeius characterem illum in latinis quidem marmoribus ſaepius occurrere obſervavit; ſed *in Graecis*, inquit, *non vidi*. In eximio autem Lupi marmore, quod a Muratorio quoque exhibetur p. 1855. n. 10. character ipſe, ſed minori forma, conſpicitur;

ΕΖΗϹΕΝ. ΕΤΗ. ΛΕ & ΠΡΟ
ΜΙΑϹ ΕΙΔΩΝ ΜΑΡΤΕΙΩΝ

quod ibi a Cl. Viro redditur ϑάνουσα. Denique in Muratorio pag. 1912. n. 5.

ΝΕΑ ΜΑΞΙΜΙΛΛΑ
Η ΠΡΟϹΦΙΛΕϹΤΑΤΗ
ΘΥΓΑΤΗΡ Θ ΖΗϹΕΝ ΜΗ
. . . ΙϹ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑϹ ΟΚΤΩ

Quod ab illo redditur . . . *Filia defuncta, quae vixit menſes tres, & dies octo*. Fortaſſe tamen ſcriptum fuerat ЄΖΗϹΕΝ. Eadem quoque Nota, idemque valor in alio Muratorii marmore pag. 1148. n. 8. Vide in ΘΗ.

ΘΕ. Gruterus pag. 897. n. 11.

ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗ . ΘΕ . ΜΗΝΑϹ. . .

ubi certiſſime reſcribendum arbitror ΟΕ. 75.

Θ.Ε. Θεοῖς. Muratorius pag. 1010. n. 6. Vide in ΠΛΑΤ.

* ΘΕ. In Oxonienſis Marmoris 13. titulo pag. 295. in Appendice: quod rite feliciterque Maffeius interpretatur Θεοῖς Ἐπικυρίοις *Diis iuvantibus*, quod id explicate legatur in Gruteri marmore pag. 68. n. 6. Κυρίῳ Ἀσκληπίῳ. κ. Υγίῃ. Θεοῖς. Ἐπικυρίοις. Ingenioſae Cl. Viri coniecturae addi etiam poterit initio Latini marmoris apud Grut. p. 4. n. 9. & 10. reperiri DIIS PROPITIIS. quod exem-

exemplis aliis oſtendi poſſet. In Sadvicenſis Marmoris titulo occurrit E.Θ. idque Taylorus interpretatur Ε'υνοίᾳ Θεῶν. Quandoquidem tamen marmor illud in Delo poſitum fuit, & pecuniarum, ac foenorum recenſionem continet, quae in Apollinis, Dianaeque etiam fortaſſe honorem exactae fuerant, libentius hic legerem Ε'πιχωρίοις Θεοῖς *Diis Indigenis*: ut nimirum *Apollo*, ac *Diana*, qui apud Delios orti, adeoque Deliorum indigenae, ferebantur, hac formula exprimerentur, Delique Praeſides oſtenderentur. Denique, ne coniecturas alias diſſimulem, etiam Ε'πιχθονίοις Θεοῖς *Diis Superis* hic intelligi fortaſſe poterit: ſicuti apud Gruterum p. 75. n. 3. explicate legitur ΘΕΑ. ΕΠΙΧΘΩΝΙΩ. ΤΥΧΗ. Interdum etiam Ε'πικόῳ reperitur, ut apud Sponium Pop. Atti. pag. 208. Iſis Ε'πικόῳ, & Hercules Ε'υάκεστος vocatur apud Gruterum pag. 49. n. 1. ut facile proinde vox illa in Sadvicenſis etiam marmoris titulo ſupponi poſſit.

ΘΕΑΜΑ. Muratorius pag. 2019. n. 3.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΘΕΑΜΑ. ΤΙΒ. ΚΛ.
ΧΑΙΡΗΜΩΝ
ΚΑΙ ΤΙΒ. ΚΛ. ΑΥ
ΡΗΛΙΑΝΟΣ ΑΡΧΕ
ΛΑΟΣ ΧΑΡΙΣΤΗ
ΡΙΟΝ

Cl. Editor hoc marmor ipſum iam dederat pag. 645. n. 2. cum verſione Bimardi. *Quod felix fauſtumque ſit. Spectaculum Tiberius Claudius Chaeremon, & Tiberius Claudius Aurelianus Archelaus in gratiarum actionem*. At quodnam ſpectaculi genus, aut cui Deo, vel Deae celebratum hoc eſſe putabimus, ſi neque Ludi, neque Dei nomen in marmore memoratur? Etenim ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ, quod in ſuprema marmoris, vel baſis parte a ceteris vocibus omnino ſeiunctum conſpicitur, ſolemnem quidem formulam aut fortunae, *bonique facti* mentionem exprimit; non vero Numen, cui gratiae, voto ſuſcepto, referantur. Itaque ſuſpicor in mutila, vel obtruncata voce ΘΕΑΜΑ verum Deae nomen deliteſcere, cui baſis, Titulus, fortaſſe etiam Statua, in gratiarum actionem poſita, vel conſecrata fuit. Quaenam vero alia eſſe potuit, quam Pallas ipſa, quae in Monimentis aliis ΘΕΑ ΜΑΓΑΡΣΙΣ nominatur? Sic, ut Scriptorum teſtimonia omittam, Reineſius Cl. I. n. 129. p. 166. Donius Claſ. I. pag. 21. & Muratorius ipſe pag. 52. n. 3. marmor *in Via Appia* poſitum exhibet, in quo ſupra Palladis armatae imaginem explicate legitur

ΘΕΑΝ ΜΑΓΑΡΣΙΔΑ
ΤΙ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΣΤΡ
ΑΝΕΘ[ΗΚΕΝ

Itaque, niſi plurimum fallor, in noſtro etiam marmore ΘΕΑ ΜΑΓΑΡΣΙΔΙ reſtitui debet, cui duo illi, fortaſſe milites, gratias perſolverint.

Θ.Η. In titulo Graeci Marmoris apud Gruterum pag. 973. n. 2. Hoc ab aliquibus explicatur Θεοῖς Ἥρωσιν. Cl. tamen Maffeius pag. 113. cum apud Boiſſardum, ex quo Gruterus marmor acceperat, non Θ.Η. ſed Θ.Κ. reperiatur, formulae novitatem evaneſcere exiſtimavit; conſuetaque formula cum Scaligero Θ.Κ. legendum aſſeruit. Quid vero ſi apud Boiſſardum ipſum formula ab exſcriptore vitiata fuerit? Certe marmor aliud Smyrnae poſitum apud Reineſium Claſ. XII. n. 132. pag. 694. & apud Sponium Miſcell. Sect. X. n. 117. nitide diſerteque incipit Θεοῖς Ἥρωσιν, quod non *Semideis*, ut in Gruteriano reddit Maffeius, ſed *Diis*, & *Heroibus*, exponi debet.

ΘΕΟΦΑΝΕΣΤ. Muratorius pag. 1979. n. 5.

ΜΑΤΕΡΑ ΚΛΕΟΞΕΝ ΚΑΙ ΝΙΚΩΝΟΣ
ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΔΕ ΤΟΥ ΘΕΟΦΑ
ΝΕΣΤ ΓΥΝΑΙΚΑ

ubi Κλεοξένυ, & Θεοφανεςάτυ legi debet, quemadmodum Cl. Muratorius optime interpretatur.

ΘΕΟΦΙΛΕΣ. Θεοφιλεςάτυ. Montfauconius Palaeogr. p. 174.

ΕΠΙΜΕΛΕΙΑ ΟΥΡΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣ
ΧΣΤΠΓ

Vide in ΧΣΤΠΓ.

Θ.Η. Muratorius pag. 1148. n. 8.

ΚΛΑΥΔΙΑ. ΔΙΑ. ΘΥΓΑΤΡΙ
ΕΠΟΙΗCΕΝ. ΟΥΔΕΝΙ
////////// ΙΗ. ΘΗ. ΖΗCΑCΑ
ΕΤωΝ. Δ. Μ. Ζ. ΗΜ. Β. Θ.
Λ. ΚΛΑΥΔΙΟC. ΚΑΙ. ΚΑΛΛΙCΤΗ
ΓΟΝΕΙC

quae Muratorius interpretatur: *Claudiae Diae Filiae* (*) *Fecit. Nulli. . . . Vixit Annos IV. Menſes VII. Dies II. E vivis abiit*: perinde quaſi character Θ. ſignificet Θανοῦσα, ſive Θανοῦσῃ. Voculam autem ΔΙΑ ita facile ſupplendam eſſe putaverim, ut legatur ΙΔΙΑ *ſuae*.

* ΘΚ. Θεοτόκος *Deipara*. Marmor Oxonienſe pag. 307.

* Θ.Κ. Θεοῖς Καταχθονίοις *Diis Inferis*, latinoque more *Diis Manibus*. Frequentiſſime haec formula in Graecis marmoribus obſervatur, atque ubique fere characteres illi in ſuprema marmoris parte a ceteris vocibus infra exaratis ſeiuncti conſpiciuntur. Aliquando tamen cum vocibus ipſis in uno eodemque verſu reperitur, ut apud Muratorium p. 1309. n. 8.

Θ.Κ. ΑΥΡΕΛΙΩ ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΩ

ubi

Digitized by Google

ubi non Θ *Caio Aurelio*, ſed *Diis*, *Manibus*. *Aurelio*, reddi debet.

Θ ΚΑ. Gruterus pag. 780. n. 4.

Θ ΚΑ
ΕΛΠΙΝΕΙΤΗ. ΙΑΧⲰ ϹΥΝΒΙⲰ
ΤΕΙΛΙⲰΤΑΤⲰ ΜΝΗΜΗϹ ΕΝΕΚΕ

ubi legendum arbitror ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ.

Θ.ΚΑΤ. Vignolius pag. 233. Vide in ΚΑΤ. Viciſſim apud Gudium pag. 105. n. 5. ΘΕΟΙΣ. Κ. Vide in Κ.

ΘΚΟΝ. Θεοτόκον. In Appendice Marm. Oxon. n. 33. pag. 306.

ΘΚΟΤ. Θεοτόκου. Ibidem.

Θ ΚΤ. Gualtherius pag. 45. n. 289. & ex illo Murat. pag. 1746. n. 13.

Θ ΚΤ
ϹЄΙΛΙΚΙΑ
ΜЄΛΛΟΤϹΑ
ЄΖΗϹЄΝ
ЄΤΗΧΙΙΙΙ

ubi Gualtherius ipſe interpretatur D.M.

* ΘϹ. Θεός. Cl. Maffeius ſiglam hanc, eiuſque interpretationem exhibet, ignotum tamen cui marmori inſcripta illa fuerit.

* ΘϹ.ΚΑ. Θεοῖς Καταχθονίοις. Gualtherius Tab. Siculis pag. 44. n. 265.

ΘϹ.ΚΑ
ΠΟΝΠⲰΝΙΑ
ΜΑΞΙΜΑ
ЄΖ. ЄΤ. Μ
ΚΑΜΟΛΙϹϹΟϹ
ΙΕΙΔΙΑ
ϹΤ... ΡΙⲰ

ubi ille reddit: *vix an. XL. Kamoliſſus* ..... At Muratorius ex Schedis aliis ita marmor exhibuit pag. 1490. n. 14.

ΚΑΜΟΛΙϹϹΟϹ
ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ
ϹΧΧ ΑΙϹΓΗΝ

extremoque verſu ϹΤΜΒΙΟΤΗΝ legendum eſſe coniecit. Mihi vero Gualtherii lectio longe accuratior videtur; ideoque reſtituerem ΕΙΔΙΑ, ſive potius ΤΗ ΙΔΙΑ ϹΤΜΒΙⲰ.

ΘΚ.Χ. Θεοῖς Καταχθονίοις. Gruterus p. 810. n. 3.

ΘΚ.Χ
Η ϹΕΜΝΗ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝ
ΔΡΟϹ ΜΟΝΗ ΠΡⲰΤΟΧΟΤ
ϹΑ ΠΑϹⲰΝ ΑΛΟΧⲰΝ κ. τ. λ.

* ΘΤ. Θεοῦ. Gruterus pag. 1048. n. 2. Fortaſſe etiam in Margarini marmore, quod expoſui in ΒΙΘΤ. Ita in S. Hippolyti Cathedra apud Gruter. pag. 140.

* ΘΤ. Θυγατρός. Sponius Pop. Attic. p. 105.

ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΚΛΑΤΔΙΑΣ
ΤΕΙΜΟΘΕΑΣ ΤΗΣ ΤΕΙΜΟ
ΘΕΟΤ ΓΑΡΓΕΤΤΙΟΤ ΘΤ.

ΘΤΤΡΙ. Θυγατρί. Muratorius pag. 1920. n. 2.

ΠΑΡΑΜΟΝΑ ΘΤΤΡΙ ϹΩΖΟΜΕΝΗ
ΕΤΗ ΕΖΗϹΕΝ. Δ. ΜΕΝΑϹ. S
ΚΑΤΑΘΤΗ. ΠΡΟ. Γ. ΝΩΝΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ

Quod ibi redditur ... *Depoſita eſt III. Nonas Martias.* Ceterum, ut opinor, vox ΚΑΤΑΘΤΗ ita dividi debet ut ΚΑΤΑΘ pro Κατατεθη legatur; ſyllaba vero, vel articulus ΤΗ ad diem proxime expreſſum referatur. Apud Marangonium in *Appendice* p. 70. legitur ΜΑΡΙⲰΝ redditurque *Martiarum*.

ΘΤΤΑΤ. Θυγατρί. Boldettus pag. 547.

ΤΗ ΓΛΤΚΤΤΑΤ
ΘΤΤΑΤ ΚΡΙϹΠΙΝ
ЄΓⲰΝS ϹΤΡΑΤ
ΚΑΤΑΚΤΛΙΝΑ
ΑΝЄ ΘΗΚΑΝ

Boldettus hic optime quidem reddidit *Dulciſſimae filiae Criſpinae* ... *Strateus*, & *Aquilina*; at ubi charactere S annos *ſeptem* indicari putavit, perſpicue fallitur, cum ille *ſex* hic alibique ſignificet.

ΘⲰ. Θεῷ. Muratorius pag. 1860. n. 12.

ΖΗϹΟΤϹΑ ΕΝ ΘⲰ ΕΤΗ ΠΛΕΙΟΝ ΕΙ
ΕΛΑϹϹΟΝ ΠΕΝΤΕΚΟΝΤΑ ΓΕΝΑΜΟ
.........................,.

quod ille reddidit: *quae vixit in Deo annos plus minus quinquaginta* .....

## I

* I. Εἷς *unus*. Montfauconius Diar. Ital. c. 21. pag 315. Theodori Conſulis, & Ducis Epitaphium exhibet, in quo is vixiſſe dicitur ΕΤΗ Ι ΚΑΙΜ. Id ipſe Montfauconius interpretatur *annos quinquaginta*: quod characterem I pro *decem* acceperit. At Cl. Maffeius characterem ipſum pro *uno* Latinorum more uſurpatum exiſtimat, ideoque reddit *unum & quadraginta*. Ac certe, ſi *quinquageſimus* annus exprimendus erat, non Ι καὶ Μ, ſive, ſi mavis, Δ καὶ Μ; ſed Latinorum more L, aut Graecorum Ν. ſculptum fuiſſet. Ita fortaſſe legi poterit in hoc etiam Sponii marmore *Rei Antiquar. Select. Quaeſt. Diſſert. XVIII.* & Miſcell. Sect. I. in fine

ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ
ΙΜ.... ΚΑ...

niſi fortaſſe potius cui libeat interpretari Ἔτη Ι Μῆνας ΚΑ. Ita quoque in Marmoreo Chronico, in Sadvicenſi, aliiſque marmoribus character I ſemper *unum* ſignificat. Hic ipſe valor intelligi profecto debet in Muratorio pag. 1830. n. 4.

ΖΗϹΑϹ ΕΤΗ III. ΜΗΝΑϹ Θ ΗΜΕΡΑϹ Κ

*an-*

Digitized by Google

*annos III. menſes VIIII. dies XX.* ut ibi feliciter explicatur. Ita denique apud Gruterum pag. 212. & 213.

ΔΑΙΘΜΟΥΣ ΙΙΙ & ΔΕΘΜΟΥΣ ΙΙΙΙ.

ubi Gualtherius pag. 35. optime reddit *Diviſiones III.* licet pag. 33. ſcribat *Diviſiones XII.* quod nimirum ita ſecundos characteres exprimat ΔΑΙΘΜΟΥΣ ΙΙΙ: perinde quaſi character I maiori forma *decem*, minori *unum* ſignificet.

I. Δέκα *decem*. Eiuſmodi valor characteri I certiſſime concedi debet ubi cum aliis characteribus, ſive numeralibus notis ita coniungitur, ut aliter ipſe intelligi, vel explicari non poſſit: ut

ΙΕ. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.
ΙΓ. Vide in ΕΙ ΘΤ.
ΑΙ. Vide in ϛ.
Lupus pag. 141. ΜΗΝΩΝ ΙΘ ΗΜΕΡΩΝ ΚΔ.
Denique apud Placentinum Palaeogr. pag. 33. Indictio Ι cum anno Mundi 6640. ſive Chr. 1132. coniungitur, quae *decima* eſſe debet. Vide in ΙΝΙ. Ita facile in ΠΡ.Ι.Κ.ΣΕΠ. Vide in ΣΕΠ.

I. Δέκατος. Gruterus pag. 210.

ΤΟΥ.Ι.ΚΛΑΡΟΥ *decimae ſortis*

ſic ΑΙ.ΒΙ.ΓΙ.ΔΙ. ΚΛΑΡΟΥ pro *undecima*, *duodecima*, *decimatertia*, *quartadecima ſorte*.

I. Τὸ δέκατον *decimo*, *decima vice*. Exprimendis Conſulatus, aut Tribuniciae Poteſtatis annis frequenter uſurpata haec ſigla conſpicitur. Ita

ΤΟ ΙΗ. Vide in Γ
ΤΟ Ι. Append. Marm. Oxon. pag. 293. n. 9.
ΤΟ ΑΙ Vide in ϛ

I. Καὶ. Muratorius pag. 1219. n. 3.

Θ. Κ
ΚΑΛΗ ΧΡΗΣΤΗ Ε
ΖΗΣΕ ΕΤΗ. Κ. ΜΗΝ. Γ
ΗΜΕΡ. ΙΑ ΕΥΓΑΜΙΟΝ
Ι ΣΥΜΦΕΡΟΥΣΑ ΟΙ ///////////
ΕΙΣ ΤΕΚΝΟ ΦΛΥΚΥΚ ////////

quod ille interpretatur: *Formoſae Probae. Vixit annos XX. menſes III. dies XI. Eugamioni Sympheruſa . . . Filiae dulciſſimae.* Atque optime id ille quidem quod Γλυκυτάτῳ, ſive potius Γλυκυτάτῃ, ut opinor, reſcribendum exiſtimavit. Ceterum ego Κάλῃ, non *Formoſae*, ſed *Cale*, veluti proprium filiae nomen, reddiderim. Certe hoc ipſum *Cale* nomen apud Gruterum pag. 724. n. 1. Murator. pag. 1274. n. 8. 1447. n. 2. 1552. n. 6. 1577. n. 6. occurrit; cumque ibi non feminam, ſed ubique virum ſignificet, in noſtro quoque marmore fortaſſe non *Cale optimae filiae dulciſſimae*, ſed *Cale optimo filio dulciſſimo* reddendum erit. Quamvis autem in 4. & 5. marmoris verſu nulla lacunae veſtigia exhibeantur, legendum tamen arbitror ΕΥΓΑΜΙΟΝ ΚΑΙ ΣΥΜΦΕΡΟΥΣΑ ΟΙ ΓΟΝΕΙΣ

I. Ἱερᾶς. Gruterus pag. 1052. n. 6.
ΙΕΡΟΚΩΜΙΤΙ. ΑΠΟ. Ι. ΚΩΜΗΣ. ΑΔΔΑΝΩΝ
Vide in Α.

ΙΑ. Marmor Riccard. in Faſtis Attic. Tom. I. pag. 170.

Αἰαντίδος Σ
ΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟ
ΡΑΚΛΕΩΝΟΣ
ΙΑ

Certe Populi cuiuſdam Attici ſub Aeantide Tribu recenſiti nomen hic deliteſcit, quod ignorare nunc cogimur; niſi fortaſſe . . ΓΑ pro ΦΗΓΑ, ideſt Φηγαιεὺς intelligatur.

ΙΑΙ. Boldettus pag. 406.

ΓΑΖΑΙΒ ΚΑΛΖΟΝΙΩΝ ΔΩΡΜΙΤΙΝΤΤΑ
ΚΕΦΙΛΙΑ. ΙΑΙ

quod ille interpretatur *Gazeo Calzonio. Dormit in pace. Filia propria.* Perſpicue tamen legi, ſuppleríque debet ΓΑΖΑ. ΙΒ. ΚΑΛανδῶν. ΖΟΝΙΩΝ pro ΙΟΥΝΙΩΝ, *Gaza. XII. Kalendas Iunias. dormit in pace*, ut ex Lupo Cl. Muratorius exhibuit pag. 1879. n. 2. Poſtremam vero vocem ita explicaverim, ut fortaſſe ΓΑΙ ου, vel alterius nominis initium videatur, virumque ſignificet, cuius Gaza illa *filia* fuerit. Siquidem *Gaza* non viri, ſed mulieris nomen eſſe exemplis aliis oſtendi poſſet: ut apud Murat. pag. 1451. n. 4. bis mulieris *Gazzae* nomen occurrit.

ΙΑΝ. Ἰανουαρίων. Lupus pag. 136. Vide in ΠΡ. Ita apud Muratorium pag. 1940. n. 5. ΤΗ ΠΡΟ Ι ΚΑΛ ΙΑΝ.

ΙΑΡΑΚΑΤΙ. Παρακαταθέτεται. Oliverius Marmor. Piſaur. n. 163. pag. 66. Vide in ΡΙΘΗΝ.

ΙΑΤΤ. Κάτθανε, ſive Κατατέθη. Boldettus p. 407.

ΕΙΛΑΡΙΤΑΣ. ΙΑΤΤ. ΠΡ Τ Ι.
ΚΑΛ. ΣΕΠ.

quod optime ab illo redditur *Hilaritas depoſita ante X. Kal. Sep.*

ΙΔΙ. Ἰδίῳ. Gruterus pag. 680. n. 6. Vide in ΑΚΤΑ.

ΙΜΟΚΡΑ. Τιμοκράτης. Sponius Itinerar. p. 49.
. . . . . . ΙΜΟΚΡΑ ΛΕΥΚ

ΙΜΡ. Reineſius Claſ. IX. n. 51. pag. 569.

ΕΠΑΦΡΑΣ ΑΓΑΛΜΑΤΟΠΟΙΟΣ ΕΝΚΑΥΣΤΗΣ
ΚΑΙ ΙΜΡΑΛΠΕΛΕ ΘΕΡΑ ΚΑ ΙΟΥΛΙΟΣ
ΑΤΙΟΧΩΣ

Rei-

Reineſius hoc loci latinas, graecaſque voces & literas una permixtas eſſe arbitratur; ideoque legendum exiſtimat: Καίσαρος Imperatoris Α'πελεύθερος.

* ΙΝΔ. Ι'νδικτίωνι *Indictione*. Montfauconius Diar. Italic. c. 21. pag. 315.

ΕΝ ΙΝΔ. ΤΕΤΑΡΤΙ

ΙΝΙ (Δ above). Ι'νδικτίωνος. Placentinus in Palaeogr. p. 33. marmor exhibet anno Mundi 6640. ſive Chr. 1132. poſitum, quod ita deſinit

ЄΤΟC Ϛ̄ Χ̄ Μ̄. ΙΝΙ (Δ above) Ī ✠

*anno* Mundi 6640. *Indictione X.*

ΙΝΛ. Montfauconius Palaeogr. pag. 174.

ЄΠΙ. ΘЄΟΔΩΡΟΥ. ΤΟΥ. ΑΓΙΩ. ΑΡΧΙЄΠΙC.

ΚΑΠΙΛΙΟΥ. ΤΟΥ. ΠЄΡΙΒΛ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.

ЄΥΤΥΧΩC ΑΝЄΝЄΩΘΗ. ΚΟΥ . . . Ο.

ΤΟΙΧΟC. Ϋ. ΦΛ. ΑΠΠΙΩΝΟC. ΤΟΥ.

ΛΑΜΠΡ. ΙΝΛ. Β. †

Montfauconius ita latine reddidit: *Sub Theodoro ſanctiſſimo Archiepiſcopo, & A. Pilio conſpicuo Proconſule, feliciter reſtauratus eſt murus. Conſule Fl. Appione ſplendidiſſimo illuſtri* 2. vel *poſt Conſulatum eius anno* 2. adeoque, cum Appion Conſul fuerit anno Chr. 539. hic annum 541. indicari opinatur, quo *Baſilius* Conſulum Faſtis inſcribitur. Itaque Relandus in Faſtis Conſular. pag. 716. Montfauconio inhaerens *Capilio* quidem legendum exiſtimat; ſed ultima marmoris verba ita reddit: *poſt Conſulatum Flav. Appionis Viri Clariſſimi anno II.* At ego legendum aſſero ΙΝΔ. Β. latineque reddendum: *Conſule Flavio Appione Viro Clariſſimo, Indictione II.* Etenim anno Chr. 539. quo Appion Conſulatum geſſit, agebatur *Indictio II.* nihilque fuerat cur annus Chr. 541. *poſt Conſulatum Appionis II.* diceretur, cum is *Baſilii* ordinarii Conſulis nomine ſignaretur. Itaque non ΙΝΛυϛρίυ, ut Gl. Viro videbatur, ſed ΙΝΔικτίωνι reſtitui, ſupplerique debet.

ΙΟΥ. Ι'ουνίας, vel Ι'ουλίας. Muratorius p. 1844. n. 4. Vide in ΕΙΔ.

* ΙΟΥ Ι'ουλίου. Sponius Pop. Attic. pag. 201.

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ ΙΟΥ.

ΙΟΥΛ. Ι'ούλιος. Cyriacus pag. 39. n. 253.

. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΟΚΡΑΤΙΔΗΣ

Ita Donius pag. 8. n. 30. Vide in Θ.

ΙΟΥΝ. Ι'ουνίων. Gruterus pag. 316.

ΠΡΟ. ΙΖ. ΚΑΛ. ΙΟΥΝ.

Ita pag. 330. n. 5. & Fleetv. pag. 455. n. 1. Vide in ΥΠΟΔ.

ΙΡ. Ι'ερεύς. Reineſius Claſſe XX. num. 63. pag. 913.

ΙΡ. ΟΚΣΤΑΚΙΟΣ
SACERDOS EVSTACHIVS

ΙC. Reineſius Epiſtola 41. n. 30. *Romae*

ΦΗΛΙΚΙΣΣΙΜΗ ΘΥΓΑΤΡΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ Ε
ΠΟΗΣΝΟΙ. ΤΟΝΕΙΣ ΕΖΗ ΣΗΝΜΗΝΑΣΗ Η
ΗΜΕΡΑΣΙ ΙC

Luxatae, vitiataeque marmoris huius voces facile ita reſtitui, componique poſſunt: ἐποίησαν. οἱ. γονεῖς. ἔζησεν. μῆνας Η. ἡμέρας Ι. Poſtremae vero literae fortaſſe fuerint ΙЄ ἐν ἀρήνῃ; niſi Ι'ησοῦς Cῶτηρ hic etiam intelligatur.

ΙΣ. Ι'σελάϛικα. In eximio marmore, quod ipſe omnium primus edidi in Diſſertationibus Agoniſticis pag. 103.

Τ̄ ΦΛΑΒΙΩΙ. Τ. ΥΙΩΙ
ΕΥΑΝΘΗΙ ΝΙΚΗΣΑΝΤΙ
ΙΤΑΛΙΚΑ ΡΩΜΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ
ΙΣ ΟΛΥΜΠΙΑ ΤΗΣ. Μ̄. Γ̄.
ΙΤΑΛΙΔΟΣ. ΠΑΙΔΩΝ
ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ. ΔΙΑΥΛΟΝ

Ibi vero Ι'σελάϛικα legendum eſſe iam monui, idque nominis Olympiis illis conceſſum eſſe demonſtravi, quae Neapoli, Elidenſium inſtar, agebantur.

ΙC (with titulus). Ι'ησοῦς. Heſſelius in Append. Praef. n. 10.

FORTVNAE REDVCI
OB DEVICTOS GOTHOS
ΙC ΧC ΝΙ ΚΑ

*Ieſus Chriſtus vincit.*

ΙΣ. Ιησοῦς. Gruterus pag. 1048. n. 2.

ΙΣΘ. Ι'σθμίων. Gruterus pag. 415. n. 1. ubi Iſthmiorum, aliorumque Graeciae Ludorum Agonotheta honoratur.

ΙCΙ. Ι'σιδι. Gruterus pag. 73. n. 3.

ΘΕΑ. ΕΠΗΧΟΩ ΙCΙ ΤΥΧΗ

ſicuti in alio marmore pag. 40. num. 10. legitur Θεᾷ ἐπικόῳ Α'ρτήμιδι.

ΙΣΙΔΩΡ. Ι'σιδώρῳ. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

* ΙΤΕΑ. Ι'τεαῖος *Iteaeus* ex *Itea* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 54.

ΦΙΛΩΝ ΙΤΕΑ

Populus autem iſte a Stephano quidem, Harpocratione, Heſychio, & Suida Acamantidi; a Sponii vero marmore Antiochidi Tribui adſcribitur. Ceterum pro ΦΙΛΩΝ facile ΦΙΛΩΝ, vel etiam ΦΙΔΩΝ reſcribendum eſſe putaverim.

ΙΚΘΥC

IXΘΥC. Ἰησῦς Χριςὸς Θεῦ Υἱὸς Σώτηρ. Ita feliciter explicat Muratorius pag. 1824. n. 6. & Lupus pag. 103. quemadmodum Sigla Γ ternarium cadaverum tumulatorum numerum, ſive loculorum ordinem indicari arbitratur. At ego cadaverum potius, quam loculorum, numerum indicari putaverim, cum tria prorſus cadavera in marmoris epigraphe memorentur. Eadem prorſus ſiglarum ſeries IXΘΥC, ommiſſo Γ, in latini marmoris fine conſpicitur, quod e Coemeterio Baſillae erutum idem Lupus exhibuit pag. 145. iterumque in aliis apud Fabrettum p. 329. n. 485. & Murator. pag. 1850. n. 10.

Γ

I.X.Θ.Υ.C.N. Boldettus pag. 58. marmor exhibet, in quo latina quidem Inſcriptio reperitur, ſed dextro lateri characteres iſti appicti conſpiciuntur. Poſtremus character N. fortaſſe Νικᾷ reddi debet, ut in marmoribus aliis explicate legitur. Vide in IC.

* Iω. Cl. Maſſeius ſiglam hanc ceteris interſerit, atque Ἰωάννης interpretatur. Mihi vero nondum ea in Graecis marmoribus eſt obſervata.

ΙΩΝ. Ἰωνίας. Smithus Notit. Eccleſ. pag. 22.

ΛΟΓΙΣΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΙΩΝ. ΚΑΙ ΡΩΕΣΟΥ.

ΙΩΥ. Ἰωάννȣ. Sponius Itiner. pag. 102.

ΙΩΥ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ.

K

* K. Εἴκοσι. Gruterus pag. 767. n. 2.

ΕΤΙ Κ. Γ

& pag. 916. n. 12. ΕΤΗ Κ.Β.

* K. Καῖσαρ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 132.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ
ΕΠ. ΑΥΡ. ΠΟΛΛΙΑΝΟΥ Β ΤΟΥ ΑΡΧ.

In Itiner. pag. 118.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ
ΣΕΒ. ΕΥΣ. ΕΥΤΥΧΗ.

* K. Κάτθανε. Fabrettus pag. 587.

ΑΓΙΟΣ. ΘΕΟΣΕΒΕΣ
ΕΥΤΡΟΠΟΣ. ΕΝ. ΙΡΗΝΗ
ΥΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. Κ. ☧. Ι. Κ. ΣΕΠ.

quae Fabrettus ita reddidit: *Sanctus Dei cultor Eutropus in pace. Filius fecit. Obiit a. d. X. K. Sep.* Ait enim: *Notam* K *tertiae lineae interpretor* obiit *a verbo* καταλύειν *quod in hanc quoque ſignificationem uſurpatur*. At exempla plurima, & Inſcriptiones aliae mox proferendae oſtendunt vel Κάτθανε, vel Κατεθέτη legendum eſſe, ut Maſſeius ipſe obſervavit.

K. Καταχθονίοις. Gudius pag. 105. n. 5.

ΘΕΟΙΣ. Κ.
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ. ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ
ΙΕΡΟΚΟΜΑC. ΤΟΥ. CΑΡΑΠΙΔ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Frequenter in monimentis aliis Θ. K. Vide in Θ. K.

K. Καί. Smithus Notit. Eccleſ. pag. 30.

ΕΞΟΡΙΣΤΕΝΤΩΝ ΑΝΟΣΙΩΝ
Κ ΜΙΣΑΡΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ

Ita apud Gruterum pag. 1098. n. 8. & 683. n. 7. & 1127. n. 3. Sic etiam fortaſſe apud Marangonium in *Appendice* pag. 71.

☧ ΔΙΔωΝ
ωΚΤωΒΡΙωΝ
ΑΠΘΘΝΗΕ ΚΟΙΖω
ΠΥΡΟCΕΝΙΑ ΥΠΟΝΟ
Κ. ς III.

Quod ille interpretatur: *Ante IV. Idus Octobris obiit Zopirus anno*: optime nimirum hic ΑΠΟΘΝΗCΚΕΙ reſcribendum eſſe obſervavit. Extremas autem voces, aut notas, quas ille intactas praeteriit, ita refingendas, & explicandas eſſe putaverim: ΕΝΙΑΥΤωΝ Ο Καὶ μηνῶν III. *annorum LXX. & Menſium III.* niſi fortaſſe cui libeat annos ΘΚ XXIX hic intelligere. Ita vox eadem Ἐνιαυτῶν in Margarini marmore reſtitui debet:

ΕΝΘ ΑΔΕ ΚΑΤΑΚΙΤΕ . . . . . .
. . . . ΝΙΑΥΤΟΝ ΚΗΜΟΕ . . . . .
. . . . ΥΙΟΙ ΠΕΤΡΟC ΕΝΗΑΥΤΟ
. . . . ΝΙΙΑΥΤΙΩ . . . . . . . . .

legendum exiſtimo εΝΙΑΥΤΩΝ Κ ΗΜέρων ΟΕ . . . . . οΙ ΥΙΟΙ ΠΕΤΡΟC ΕΝΙΑΥΤΩν . . . . . εΝΙΑΥΤΩν . . . . quod nimirum in uno eodemque tumulo pater, ac filii conderentur.

K. Κουίντῳ. Sponius Itiner. pag. 19.

Κ. ΚΑΛΠΥΡΝΙΟ.

nam in latina Inſcriptione, cui graeca repente ſubnectitur, dicitur *Q. Calpurnio*. Ita in marm. Oxon. 150. pag. 286. legitur Κοίντε Αὐίλλιε Γαΐυ ὑἑ χαῖρε, latineque legitur in verſu ſuperiori. *Q. Aulici C. F. Lauvine. ſalve*. Apud Grut. pag. 330. n. 5. bis legitur Κυΐντος.

K. Κλαυδίȣ. In Appendice Marm. Oxon. n. 11. pag. 293.

ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΝ ΜΑΡΚΟΥ ΤΟΥ Κ
ΥΙΟΥ ΠΡΕΙΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΟΥ
ΤΟΥ ΣΑΤΥΡΝΙΝΟΥ.

Maſſeius hic tamen legendum aſſerit Καίȣ.

K. Κώμη. Fabrettus Cap. X. n. 502. pag. 740. Vide in ΑΥΡ.

K. Καῖος. Muratorius pag 1259. n. 15.

Κ. ΑΙΛΙΑΝΟΣ ΠΡΟΚΛΗΣ

 Vi-

Digitized by Google

Vide in MA. Apud Muratorium ipſum pag. 1263. n. 10. K. ΑΗΦΕΝΗ ΠΟΣΙΔΩΝΑ-ΚΤΟΣ, quod ille reddit *Caia Lepbene Poſidonactis Filia*.

* Ꝁ. Καί. In Veronenſi marmore 45. ex Maffeio.

Ꝁ. Καί. Gruterus pag. 491. n. 1. & 595. num. 11.

* Ꝁ. Καί. In Ticinenſi marmore apud Maffeium. Vide in ΔΕΣΠ.

* Ꝁ. Καί. In Ticinenſi eodem marmore.

* K̄. Κατά. In Veronenſi marmore n. 111. ex Maffeio.

ΚΑ. Καί. Reineſius Cl. IX. n. 51. pag. 569. Vide in IMP. Vide etiam in AM.

ΚΑ. Καταχθονίοις. Muratorius pag. 1010. n. 6. Vide in ΠΑΑΤ.

* ΚΑ. Καλανδῶν. Marangonius in *Appendice* p. 73.

ΜΑΡΚΙΑΝΟ ΘΟΧΡΗΣΤΟ ϹΕΖΗSEN
ΕΤΗΑΝΜϹΡΑϹΙ ΚΑΤΕΤΕΘΗΤΗ
ΠΡΟ ΟΘ ΚΑ ΑϹΚΕΝΒΡΙ

Cl. Scriptor interpretatur *Marciano Chreſtos, qui vixit annos depoſitus eſt nono Kal. Decembris*. Ego vero depravatas, luxataſque marmoris voces ita concinnandas, ac diſtinguendas eſſe putaverim

ΜΑΡΚΙΑΝΟϹ Ο ΧΡΗΣΤΟϹ ϾΖΗϹΕΝ
ΕΤΗ Α ΗΜϾΡΑϹ Ι ΚΑΤΕΤΕΘΗ ΤΗ
ΠΡΟ Θ ΚΑ ΔϾΚΕΝΒΡΙ

adeoque latine ſic redderem: *Marcianus optimus. Vixit annum unum* (niſi potius Λ reſcribendum, ac *triginta* reddendum ſit) *dies decem depoſitus eſt nono Kalendas Decembris*. Fieri quoque poteſt ut characteres vel numerales notae AN *quinquaginta ac unum* ſignificent; adeoque non ΗΜΕΡΑϹ, ſed ΜϾΝΑϹ pro ΜΗΝΑϹ legendum ſit. Vide in ΜΡΑϹ. In marmorea S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum pag. 140.

ΙΠ IS ΚΑ. ΜΑΙ

*decimo ſexto Kalendas Maias*. Eadem nota, idemque notae valor apud Murat. pag. 1857. n. 2. Vide in NOB. & in KI.

ΚΑ. Κατά. Chishullus in *Antiquitatibus Aſiaticis* pag. 49. eximium marmor exhibet, in quo Sigeorum Pſephiſma in Antiochi Soteris gratiam editum continetur. In ipſo linea quarta legitur

ΕΞΗΤΗΣΕ ΤΑΣ ΠΟΛΕΙΣ
ΤΑΣ ΚΑ ΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΔΑ

Chishullus ipſe cum notas, aut vocis compendia marmori huic antiquiſſimo, quod anno V. C. 474. ſculptum fuit, ineſſe minime ſuſpicaretur, errorem marmorarii credidit; ſed optime tamen ſupplendum eſſe putavit ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΔΑ.

ΚΑ. ΔΑ. Κατὰ Δανιήλ. In Cathedra, S. Hippolyti in qua reperitur etiam explicate Κατὰ Δανιήλ.

ΚΑΙ. Καίσαρι. Gudius pag. 210. n. 7.
ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ ΓΟΡΔΙΑΝΩ
Vide in Π. Τ.

ΚΑΙ. Κάτθανε ſive Κατέθετη. Marangonius in *Appendice* pag 74. Vide in ΜΑΡ.

* ΚΑΙΝϹ. Καίνιος. Sponius Itiner. pag. 102.

ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΕΡΓΟΝ ΕΝΘΑΔΕ
ΦΘΑΡΕΝ ΧΡΟΝΩ ΚΑΙΝϹ ΜΑ
ΝΘΗΛ ΕΥϹΕΒΗΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ

Maffeius optime Notam expoſuit; ſed compendii ſignum, lineolam nempe ſuperinductam, omiſit, quae tamen perſpicue in Sponio reperitur.

ΚΑΙΣ. Καίσαρα. Sponius Itiner. pag. 116.
ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥΗΡΟΝ
Ita in Popul. Attic. pag. 154.

ΚΑΙϹ. Καῖσαρ. Gudius pag. 196. n. 13.

ΚΑΛ. In eximio Sarcophago apud Lupum pag. 50.

ϾΝΘΑΔϾ
ΚϾΙΤϾ ΙΟΥ
ΛΙΑΝΟϹ ΙϾΡϾΥϹ Α
ΡΧѠΝ ΚΑΛ
ΚΑΡΠϾ ΙѠΝΤΙ
ΟϹΙΟΥΛΙΑΝΟ
ΤΑΡΧΙϹΥΝ
ΑΓѠΓΟΥ

ubi Cl. Scriptor interpretatur Καλπέων; cum Stephanus & *Calpenſes* Populos, & *Carpeiam* ipſorum Vrbem in Bythinia memoraverit. Muratorius ex Lupo ediderat pag. 708. n. 3. & 152. n. 4. ſed ingenue profeſſus ambigere ſe an ibi Populus aliquis exprimeretur.

* ΚΑΛ. In marmore Ancyrano apud Montfauconium Palaeogr. pag. 164.

ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΚΑΛ. ΜΑΚΕΔΟΝ-

ubi Montfauconius, ipſique inhaerens Maffeius Κάλον, ſive Κάλλιστον legendum eſſe putarunt. Ita prorſus Muratorius, qui marmor exhibet pag. 736. n. 4.

* ΚΑΛ. Καλανδῶν. Gruterus pag. 177. n. 6. Vide in ΑΠΡΕΙΛ & in ΠΡ. Ita optime Montfauc.

Digitized by Google

fauc. Diario Ital. pag. 353. ΠΡΟ. ΙΓ ΚΑΛ. ΝΟΒΕΜΒΡ. interpretatur *XIII. Kal. Novembr.* Sic etiam Lupus pag. 102. ΤΗ ΠΡΟΔΚΑΛ. Ita Fabrettus pag. 587. Vide in ΚΑΤΘ.

ΚΑΛΑ. Καλανδῶν. Muratorius pag. 1904. n. 7. ex Marangonii Append. pag. 71.

ΚΑΤΑΘΕCIC ☧ Ζ ΚΑΛΑ ΩΚΤΩΒΡΙΩΝ

ΚΑΛΑΝ. Καλανδῶν. Fabrettus pag. 591. n. 203. Vide in ΚΤ.

ΚΑΛΑΝΔ. Καλανδῶν. Muratorius pag. 1858. n. 3.

ΑΝΕΠΑΥΣΑΤΟ ΤΗ. . . ΚΑΛΑΝΔ ΦΕΒΡC

ΚΑΛΗ. Καλήνιον. Muratorius pag. 553. n. 1. Vide in ΒΙΒΛΟ.

✱ ΚΑΛΟΚ. In Ticinenſi marmore apud Maſſeium, qui feliciter obſervavit ibi καλοκαγαθοί ſupplendum eſſe.

ΚΑΛΠ. Καλπυρνίῳ. Gruterus pag. 767. n. 2.

ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΑ ΖΩΤΙΚΗ.
Γ. ΚΑΛΠ. ΖΩΤΙΚΩ СΥΜΒΙΩ

ΚΑΠΠ. Cyriacus pag. 8. n. 61.
ΕΠΙ ΣΤΑΣΙΑ. ΔΕΑΡΟΥ. ΚΑΠΠ.

✱ ΚΑΣΙ. In Oxon. Marm. n. 15. pag. 83. & Spon. Pop. Attic. pag. 166.

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΣΤΑ. ΣΕΡΑΠΙΟΝΟΣ ΧΟΛΛΕΙΔΟΥ
ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΚΑΣΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

Quid ibi Prideauxius latere coniecerit, quid vere intelligi, legique debeat oſtendi in Faſtis Attic. Tom. II. pag. 140. Etenim *Caſium* gentile nomen ibi eſſe exemplis aliis oſtendi. Ita apud Gruterum pag. 798. n. 4. ΚΑΣΙΟΝ. ΣΕΚΟΥΝΔΟΝ.

ΚΑΤ. Κατέθετη, ſive Κάτθανε. Marangonius in *Appendice* pag. 70.

ΤΥΡΑΝΝΟC
ΚΑΤ ☧ ΕΝΩΝΑΔΕΚ

quod ab illo redditur *Tyrannus Depoſitus ante*, vel pridie *Nonas Decembris*. Fortaſſe tamen *V. Nonas* reddi poterit, ut obſervavi in ΝΩ. Muratorius marmor ipſum exhibet pag. 1952. n. 4. Vide in ΔΕΚ.

ΚΑΤ. Καταχθονίοις. Muratorius pag. 1016. n. 1.

Θ. ΚΑΤ.

Vide in ΑΠΕΛ.

✱ ΚΑΤ. Κατοικοῦντες. Sponius Itin. pag. 154.

Η ΠΟΛΙC ΜΙΛΗCΙΩΝ
ΚΑΙ ΠΑΝΤΕC ΟΙΚΑΤ

Etenim in marmoribus aliis, quae praeceſſerant, explicate legitur πάντας τοὺς κατοικοῦντας.

ΚΑΤΑ. Καταχθονίοις. Gualtherius p. 6. n. 24.
ΘΕΟΙC ΚΑΤΑ

✱ ΚΑΤΑΘ. Κατάθεσις. Arringhius Lib. III. c. 22. pag. 619. & Reineſius Claſ. XX. n. 375. pag. 984.

ΚΑΤΑΘ.
ΠΡΙΝΚΙΠΙΟΥ
ΠΡΟ. Ζ. ΚΑΛ.
ΟΚΤΩΒΡ.
ΘΕΟΔΩΡΑC Χ
ΠΡΟ. ΔΕ. Δ. CΕΠΤε

quod Arringhius reddidit: *Depoſitio Principii ante VII. Kalendas Octobris Theodora ante IV. Idus Septembris*. Reineſius vero, cum characterem C a praecedentibus ſeiunctum conſpiceret, Cύμβιος interpretatur; quemadmodum in titulo Κατάθεσις intelligendum eſſe iam dixerat. At Muratorius pag. 1928. n. 3. marmor ipſum *ex Ptolemeis Schedis* proferens, legit ΘΕΟΔΩΡΑC, latineque reddit *Theodorae*. Atque optime id quidem; ut facili nimirum, perſpicuoque ſenſu exprimatur Principium VII. Kal. Octobris, Theodoram vero IV. Idus Septembris tumulatam fuiſſe. Quod ſi *Theodora* recto caſu legatur, neque ſenſus haerere poterit, neque facile intelligi cur illa memoretur; niſi forte tumulum marito conſtruxiſſe dicatur antequam ille decederet; vel integro ferme anno poſtquam e vivis exceſſerat. Obſervari poſtremo velim in Arringhio legi ΠΡΟ. ΔΕ. Δ. in Muratorio ΠΡΟ. ΕΙΔ. unde ille reddit *Pridie Idus*.

ΚΑΤΑΧ. Καταχθονίοις. Gudius pag. 196. n. 13.
ΘΕΟΙC. ΚΑΤΑΧ

ΚΑΤΑΧΘ. Καταχθονίοις. Gruterus pag. 825. num. 4.

ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘ

✱ ΚΑΤΘ. Κατάθεσις. Fabrettus pag. 587.

ΔΑΦΝΟΣ ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ. ΚΕ.
ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΤΘ ΤΗ ☧ ΙΖ ΚΑΛCΕ

Fabrettus ipſe latine reddit: *Daphnus vixit annis XXV. qui deceſſit A. D. XVII. Kal. Se*; ſimulque notat: *Idiotiſmum* ΤΟΥΤΟΥ *genitivo caſu male reſpondens* τῷ Δαφνὸς, *&* ΚΑΤΘΤΗ, *aliaque ſphalmata traſmittam*. Verum, ſi non Κατέθη, ſed Κατθ. τῇ legatur, & ſigla illa non κάτθανε, ſed κατάθεσις, intelligatur, perſpicuus exinde ſenſus orietur. Certe κατάθεσις in aliis etiam marmoribus obſervatur ut apud Fleetvood. pag. 458 Vide in ΚΑΤΑΘ. & in C. Vide etiam in ΘΥΤΡΙ.

✱ Κ. Β. Κελεύσματι Βουλῆς. Sponius Itin. p. 105.



Digitized by Google

K. B.
ΑΥΡ. ΦΛΑΒΩΝΗΝ
ΡΟΥΦΕΙΝΟΝ
ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΟΝ
ΔΕΣΠΟΤΑΤΟΝ
ΠΡΕΙΜΟΙΠΕΙΛΑΡΙΟΝ
ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΟΥΡΒΑΝΙΚΙΑΝΟΝ
ΠΑΙΛΙΑ ΚΟΡΝΙΛΙΑ
ΝΕΙΚΑΡΕΤΗ
ΤΟΝ ΑΝΔΡΑ

Cl. Maſſeius Κελεύσει Βȣλῆς interpretatur, *mandato Senatus*. Quandoquidem tamen non publico Senatus Decreto, ſed privata potius autoritate Monimentum illud excitatum videtur, κελεύσει quidem hic legerem, ſed potius *permiſſu*, quam *mandato*, interpretarer.

ΚϾ. Καί. Placentinus in Palaeogr. pag. 24.

ΚϾ. Καί. Vide in ΠΡS.

ΚΕ. Καί. Lupus pag. 140.

ΑΜΕΛΙΩ ΤΕΚΝΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ
. . . . . . . . . . . . . .
ΑΜΕΛΙϹΑΡΧΩ
ΚΕ ΜΑΡΙΑ ΓΟΝΕΙϹ · ΤϾ
ΚΝΩ ΑΜΜΩΜΩ ΟϹΕΙΩ
ϾΠΟΙΗϹΑΝ

Vbi Lupus Α'μέλιοι Α'ρχων, κ̀ Μαρία legendum exiſtimat, latineque reddit *Amelio filio dulciſſimo*. . . *Amelii Archon*, *& Maria parentes filio meo Maſeo fecerunt*; quamvis voces illas ἀμμῶ μωσείῳ *meo ſuavi* reddi poſſe putaverit. At doctiſſimi Viri pace legendum arbitror ἀμμώμῳ ὁσείῳ pro ἀμώμῳ ὁσίῳ *inculpato*, *ſancto*; quemadmodum ſaepius *innocenti &c.* in marmoribus reperitur. Ita, me iudice, patris nomen non Α'ρχων, ſed Α'μελισάρχων, fuerit; ne ſcilicet diſcerpto nomine aut filii nomen temere repetatur, aut duplex patri nomen concedatur. Muratorius hoc ipſum marmor exhibet p. 1129. n. 6. atque interpretatur *Amelius Iſarcho*, extremaſque voces ita reddit *filio* (fort.) *Amomo*, vel *inculpato ſuo fecerunt*.

* ΚϾ. Κύριε. Maffeius, ſed ignotum ubi ſiglam iſtam invenerit.

Κ̄Ϲ̄. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 31.
Κ̄ Ϲ̄ ΒΟΗΘΕΙ
ubi Sponius ipſe reddidit *Domine adiuva*. Vide in ΒΑϹΙΛΙ.

* ΚΕΦ. Κεφαλῆθεν *Cephalenſis* ex *Cephale* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 50.
. . . ΜΑΣ ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΥ ΚΕΦ

* ΚΗ. Κηδῶν. Sponius Itin. p. 46. Vide in ΕΚΚΗ.

* ΚΗΔ̄. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in ΑΝΑΕΓΓΡΑΦ.

* ΚΗΦ. Κηφισιεὺς *Cephiſienſis* ex *Cephiſia* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 46.
. . . ΝΟΣ Ο ΚΑΙ ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ ΚΗΦ

ΚΗΦΕΙΣΗΙ. Κηφεισιεύς. In Marmore Riccardiano, quod in Faſtis Atticis exhibetur Tom. I. pag. 170. Donii tamen exemplar habet ΚΗΦΙΣΙΙ ||||||

Κ. Θ. Καταχθονίοις Θεοῖς. Reineſius Claſ. XIII. num. 1. pag. 697. & Fabrettus pag. 391. n. 253. Κ Θ. & Donius Claſ. VII. n. 192. pag. 311.

ΚΙ. Κῖται ſive Κεῖται. Lupus pag. 136.
ΕΥϹΕΒΙΑ · ΚΙ
ΕΤ. Δ. ΙΠ. ΙΕ ΚΑ ΙΑΝ

Marmor ipſum a Muratorio pag. 1865. n. 5. iterumque pag. 1868. n. 1. exhibetur. Marangonius, qui in *Appendice* pag. 71. marmor protulerat, interpretatur *pridie Kalendas*; at perſpicue reddendum *XV. Kalendas*.

* Κ̄Ῑ Β̄. In eximio Gruteri marmore, p. 1052. n. 6. quod exhibetur in A. Cl. Maffeius ad ſiglam hanc adnotavit: ΚΙΒΕΝΕΙΡΗΝΗ *ad finem Gruterianae* 1052. 6. κ̀ δεύτερον, κ̀ ἔνθις & iterum in pace. *Praeceſſerat ſiquidem alia vice ἐν εἰρήνῃ. Scaliger in Emendatione Temporum pag.* 516. ΚΙΒ videntur ſignificare κεῖται βεβαίως. *Probare non poſſum. Animadverto poſtremum illum verſum ita a Grutero collocari, ut videatur capite diminutus eſſe: forte ergo ſculptum fuerat* ΓΥΝΑΙΚΙΒ coniugi benemerenti in pace. At, niſi plurimum fallor, doctiſſimi Viri coniectura a perſpicuo marmoris ſenſu fortaſſe abhorret. Quid enim latina vox *Benemerenti* cum graeca Γυναικὶ temere admixta ſupponatur? Quid nitide in marmore explicateque ΓΥΝΑΙΚΙ ſcriptum olim fuiſſe dicatur, cum lineola, ſive compendii nota ſyllabae Κ̄Ῑ ſuperpoſita, & a Maffeio tamen omiſſa perſpicue oſtendat nihil in extrema ſuperioris verſus parte truncatum eſſe, aut certe ΓΥΝΑΙΚΙ, quod ille coniecerat, ſuppleri non poſſe? Denique, ne coniecturas alias perſequar, Euſebia illa vix *decimum* aetatis annum exceſſerat: adeoque facile *coniux* eſse, vel appellari non poterat. In Broverii quidem exemplo reperitur ΙΕ, perinde quaſi Euſebia quintum ac decimum annum attigerit: at Scaligeri, Gruterique lectio caſtigatior apparet; cumque in prolixo marmore nullum *mariti* nomen occurrat, ne ipſum quidem Γυναικὸς, ſive *uxoris* nomen admitti facile poterit. Quod ſi in tanta obſcuritate, atque interpretationum varietate aliquid divinando coniicere, vel proferre nunc liceat, facile ſuſpicarer characteribus Κ̄Ῑ exprimi

mi Κατατέθειται. *depoſita eſt*, charactere autem B̄ indicari δευτέρᾳ, δευτεραίᾳ, ὑϛεραίᾳ, hoc eſt *ſecunda, proxima, ſequenti* die: ut nempe celebri ſolemnique ſepulcrali formula exprimatur Euſebiam *duodecima Panemi menſis die* obiiſſe, *ſequenti depoſitam in pace* fuiſſe. Certe in Latinis aliis, Graeciſque Chriſtianorum titulis, quorum exempla proferentur in ΠΑΡΑΣΚΕΥ. *depoſitionis* dies ab *obitus* die diſtingui, proximeque poſt illum ſequi vel memorari conſpicitur.

ΚΛ. Καλανδῶν. Gorius Par. I. pag. 51. n. 100. Vide in ЄΚΟ.

* ΚΛ. Κλαύδιος. Sponius Popul. Attic. p. 162.

ΚΛ . ΜΑΡΩΝ

ΚΛΑΖ. Κλαζομένιον. Gruterum pag. 503.

ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΗΝ . ΦΙΛΙΝΟΥ . ΤΙΟΝ . ΚΛΑΖ

etenim in poſtrema marmoris parte explicate legitur ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΟΥ . ΤΟΥ . ΦΙΛΙΝΟΥ . ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΥ.

ΚΛΑϹ. Κλάσσις. Muratorius pag. 1086. n. 2. Vide in ΥΠΟ Λ ΑΜΑ.

ΚΛΑΥΔ. Κλαύδιος. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 116.

ΤΙΒ ΚΛΑΥΔ . ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

& Muratorius pag. 997. n. 4.

ΙΑ . ΚΛΑΥΔ . ΠΛωΚΙωΙ

ΚΛΕΟΞΕΝ. Κλεοξένυ. Muratorius pag. 1979. n. 5. Vide in ΘΕΟΦΑΝΕΣΤ.

ΚΛΣ. Apud Heſſelium inter Smyrnenſia marmora n. 13.

ΚΛΣ ΛΥΣΙΜΑΧΗΝ ΤΗΝ ΦΙΛΑΝΔΡΟΝ
Ο ΤΡΕΨΑΣ ΘΗΛΥΜΙΤΡΗΣ

* ΚΝ. Muratorius pag. 582. Vide in ΑΙ.

* ΚΝΘ. (with Ε Ο Ε above) Sponius in Itiner. pag. 24.

Ε Ο Ε
Κ Ν Θ ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΟΙ ΤΟ ΕΛΑΙΟΝ ΓΕΩΡΓΟ
ΥΝΤΕΣ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΤΑ
ΦΕΡΕΤΩΣΑΝ Η ΤΟ ΟΓ
ΔΟΟΝ ΟΙ ΙΠΠΑΡΧΟΥ ΧΩ
ΡΙΑ ΤΑ ΥΠΟ ΤΟΥ ΦΙΣΚΟΥ
ΠΡΑΘΕΝΤΑ ΚΕΚΤΗΜΕΝΟΙ

ibique mox integri 90. fere verſus in Sponii marmore conſequuntur. Cl. Maffeius ita ſiglam hanc exhibet, ac interpretatur: Κ Ν Θ (with dots above). Sponius in Itinerario pag. 24. *qui interpretatur* ἐκ νομοθεσίας Α᾽δριάνυ ex conſtitutione legis Adriani. *At Cyriacus, in cuius edito libello pag. 12. eius inſcriptionis initium traditur, hoc modo exhibet*: ΚΑΝΟΝΕΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ. Verum Cl. atque immortalis Viri pace, Cyriaci marmor a Sponiano marmore perſpicue diſtingui debet. Etenim in Cyriaco ſic marmor illud exhibetur pag. 12. n. 90.

*Ad Hadr. princ. arcum*
*ad magnam ex integro lapide parietem*

ΚΑΝΩΝΕΣ . ΑΔΡΙΑΝΟΥ . ΑΥΤΟΚ
ΟΙ . ΤΟ . ΕΛΑΙΟΝ . ΓΕΟΡΓΟΥΝΤΕΣ
ΤΟ . ΤΡΙΤΟΝ . ΚΑΤΑΦΕΡΕΤΟ.

*cetera deleta*

Si utrumque marmor conferatur, in ſiglis, quas alioquin Cyriacus ſemper exprimere conſuevit, in primis vocibus, in verſuum ordine, praeſertim vero in ipſorum numero unum ab alio diſſidere conſpicitur; ſive quod variae, diſtinctaeque leges in illis expreſſae fuerint; ſive quod una eademque Hadriani lex variis in locis, variis temporibus, variaque formula propoſita ſit. Itaque ſiglae Κ Ν Θ (with Ε Ο Ε above) certe ΚΑΝΟΝΕΣ exprimere, vel ſignificare non poſſunt. In Faſtis Atticis Tom. II. p. 206. exiſtimavi ſiglis iſtis, aut characteribus indicari ΚΕλευσμα ΝΟμιμον ΘΕου Αδριανυ; quamvis etiam facile legi, reddique poſſit ΚΕφαλαῖον ΝΟμων, ſive ΝΟμυ, ΘΕῦ Α᾽δριάνυ: quod nempe plures Athenis Hadrianus leges ediderit; ac ipſarum una de oleo exportando, huic marmori inſcripta fuerit. Quod ſi rite coniecerim hic Θεῦ legendum eſſe, perſpicue deduci poſſet Sponianum marmor poſt Caeſaris ipſius mortem inſculptum fuiſſe; Cyriaci vero marmor ipſo adhuc vivente, atque Athenis etiam degente, excitatum fuiſſe. Ceterum, ut hoc etiam adiiciam, ſecunda interpretatio, quam notis iſtis adhibui, latini marmoris exemplo confirmari facile poterit apud Grut. pag. 215. num. 2. ubi legitur

ΚΑΡΥΤ . ΕΧ . TESTAMENTO . M . MEGONII . M . F . COR . LEONIS.

* ΚΟ. Κοίντος. In Veronenſi marmore ex Maffeio.

ΚΟΒΡ. Muratorius pag. 1039. n. 2.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΑΑΟΥΝΑΠΟ ΚΩΜΗΣ
ΚΟΒΡ . ΘΕΟΣ.

Cl. Editor obſervavit fortaſſe ΑΛΟΥΝ legendum eſſe; hicque Κόβρυν Thraciae Vrbem Stephano, & Scylaci memoratam indicari; poſtremamque vocem reddidit *Deus*; prorſus ut Boldettus pag. 417. *ex oppido Cobri. Deus*. Ego vero ſuſpicor vocem ΘΕΟΣ hic temere irrepſiſſe, hoc eſt a precedentibus literis quadratarii vel exſcriptoris vitio divulſam fuiſſe. Itaque libentius legerem ΚΟΒΡΟΕΟΣ; ut ſolum nempe Vrbis, Oppidive nomen hic habeatur, quod a Stephano quidem Κῶβρυς, a Scylace vero Κόβρυς vocatur. Quid vero ſi coniecturam hanc meam marmoris alte-

Digitized by Google

alterius exemplo confirmem, ſimulque marmor ipſum mirifice depravatum, ac mutilum reſtituere, atque illuſtrare enitar? Margarinus pag. 62. n. 24. hoc marmoris fragmentum exhibet

ONNA ΑΠΟΚΩΒΡΟΕΩ
ΤΗΟΒΠΑΕΟΝΕΛΑ
ΕΑϹ ΜΗΝΙΠΑΥΝΙΚΒ
ϹΠΟΤΩΗΙΩΩΝ ΛΕΟΝ
ΠΡΟΒΙΑΝΟΥ

Hoc ita ſuppleverim atque emendaverim.

Ε. κιτε νONNA ΑΠΟΚΩΒΡΟΕΩ
ζησασα εΤΗ ΟΒ ΠΛΕΟΝ ΕΛΑ
ττον ετΕΛЄ. ΜΗΝΙ ΠΑΥΝΙ ΚΒ
υπ. των δεϹΠΟΤΩΝ ΗΡΩΩΝ ΛΕΟΝ
τος και ΠΡΟΒΙΑΝΟΥ

*Hic iacet Nonna ex* Vrbe *Cobri, quae vixit annos LXXII. plus minus. Obiit menſe Payni viceſima ſecunda* die. *Conſulatu Dominorum Heroum Leonis & Probiani*. Ne de ceteris emendationibus hic loquar, quarum ratio clarior & facilior eſſe conſpicitur, obſervaſſe iuverit ΠΛΕΟΝ ΕΛΑΤΤΟΝ in monumentis aliis occurrere, ut apud Fabrettum pag. 588. n. 103. *Leonis* autem, & *Probiani* Conſulum nomina ita in Ticinenſi marmore exprimuntur ΕΤΕΛ' ΜΗΝΠϹ Γ ΠΡΠΙΕΠΤ ς ΕΝ ΥΠΑΤΤ ΔΕϹΠ ΗΜ λΕ ШΝΠϹΤΔ̄ Ꝁ ΠΡΠΒΙΑΝΠy. Itaque nihil facilius quam & mortem, & mortis diem, & Conſulum nomina in noſtro, prorſus ut in Ticinenſi, marmore deſignari; niſi quod *Heroum* titulus in noſtro exprimitur, ac utrique Conſuli tribuitur; quod argumento eſſe poterit in Ticinenſi non Δεσπότυ ἡμετέρυ cum Maffeio, ſed Δεσπότων ἡμετέρων, legendum eſſe. Ceterum titulus ipſe Τῶν Δεσπότων Ἡρώων Valentiniano, ac Valenti tributus occurrit in Murat. pag. 264. n. 3. Quandoquidem vero in Margarini marmore *Payni* Aegyptiorum menſis memoratur, perſpicue apparet quod Nonna illa (ſi hoc nomen rite ſuppleverim) Aegyptia fuit; adeoque praeter Cobryn Stephano, ac Scylaci memoratam, fortaſſe Cobrys alia in Aegypto admitti debet; ſive potius quod Nonna ex Thraciae quidem Cobryde oriunda, ſed Aegyptii tamen viri vel coniux, vel alumna fuit: qui proinde in marmore non Macedonicum, hoc eſt patrium mulieris menſem, ſed Aegyptium potius, hoc eſt ſuum, exprimere maluit, quod facile exemplis aliis oſtendi poſſet.

* ΚΟΙ. Κοίλης. Sponius Itin. pag. 53. Vide in ΕΚΚΟΙ.

* ΚΟΛ. Κολιττεύς. Sponius Popul. Attic. p. 79.

ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛ.
ΗΓΕΜΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΠΡΟΣΑ.
ΓΡ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ΠΟΘΕΙΝΟΥ ΕΡΙ.

Maffeius quidem hic Κολωνεὺς, vel Κολωνόθεν *Coloneus*, vel *e Colono* legendum aſſerit quod Colonus, & quidem duplex, Athenis eſſet; Ἵππιος nimirum, atque Ἀγοραῖος; ideoque ſuſpicatur quod ΠΡΟΣ ΑΓΡ *poſt* ΚΟΛ *forte ſequebatur, atque ita legi debet*: Λικίννιος Πολυαίνυ Κολωνεὺς πρὸς Ἀγορὰν ἡγεμὼν: Ἐπίκτητος Διονυσίυ Μελιτεύς. Ἡρακλείδης Ποθείνυ Ἐρικειεύς. *Hoc modo mutatione quam minima patre, & populo ſinguli ornati ſunt. Coloneus ad Forum dici potuit, cum is populus* Ἀγοραῖος *etiam dictus eſſet, ut a Colono extra urbem diſtingueretur*. At doctiſſimi Viri coniectura, vocumque tranſpoſitio, quae literas ex ſecundo tertioque etiam verſu in primum transferat, paullo liberior haberi fortaſſe debet. Quilibet certe Civis patre, & Populo donaretur; at id inutile eſt, neque conſtanter in civibus aliis mox in ipſo marmore recenſitis obſervatur. Quid quod Πολυαίνυ, & Διονυσίυ liberius exhiberetur, cum ſemel iterumque Πολυαῖνος & Διονύσιος in marmore habeatur? Ad haec vox Ἡγεμὼν, veluti officii nomen ad Licinnium referretur; cum tamen is Παιδευτὴς, & Γυμνασιάρχων dicatur; ideoque hic Ἡγεμὼν non officii, ſed viri nomen eſſe debuerit. Colonus etiam unus Ἀγοραῖος dicebatur; at is, alterius inſtar, veris Atticae Populis minime accenſebatur, ut in Faſtis Atticis demonſtravi. Denique, ne argumentis aliis hic immorer, verum Licinnii nomen, veruſque Populus ex ipſo marmore demonſtratur. Etenim Sponius in recenſendis Atticis menſibus, iiſque Civibus, qui ſingulis menſibus *Gymnaſiarchae* munus obiverant, integrum marmoris verſum, ideoque *Elaphebolionem* menſem, eiuſque *Gymnaſiarcham* omiſit; qui nitide tamen diſerteque apud Vheelerum ita legitur ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΑ ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΙΑΙΝΟΣ ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ. Itaque, cum unus idemque Civis, qui Elaphebolione menſe Gymnaſiarchae munere perfunctus erat, Puerorum quoque Inſtitutor fuerit, adeoque inter *Paedeutas* initio memoretur, dubitari certe non poterit, quin verum ipſius nomen fuerit Licinnius Polyaenus, veruſque ipſius Populus fuerit *Colyttus*; adeoque nota ΚΟΛ. Κολιττεὺς ſignificet.

* ΚΟΜΝ. Κομνήνυ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 126. Vide in ΕΥΔΑΙΜ. Perperam autem Sponius, & qui Sponium exſcripſerat, Maffeius *Comneno* interpretatur; cum ibi perſpicue Κομνήνυ legi, atque *Comneni* reddi debeat.

* ΚΟΟΡ. Κόορτος. *Cohortis*. Gruterus p. 458. n. 1. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

ΚΟΡΝΗ. Κορνήλιον. Muratorius pag. 1027. n. 4. Vide in Α.

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ. Κορνηλιάνυ. Sponius Itin. p. 54.

ΜΟΣΚΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ ΑΓΝ.



Digitized by Google

✱ ΚΟϹ. *Conſulibus*. Reineſius Cl. XI. n. 71. pag. 633. Vide in Π. Τ.

ΚΟΩΡΣ. Κόωρτος *Cohortis*. Gudius pag. 189. n. 7.

ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΟΣ · ΚΟΩΡΣ
Δ ΟΤΙΓΙΑ . ΡΩΜΗΩΝ

Ꝁ. Π. Gruterus pag. 415. n. 1.

ΠΟΛΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ Ꝁ. Π. ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ
ΠΑΡΑ . ΑΠΑΝΤΩΝ . ΕΘΝΩΝ

Suſpicor ibi legendum eſſe Κελεύσματι Πόλεως *Civitatis Decreto*, *Patriae nomine*. In extrema quoque marmoris parte iterum reperitur Κ Π... quod mutilae vocis alterius initium eſſe potuit. Fortaſſe quoque eadem ſigla ſignificat Κατὰ Πρόσαγμα, quod in alio marmore apud Reineſium occurrit pag. 151. Claſ. I. n. 113.

ΚΡΑΟΥ. Muratorius pag. 236. n. 1.

..... ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ....
... ΩΙΣ ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΝ ΝΟΜΟΘΕΤΗΝ ΚΑΙ ΤΡΟΦΕΑ .....
.... ΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΣ ΤΟΥ ΚΡΑΟΥ ΚΟΙΝΤΟΣ ΑΙΣΚΡΟΝΟΣ ΑΝΕΣ

Cl. quidem Muratorius, cum nullam ibi ſiglam, vociſque compendium deliteſcere ſuſpicaretur, latine reddidit... *Canditus Crai filius*, *Quintus Aeſcronis filius*. Mihi vero vehemens, graviſque ſuſpicio ſuboritur quod in voce ΚΡΑΟΥ integrae unius, vel duplicis etiam vocis valor, atque compendia reperiantur; ut proinde ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ; ſive potius ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ hic legi, ſupplerique debeat. Etenim in alio marmore, quod Muratorius ipſe pag. 237. n. 1. mox protulit, nitide diſerteque legitur;

ΣΑΒΕΙΝΑΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ
ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΑΜΦΥΛΟΙ
ΥΠΟ ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΥ ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ////////
ΑΙΣΧΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΑΜΟΚΡΑΘΟΥΣ

Marmor ipſum Megaris invenit, & exſcripſit Sponius in Pop. Attic. pag. 223. & Miſcell. Sect. X. n. 18. ſed in Sponii exemplari inter Στρατηγοῦντος & Α'ισχιῶνος nullus hiatus aut lacuna reperitur; atque viciſſim inter Κανδίτυ, & Κρατίςυ vocula ΤΟΥ interſeritur. Ceterum *Canditus*, ſive potius *Candidus* ille, qui in utroque marmore nominatur, non alius fuit, ut optime feliciterque Muratorius admonuit, quam *Tiberius Iulius Candidus*, qui anno Chr. 105. Conſulum Faſtis inſcribitur. Itaque nullus hic dubito quin in utroque marmore idem prorſus Proconſulis Candidi nomen, ac dignitas expreſſa fuerit; ideoque, ſicuti in ſecundo marmore perſpicue explicateque legitur Κανδίτυ τῦ Κρατίςυ Α'νθυπάτυ, ita quoque in primo, notarum tamen, & compendiorum ope, Κρατίςυ & Α'νθυπάτυ expreſſum fuerit; ut utraque proinde vox illa in voce ΚΡΑΟΥ deliteſcat; quod nimirum priores characteres illi ΚΡ κρατίςου, poſteriores ΑΟΥ, ſive ſi libeat, ΑΘΥ ἀνθυπάτυ ſignificent; aut ſi vox unica cenſenda illa ſit, compendio ΚΡΑΟΥ integra vox Κρατίςυ indicetur. Denique obſervaſſe iuverit marmor ipſum, quod a Muratorio priori loco exhibetur, Megaris a Cyriaco eadem pene ratione exſcriptum fuiſſe, atque in edito ipſius Opere pag. 17. n. 122. reperiri: niſi quod in Cyriaco poſtremus marmoris verſus ita exhibetur ΚΑΝΔΙΤΟΥ . ΤΟΥ . ΚΡΑΟΥΓΟΙΝΤΟΣ ΑΙΣΚ ΑΝΕΣ

✱ ΚΡΑΤ. Κράτιςον. Gruterus pag. 595. n. 11.

ΤΟΝ . ΚΡΑΤ . ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ . ΤΩΝ . ΣΕΒΒΒ.

Explicate legitur in Reineſio. pag. 243. Στάτιος Κοδράτος Κράτιςος Νεωκόρος.

ΚΡΙΣ. Κρίσεος. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

✱ ΚϹ. Κύριος. Siglam hanc eiuſque valorem Cl. Maffeius exhibet diſſimulato marmore, in quo reperiatur.

Κ̄Ϲ̄. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 30.

ΟΥϹΕ ΔΙΚΑΙΩϹ ΕΝ Κ̄ Ϲ̄ ΒΑϹΙΛΕΥΗΗΝ

ubi Sponius interpretatur: *in Domino*: perinde quaſi legendum eſſet ЄΝ Κυρίῳ. At libentius hic legerem Κυρίῳ Σωτῆρι.

Κ̄Σ̄. Margarinus pag. 63. n. 34.

..... ΕΙΡΗΝΗ ...
..... ΡΙΟΥ Κ̄Σ̄ ΙΝΔ.
..... ΜΙΑΝΟΥ ΑΒΙ.
..... ΚΑΙ ΙΝΣ †

Fortaſſe ΡΙΟΥ extrema menſis alicuius, ut Σεπτεμβρίυ, ſyllaba cenſeri poterit; ideoque Κ̄Σ̄ numerales notae forent, quibus *viceſimus ſextus* menſis dies exprimeretur, cui mox ΙΝΔικτίωνος numerus, & Conſulum nomina ſubiicerentur. Nihil eſt autem cur in eiuſmodi Conſulum nominibus temere divinandis hic immorer. Eximium potius marmor aliud ſubieciſſe nunc libet, in quo eadem nota reperitur, ut Conſulum nomina ipſi inſcripta liberioris coniecturae genere, ſi fieri id quidem poterit exſculpantur. Gualtherius p. 5. n. 16.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΕΝ
ΕΙΡΗΝΗ ΜΑΡΙΑ
ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ ....
ΚΡΟ ΠΡΟΣ Β .....
ΕΤΕΛΙΩΘΗΙου
ΛΙΟΥ Κ̄ ΣΥΠ..
ΑΦΛˢΦΑSC ....

Quam-

Quamvis Gualtherius reddiderit *annos XX....* *finivit Iulio XXVI....*, nullus tamen hic dubito quin character B *duo* ſolum exprimat, ipſumque maior alia numeralis nota proxime conſequeretur, quae *decadem* aliquam indicaret. Hinc in tertio verſu ſuppleverim ΕΤΗ ΜΙΚΡΟ ΠΡΟϹ, quae formula in marmoribus aliis occurrit. Vide in Ā, & ΑΡΙ. In ſexto autem verſu mutilam, laceramque vocem ΤΠ . . . ita ſuppleverim ΤΠΑΤΕΙΑ; atque in poſtremis his characteribus ΦΛ•ΦΑSC duorum Conſulum nomina deliteſcere exiſtimaverim. Ii vero, ſi quid coniecturis hic aſſequor, alii eſſe non poterunt, quam *Flavius Areobindus*, & *Flavius Aſpar*, qui anno Chr. 434. in Faſtis occurrunt. Itaque ſiglis ΦΛ, ſive potius ΦΑ Φλαουίυ Α'ρεοβίνδυ; ſiglis vero ΦASC Φλαυίυ Α"Sπαροϲ intelligi reddique poterit: ſiquidem minuſculum characterem S interpunctionis vices hic gerere exemplis aliis apparet. Vide in S.

KCN. Apud Gruterum pag. 1105. n. 3. reperitur Epiſtola ſcripta a Tyriis Stationariis Puteolis degentibus Civitati Tyriorum, ſimulque reſcriptum atque Decretum a Tyriis in illorum gratiam factum. In illorum Epiſtola Nota CKN ſemel iterumque occurrit; atque in Tyriorum Decreto ita repetitur οἱ ἐν Ρ'ώμῃ Στατιωνάριοι ἦθος εἶχον ἀεί ποτε ἐξ ὧν αὐτοὶ λαμβάνυσι, παρέχειν τοῖς ἐν Ποτιόλοις KCN. ἀξιῦσι κ̀ νῦν οἱ ἐν Ποτιόλοις Στατιωνάριοι αὐτὰ ταῦτα τηρῆσαι αὐτοῖς. Itaque Nota illa KCN ſignificat cenſum, pecuniaeque ſummam a Tyriis Romae degentibus Tyriis aliis Puteoli habitantibus tribui conſuetam. Quoniam vero in Epiſtola Tyrii Puteolani dixerant ὐκ ἐντονῦμεν τὸν μισθὸν Στατιῶνος παρέχειν κατ' ἔτος CKN, niſi πρόνοιαν τῶν κατ' ἔτος διδομένων εἰς τὴν μίσθωσιν ποιήσασθε KCN; Tyriique decernunt ut Romani Puteolanis KCN veteri more perſolvant, perſpicuum fiet Nota CKN exprimi cenſum, qui Tyriorum civitati a Puteolanis Tyriis praeſtabatur. Itaque, niſi plurimum fallor, Nota KCN εἰκοϛὴν *viceſimam* ſignificat: quod nimirum character K *viginti* exprimit, atque ex illo, ceteriſque pone ſequentibus vox εἰκοστὴν effecta videatur. Ita propemodum Nota alia CKN διακοσιοϛὴν *ducenteſimam* exprimi putaverim, quod character C plerumque διακόσια *ducenta* ſignificet: quamvis etiam fortaſſe ἓξ *ſex* exprimere poſſit; ideoque Nota CKN etiam ἕκτην *ſextam* indicare poſſe videatur. Ceterum *viceſimae*, ac *ducenteſimae* partis, vel uſurae mentio, atque uſus frequentiſſime in Latinis, & Graecis etiam marmoribus, atque Scriptoribus obſervatur; ex quibus eximio huic marmori, Notaeque a me explicatae plurimus ſplendor accedit.

* ΚΤ. *Kal*. Arringhius Lib. III. cap. 22. p. 591.

ΚΑΛΑΝ ΝΟΕΜΒ. ΕΚΟΙΜΗΘΗ
ΓΟΡΓΟΝΙϹ ΠΑϹΙΦΙΛΟϹ ΚΤ
ΟΤΔΕΝΙ ΕΧΘΡΟϹ

quod optime ab illo redditur: *V. Kal. Novembr. Hic poſitus eſt ad dormiendum Gorgonius omnibus amicus & nulli inimicus.*

* ΚΤ. Κυριακή. *Dominica dies* in S. Hippolyti Cathedra apud Grut. pag. 141.

* ΚΤΔΑ. Κυδαθηναιεὺς *Cydathenaeus* ex *Cydathenis* Atticae Populo. Sponius Itiner. p. 49.

. . . . ΓΕΝΗΣ ΣΠΟΡΟΤ ΚΤΔΑ

* ΚΤΘ. Κυθήριος *Cytherius* ex *Cythera* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 49.

. . . . ΕΣΟΣ ΚΤΘ

Explicate legitur apud Gruterum pag. 910. n. 9. Ε'πίκτησις Ο'υασίυ Κυθηρίυ Θυγάτηρ.

* ΚΤΡ. Κυρεῖνα *Quirina* Romana Tribu. Gruterus pag. 388. n. 4. iuxta Graevii editionem.

Α. Κ. . . . ΚΙΟΣ. ΚΤΡ. ΠΡΟΤΔΗΝΣ.
ΙΠΠΕΤΣ. ΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΡΩΤΟΣ. ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ
ΚΑΙ ΠΑΤΡΩΝ. ΑΡΞΑΣ ΚΑΙ ΑΜΦΙΠΟΛΕΤΣΑΣ
ΘΕΩ. ΑΤΓΟΤΣΤΩ. ΕΣΧ . . . Ν. Φ. Ι. ΝΕ

Reineſius Inſcriptionem hanc dederat Claſ. V. n. 7. pag. 357. ſed ipſe legit Α. ſupplet Καςρίκιος, & Κυρεῖνα. Explicate legitur ΚΤΡΕΙΝΑ apud Gruterum ipſum pag. 458. n. 1. Vide in ΡΩΜ. ſicuti apud Smithum Notit. Eccleſ. pag. 22. ΤΡΙΒΟΤ ΚΤΡΕΙΝΑ. & apud Gruterum pag. 581. n. 9. ΚΟΤΙΡΕΝΑΙ. Vide in ΡΝΣΓ.

ΚΦΚΑ. Sponius Itiner. pag. 101. At Montfauconius Palaeogr. pag. 147. reſcribendum viderat ϚΦΚΑ: ut nempe exprimatur annus Mundi 6521. Chr. 1013.

Κ — ΦΡ. Gruterus pag. 595. n. 4. marmor exhibet, in quo hinc inde latinae Inſcriptiones reperiuntur, in medio autem legitur.

ΡΟΤΣΙΑ
ΧΡΤΣΟΠΟΑΣ
Η ΚΑΛΗ
Κ — ΦΡ

Quid ſi Κελεύσματι Φρατρίας, ſive Καλάνδοις Φεβρυαρίοις intelligatur?

* Κ. Χ Gruterus pag. 18. n. 1.

ΟΙ. ΤΕΧΝΕΙΤΑΙ. ΑΝΕΘΗΚΑΝ
Κ. Χ

ubi Caſaubonus legendum coniecerat Κῆρι Χαριστηρίῳ *corde grato*; ſive Κοινοῖς Χρήμασι *communi ſumptu*. Maſſeius autem *explicari poſſe* ait Κατὰ Χάριν: at *credibile eſt*, inquit *habuiſſe lapidem* Ε Χ εὐχῆς χάριν *ex voto*. Si id ille rite feliciterque coniecerit, eius opinio ein-

exinde quoque confirmari poterit quod marmor *Iovi* conſecratum dicatur; alibique in Grutero pag. 68. n. 6. explicate legatur Εὐχῆς χάριν. At in marmoribus aliis, ut apud Murat. pag. 251. n. 6. Inſcriptio a Decurionibus poſita deſinit *Sumptu Publico*: quod innuere vel confirmare poterit Κοινοῖς Χρήμασι exponi poſſe.

K. Κώμη. In marmore Aquileienſi apud Bartolum Diſſ. II. pag. 202.

: . . . ΘΕΑ K ΝΙΚΕ . . .
. . . . *thea ex Vico Niceratum.*

K. Κώμη. Apud Muratorium pag. 401. n. 4. lapis effoſſus Florentiae. Vide in Ϛ.

ΚΩ. Gruterus pag. 1050. n. 11.

ΑΠΟ ΚΩ . ΑΔΔΑΝΩΝ
*ex Vico Addanorum*

iterumque, ſed explicate, pag. 1052. n. 6.
ΑΠΟ.Ι.ΚΩΜΗΣ ΑΔΔΑΝΩΝ

ΚΩΡΑΥΛ. Κωραύλης. Gudius pag. 108. n. 3.

Μ.ΣΙΛΙΟΣ·ΑΠΕΛΕΥΘΕ
ΡΟΣ.ΚΩΡΑΥΛ·ΑΝΕΘΙ
Κ . . . . . . . . . . . . .

ΚΩϹ. *Conſulibus*. Gruterus pag. 314. n. 2.

ϹΕΞΤΩ ΕΡΟΥΚΙΩ ΚΛΑΡΩ Β.
ΓΝΕΩ.ΚΛΑΥΔΙΩ ϹΕΒΗΡΩΚΩϹ

Λ

Λ. Τριάκοντα *triginta*. Gruterus pag. 169. n. 3.

ΑΠΟ·ΚΤΙΣΕΟΣ·ΚΟΣΜΟΥ
Δ.Ψ·Ϟ.Β.ΑΠΟ.ΔΕ
ΧΡΙΣΤΟΣ.ΕΤΟΥΣ.Ω.Α·Δ

Vterque tamen annorum numerus hic corrigi, refingique debet. Etenim *Theophilus* Imperator *Michaëlis Bega filius*, qui in marmore nominatur, anno Chriſti 829. imperium ſuſcepit; ideoque in marmore reſcribi debet Ω . Λ . Δ 834. Quandoquidem vero in marmoribus aliis, quae protuli in Ϛ, annus Mundi 6521. cum anno Chr. 1013. concurrit, Chriſti annus 834. in 6342. Mundi incideret, ideoque reſcribendum foret Ϛ Τ Μ Β. Ita apud Muratorium pag. 1165. n. 10.

ΒΙΩϹΑϹΗ ΕΤΗ.ΛΕ.Μ.Λ.ΗΜ·Γ

Λ. Τριάκοστος *trigeſimus*. Gruterus p. 495. n. 2. & Montfauc. Palaeogr pag. 158. n. 1.
ΛΕΓΙΩΝΟΣ.Λ.ΟΥΛΠΙΑΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ.
Etenim *Legio XXX. Vlpia* in marmoribus etiam aliis occurrit, in quibus *Victricis* nomen hic additum, reticetur: ſoliſque ſiglis V. V. exprimitur, quarum primam *Vlpia* Vrſatus interpretatur; ſecundam vero ambigit an *Victrix*, an *Valens* ſignificet. Graecum marmor dubium, atque ambagem dirimit, Victricemque demonſtrat. Ita apud Smithum Monum. Palmyr. n. 5. ΕΤΟΥΣ ΝΥ Λ ΜΗΝΟΣ: quod ab ipſo feliciter explicatur *anno CCCCL. triceſimo menſis* die.

L. Πεντήκοντα. Muratorius pag. 798. n. 5. Vide in ΝΑΘ. Etenim hic, alibique ſaepius, in Graecis etiam marmoribus numerales Latinorum notae uſurpatae conſpiciuntur. Vide in X. Ita apud Muratorium ipſum p. 1879. n. 4. legitur XL. pro 40.

L. Λυκάβας *annus*. Eiuſmodi charactere, qui ſaepiſſime in Nummis, interdum etiam in marmoribus, occurrit, non *Luſtrum*, ut Scaliger, Caſaubonus, & Reineſius exiſtimarunt, ſed *annum* indicari, qui poetica voce Λυκάβας appellatur, erudite, invicteque demonſtravit Noriſius *De Epochis Syro-Maced.* pag. 305. Marmor Scaligero, ceteriſque laudatum extat in Grutero pag. 327. ubi Baton Philonis filius honoratur quod duobus annis Gymnaſiarchae munus obiverit;

ΠΑΛΙΝΤΕ ΕΙΣ ΤΟ ΚϹL ΚΑΙ ΚΖL ΚΑΙ Η ΚL
ΑΞΙΩΘΕΙΣ ΥΠΕΜΕΙΝΕ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΙ

tandemque decernitur ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΘΚL ΕΤΙ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΙ. Idem fortaſſe valor in Gudii Marmore pag. 242. n. 2. & Gorii Par. I. n. 244. pag. 413.

ΘΕΟΙϹ. ΚΑΤΑΧΘ
ΟΝΙΟΙϹ. ΠΕΤΙϹΙΑ
ϹΤΕΦΑΝΗ. ΦΟ
ΡΙΑΙ. ΘΥΓΑΤΡΙ
ΠΕΤΙϹΙΟϹ. ϹΤΕ
ΦΑΝΟϹ. L Κ.

Certe Gorius, & Muratorius, qui marmor ipſum pag. 183. n. 2. ex Gorio protulit, interpretatur *ann. XX.* At clarius tamen hic ipſe characteris valor in alio marmore occurrit apud Fabrettum pag. 755. n. 614. ubi legitur LΗΜΕ & LΕΜ ΗΚΕ: quorum primum optime feliciterque a Fabretto redditur: *an. VIII. menſ. V.* alterum vero: *ann. XLV. dies XXV.* quod nimirum Η, Μ, & Κ in nexum unum coaluiſſe videantur.

Λ. Λυκάβας. Leichius in novis Emendationibus ad Muratorii Graecas Inſcriptiones pag. 77. hoc marmor exhibet

ΗΚΟΥΣΕΝ ΕΛΘΩΝ ΘΕΟΥ ΤΟΝ ΗΧΟΝ
Λ. Ζ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΤΟΥ
ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ.

*Audivit veniens ſonum Dei* Memnonis *anno VII. Adriani Caeſaris Domini noſtri.*



Λ. Spo-

Digitized by Google

Λ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 98. p. 356.

ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΦΙΑΛΗΝ
ΚΑΙ ΣΠΟΝΔΑΙΟΝ Λ . . .

*Σπονδαίυ* nomine, ut opinor, hic indicatur vas *libationibus* deſtinatum. Itaque character Λ, quod ſuperſtes conſpicitur, eius materiam, vel pondus, vel pretium ſignificat; unde facile λίθινον hic intelligi, exponique poteſt. Ita apud Gudium pag. 213. n. 10. *Cn. Cornelius* poſuiſſe dicitur ΤΑΡΙΑΣ ΛΗΘΙΝΑΣ Δ.

Λ. In Riccardiano marmore, quod in Faſtis Atticis exhibui Tomo I. pag. 170. iuxta vetus Donii apographum legitur

ΤΓΕΙΝΟΣ ΓΛΑΤΚΟΤ. Λ

quamvis eiuſmodi poſtrema litera vel ſigla nunc evanuerit. Quod ſi vere litera vel ſigla illa fuerit, certe quendam Atticae Populum ſub Erechtheide Tribu collocatum expreſſit; fortaſſe *Lampram*, quam Erechtheidis fuiſſe erudimur.

Λ. Muratorius pag. 40. n. 3. marmor *Catanae* poſitum exhibet

ΠΕΡΣΕΦΟΝΗ
ΒΑΣΙΛΙΣ
ΚΑΤΑΝΑ Λ

Gualtherius, ex quo Muratorius exſcripſit, pag. 9. n. 48. aſſerit Inſcriptionem hanc Proſerpinae ſtatuae ſubiectam eſſe; unde facile ſuſpicari quis poſſit ibi Α legendum, adeoque Α'νέθηκεν exponendum, eſſe.

* Λ. *Λέκιον*, ſive *Λεύκιον*. Sponius Itin. p. 97.
Λ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΤΗΡΟΝ
Vide in ΕΡΕΝΝ. in ΑΓΕ. & ΛΕΓΝΑΤ & ΚΟΩΡΣ. & ΤΡΑΙΑΝ.

Ⅼ. *Λέκιος*. Gudius pag. 26. num. 4. Vide in ΤΑΡΓΗΛ.

Λ. *Λοιπά*. Montfauconius Diar. Italic. c. 28. pag. 426. inter Corcyrenſia marmora hoc etiam exhibet num. 17.

ΠΟΝΤΙΟΣ ΛΟΤΠΟΣ ΠΟΝΤΙΩ ΛΟΤΠΩ
ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ ΚΑΙ ΤΑ. Λ.

Siglas aliquas, & obſcuriora vocum compendia, quae in Graecis, Latiniſque marmoribus obverſantur, interdum ex ſola exſcriptorum oſcitantia prodiiſſe variis in locis opportune obſervavi. Exemplis aliis, niſi mea me fallit opinio, hoc etiam certiſſime adiungi debet, in quo Graecus Corcyraeorum marmorum exſcriptor ita marmor iſtud expreſſit, ut iis vocibus, quae in marmore nitide explicateque legebantur, ſuas adiecerit: adeoque doctiſſimum Montfauconium nihil tale cogitantem in errorem abripuerit. Viderat, opinor, Amanuenſis ille primas octo marmoris voces integras, & incolumes eſſe, ideoque diligenter illas expreſſit uſque ad ΧΑΡΙΝ. Deinde vero, cum ceteras pone ſequentes, quibus Pontii Lupi aetas, aut mortis tempus indicabatur, vitiatas, aut evanidas, aut obſcuras eſſe conſpiceret, ſatius duxit illas ommittere, ſimulque id veteri conſuetaque formula ΚΑΙ ΤΑ. Λ. hoc eſt *καὶ τὰ λοιπὰ & cetera* indicare. Montfauconius, cum voces illas in Graeci exſcriptoris apographo marmori ſubiectas, ceteriſque coniunctas eſſe conſpiceret, eas ad marmor ipſum ſpectaſſe credidit; ideoque eodem prorſus characteris genere ceteris, quae iam praeceſſerant, adiungendas putavit. Quod ſi Graecus ille ſolemnem hanc abrumpendi ſermonis formulam diverſa characteris forma expreſſiſſet, aut potius marmor ipſum cum laciniis, atque lacunis, quae irrepſerant, exhibuiſſet, is neque ſiglam hanc ipſi marmori imprudens affinxiſſet; neque clariſſimo, atque immortali Viro fucum feciſſet. Ita propemodum ex eadem ipſa exſcriptoris negligentia factum putaverim, ut eximium marmor aliud a Montfauconio minus accurate expreſſum latineque redditum ſit. Inter eadem Corcyrenſia Marmora num 2. pag. 422. legitur

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΤ. Π
ΝΕΤΣΑΣ ΚΑΙ ΟΙ ΣΤΝΑΡΧΟΙ ΦΙΛΩΤΑΣ
ΙΑΚΧΟΣ ΚΟΣΑΠΕΛΟΤ ΝΙΚΑΝΩΡ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΤ ΘΕΟΙΣ

Cl. Editor, cum exſcriptoris, & apographi fidem ſequutus nihil in marmore excidiſſe ſuſpicaretur, ita latine interpretatur: *Apollodorus Apollodoti* filius *annuit*, *& una ſocii magiſtratus Philotas*, *Iacchus Coſapeli*, *Nicanor Nicoſtrati Diis*: eademque prorſus interterpretatio, marmoriſque facies a Muratorio exhibetur pag. 547. n. 2. At in Faſtis Atticis Tom. II. pag. 418. ſatis, ut opinor, oſtendi inter characterem Π, literaſque ΝΕΤΣΑΣ, hoc eſt in primi verſus fine, aut initio ſecundi, literas aliquas excidiſſe; adeoque non ΠΝΕΤΣΑΣ, ſed ΠΡΤΤΑΝΕΤΣΑΣ, legendum eſſe: ut facili nimirum, perſpicuoque ſenſu exprimatur *Apollodorum* illum *Prytanis* munere, quae ſuprema, atque eponyma poteſtas erat, apud Corcyraeos perfunctum fuiſſe.

ΛΑΔΙΚΤΣ. *Λαοδικεύς*. Gudius pag. 333. n. 15.

ΕΝΘΑΔΕ. ΚΕΙΤΑΙ
ΤΡΤΦΩΝΛΑΔΙΚΤΣ
ΤΗΣ. ΠΡΟΣ ΛΤΚΟΝ

*hic iacet Tryphon Laodicenſis* ex Laodicea *ad Lycum* fluvium poſita.

ΛΑΚΙ. *Λακιάδων Laciadarum* ex *Lacia* Atticae Populo. Cyriacus pag. 35. n. 234.

ΚΑΛΛΩΝ. ΛΑΚΚΙΑΔΗΣ
ΔΙΟΝΤΣΩΙ. ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΤ
ΕΚΛΑΚΙ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ &c.

mox

Digitized by Google

mox iterum *Καλλίδνος Λακκιάδη* nominatur; ideoque etiam Dionyſius ille (ſuſpicor enim legendum ΔΙΟΝΥΣΟΣ) *Laciades* erat. Atque ita prorſus in Muratorio reſtitui debet p. 1447. n. 8. ubi nunc redditur *Eclaci*.

✱ ΛΑΜ. *Λαμπροτάτῳ*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 39.

ΛΑΜ. ΦΛΑΒ. ΜΑΡΚ. CΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΟΥ

ΛΑΜΠ. *Λαμπρεὺς Lamprenſis* ex *Lampra* Atticae Populo. Cyriacus pag. 15. n. 108.

ΦΛ · CΕΠΤΙΜΙΟC ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΣ. ΟΛΑΜΠ.
ΚΑΙ ΑΠΟ ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ

Fortaſſe tamen hic etiam *Λαμπρότατος* legi poteſt.

ΛΑΜΠΡ. *Λαμπροτάτῳ*. Gruterus p. 1078. n. 2.

Μ. ΜΑΚΡΙΝΟΥ. ΤΟΥ. ΛΑΜΠΡ. ΥΠΑΤΙΚΟΥ
ΠΡΕΣΒ. ΚΑΙ · ΑΝΤΙΣΡΑΤΗΓΟΥ. ΤΟΥ ΣΕΒ.
ΚΑΙ. ΣΑΜΙΟΥ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ. ΤΟΥ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ

ΛΑΜΠΡΟΤΑΤ. *Λαμπρότατον*. Muratorius pag. 1441. n. 8.

ΛΓΕ. Fleetvoodus p. 328. ex Grutero p. 1130. n. 8.

ΛΓΕΚΑΤΟΥΡΝΙΝΟC ΕΤ ΑΦΗΛΙΑC ΕΤ
ΠΑΔΙΟΓΕΝΕC ΚΟΜΠΑΡΑΟΤΕΡΟΥΝΤ
CΙΒΙ ΕΤ COΥΙC

Gruterus tamen legit ΑΠΕ. Itaque Harduinus, obſervante Graevio, legit *Ἀπελλᾶς*. Fabrettus ΑΠ. ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΣ ΕΤ ΑΙΗΛΙΑΣ ΕΤ ΠΑ ΔΙΟΓΕΝΗΣ ΚΟΜΠΑΡΑΘΗΡΟΥΝΤ. Maffeius aſſerit in Grutero quidem legi ΑΠΕ. ſed Fabretto duce legendum ΑΠ. ideſt *Ἄππιος*. Ego vero nihil coniecturis in marmore ſollicitandum, temereque mutandum eſſe putaverim; cum perſpicuo, planoque ſenſu intelligi, legique facile poſſit *Λέκιος* ΓΕΛΛιος. & in ſecundo verſu *Πόβλιος Αἴλιος* ΔΙΟΓΕΝΗΣ. Apud Sponium Popul. Attic. pag. 200. reperitur ΓΕΛΛ. pro *Γέλλιος*. alibique ΠΑΙ pro *Πόβλιος Αἴλιος*. Vide in ΠΑΙ.

✱ ΛΕΓ. *Λεγιῶνος*. Gruterus pag. 458. n. 1.

ΧΕΙΛΙΑΡΧΩ. ΙΕ. ΛΕΓ. ΑΠΟΛΛΙΑΡ

& pag. 425. n. 3.

ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ ΛΕΓ. Ζ. ΔΙΔ

Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ. & ΔΙΔ.

✱ Λ. ΕΓΝΑΤ. *Λέκιον Ἐγνάτιον*. Sponius Itin. pag. 17.

Λ. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ ΛΟΛΛΙΑΝΟΝ

✱ ΛΕΡΕΝ. *Λέκιον Ἐρέννιον*. In Oxonienſi Marmore n. 143. pag. 277.

ΛΕΡΕΝ. ΣΕΠΤΙΜ.

ubi Prideauxius quidem *Lerennium*; at Maffeius optime *L. Herennium* interpretatur; cum praeſertim in ipſo marmore lineolam ſuper Λ. a Prideauxio tamen omiſſam obſervaverit.

ΛΕ. vel ΛΕΥ. *Λευκίῳ*. Vide in ΛΕΥΡΟΝ.

✱ ΛΕΥΚ. *Λευκονιεὺς Leuconienſis* ex *Leuconio* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 49.

. . . ΙΜΟΡΚΑ ΛΕΥΚ

Idem fortaſſe notae valor, ac Populus in alio marmore apud Sponium Pop. Attic. p. 78. ubi legitur ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ ΛΕΥΚ. niſi fortaſſe *Λευκοπυραῖος Leucopyraeus* ex *Leucopyra* Atticae Populo intelligatur.

ΛΕΥΡΟΝ. Muratorius pag. 566. n. 2.

Μ. ΟΥΛΠ. ΕΥΒΙΟΤΟΝ ΛΕΥΡΟΝ ΓΑΓΗ . . .

ubi certiſſime ΛΕΥΙΟΝ ΓΑΛΗΡΙΑ corrigi, ſuppleríque debet: ut proinde legatur *Λευκίῳ υἱὸν Γαληρίᾳ Lucii filium Galeria* Romana Tribu. Vide Faſtos Atticos Tom. II. p. 159.

✱ ΛΕΩΝΙ. *Λεωνίδῃ*. Sponius Pop. Attic. p. 200.

ΗΡΩΔΗΣ ΛΕΩΝΙ

ΛΗΚΛΙΟΔΗ. Muratorius pag. 556. n. 5.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΛΗΚΛΙΟΔΗ
ΦΑΥΣΤΕΙΝΑΝ. ΦΑΥΣΤΕΙΝΟΥ
ΙΕΡΕΙΑΝ. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. ΣΩΤΕΙΡΑΣ

Quod ille reddidit: *Quod fauſtum ſit . . . . Fauſtinam Fauſtini filiam Sacerdotem Dianae Servatricis*. Qui marmor iſtud exſcripſit, ubi ſuperſtites quidem literas nobis exhibuit, lacunae vero veſtigia prorſus omiſit, inconditam hanc Notam ex truncatis vocibus efformavit. Etenim certiſſime reſcribi debet Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ: quod in marmoribus aliis frequentiſſime occurrit.

✱ ΛΙΒ. Gruterus pag. 428. num. 11. Vide in ΑΡΧ.

ΛΙΒΑΝ. Donius pag. 9. n. 32. Claſ. I.

ΛΙΒΑΝ ΑΝΕΘΗ

ubi Gorius optime interpretatur *Libanus dedicavit*. Ac certe *Libanus Aug. Libertus* in alio marmore occurrit apud Grut. pag. 614. n. 12. Ita quoque redditur a Muratorio p. 27. n. 5.

ΛΟ. *Λούκιος*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 93. atque Noriſius *Epiſtola Conſul.* p. 55.

ΑΓΩΝΟΘΗΤΗΣ · ΛΟ · ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ
ΦΡΟΝΤΩΝ ΝΕ ΞΥΣΤΑΡΧΗΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΙΚΙΝΟΣ ΝΕ

Muratorius pag. 313. legerat ΛΘ; ideoque reddidit XXXIX. perinde quaſi ea numeralis nota foret; ſicuti ΝΕ interpretatur LV.



Digitized by Google

ΛΟΔΙΚΕΤΙ. Λαοδικεῖ. In Collectaneis Donii marmor iſtud adhuc ineditum, Romaeque a Donio exſcriptum obſervavi

ΠΑΛΦΗΝΟΙ
ΜΑΡΤΙΑΛΗΙ
ΛΟΔΙΚΕΤΙ
ΤΗC ΑCΙΑC. ΠΑ
. ΡΟΔΟΙΙΧΑΙ
ΡΕΙΝ. ΤΙΑΤΗΡΕ
ΠΟΙΗCΕΤΩΙΔΙC
ΤΕΚΝΩ · ΖΗCΑΙ
ΤΙ . ΕΤΗ. Θ

In tertio verſu perſpicue reſtitui, legique debet Λαοδικεῖ; ex Laodicea nimirum illa, quae τῆς Ἀσίας *Aſiae* vocatur, ut a ceteris cognominibus Vrbibus a Stephano recenſitis diſtinguatur. In quinto verſu, ubi contracte, depravateque nunc legitur ΠΑΡΟΔΟΙΙ, ſupplendum, ac legendum eſſe putaverim ΠΑΡΟΔΕΙΤ pro ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ, vel ΠΑΡΟΔΕΙΤΑΙ: perinde quaſi *Viator* praeteriens *Publio Alpheno Martiali* ſalutem dicere, ſolemnique formula Χαίρειν, *quietem adprecari* videatur. Eiuſmodi votorum, acclamationum, & precationum genera, quibus ſuperſtites tumulatis, aut tumulati ſuperſtitibus fauſtitatem ominabantur, frequentiſſime in Graecis, ac Latinis etiam marmoribus obverſantur. Vide in ΗΗΩ, in Μ, & in ΠΑΡΟ.

ΛΟΥ. Λουκίου. Noriſius *Epiſt. Conſul.* pag. 94.

ΛΟΥ . ΑΥΡΗΛΙΟΥ · ΚΟΜΜΟΔΟΥ

* ΛΟΥΔ. *Ludi*. Gruterus pag. 335. n. 1.

ΛΟΥΔ. ΜΑΤ · ΧΕΙΡ

*Ludi Matutini Chirurgus.*

ΛΟΥΣΙ. Λουσιεὺς *Luſieus* ex *Luſia* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 46. qui tamen *Luſiam* una cum ceteris in marmore recenſitam eſſe non obſervavit; ut proinde Maffeius etiam Sponium exſcribens Notam iſtam omiſerit. Ita marmor

.... ΝΟΣ Ο ΚΑΙ ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ ΚΗΦ
.... ΝΙΟΣ Ο ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ ΛΟΥΣΙ

Itaque Παιδες (ſi recte ſcriptum fuerit) eſt aliud . . . . *nii* nomen; & certe Λουσι . . . . Populum ſignificat vel a *Luſia* diſtinctum, vel *Luſiam* ipſam; quae, quamvis a Scriptoribus Oeneidi tribuatur, ſequioribus tamen temporibus, aliarum inſtar, a veteri divelli, atque in Erechtheidem Tribum transferri potuit, cui in Sponiano hoc marmore accenſetur.

ΛΥΣ, & ΛΥΣΑ. Λυσανίου. In Appendice Marm. Oxon. n. 26. pag. 301.

L.V.F Λ. Cyriacus pag. 7. num. 51. Vide in ΑΛΥΠ.

## Μ

* Μ. Τεσσαράκοντα *quadraginta*. Gruterus pag. 634. n. 1.

ΒΙωCΑΝΤΙ . ΕΤΕCΙΝ · Μ · ΜΕCΙΝ . Β.

Fabrettus pag. 328. n. 476. ΕΖΗ ΕΤΗ . Μ . Β ubi ille reddit: *vixit annis II. menſibus II.* Sublata tamen interpunctione legendum putaverim ΜΒ *quadraginta duobus*. In Grutero quoque pag. 767. n. 2. & 916. n. 12. numerales notae puncto ſeiunctae ſunt, quamvis unitae eſſe debeant. Vide in Κ. Ita apud Sponium Miſcell. Sect. X. num. 128. ΕΤΕΣΙ ΜΖ perperam redditur: *annis XLIV.* cum perſpicue reddendum ſit XLVII. Vide in Ι. & L.

* Μ. Μυρίας. Marmor Oxon. Append. n. 13. pag. 295.

ΔΡΑΧΜΑΣ ΜΙΧΗΗΗ & mox
ΔΡΑΧΜΑΣ ΜΧΧΗΗΗ iterumque
ΔΡΑΧΜΑΣ Μ . ΧΧΧΧ.

ubi perſpicue Maffeius, optimeque legendum aſſerit μυρίας *decem millia*. Ita fortaſſe character ipſe Μ, qui in extrema Sadvicenſis marmoris parte ſaepius occurrit, impietatis poenam mulctamque ſignificat, ideoque Μυρίας δραχμὰς exprimit. Quandoquidem vero in Oxonienſi marmore poſt Μ interpunctio, vel character Ι reperitur, Maffeius hic ambigit an Μεγάλαι, vel Μιλήσιαι δραχμαὶ intelligi debeant; quamvis etiam primo loco intelligi poſſe putaverit drachmarum *myriadem unam cum mille trecentis*.

Μ. Μῆνας. Boldettus pag. 392.

ΙΟΥΛ . ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟC · ΙΟΥΙΙΑ
ΑΓΑΘΗΙΟΥΛΙωΘΕ · ΟΔωΡω
Ο ΚΑΙΕΥΓΑΜΙC ΙΔΙω
ΤΕΚΝω ΓΛΥΚΥΤΑ
Τω ΓΟ ΝΙC ΕΠ
ΟΙ ΗCΑΝΜΝΗΜ ΗC.
ΕΖΗCΕ ΝΕΤΕ ΙΖ . ΜΖ

quod ille latine reddidit: *Iulius formoſiſſimus Iunia bona Iulio Theodoro, qui & feliciter nupti proprio filio dulciſſimo Parentes fecerunt ad memoriam. Vixit annos XLVII.* Sed ita ſingula corrigi, reddique debent: *Iulius Callimorphus, Iulia Agatha Iulio Theodoro, qui etiam Eugamis* vocabatur, *filio ſuo dulciſſimo Parentes fecerunt memoriae* cauſſa. *Vixit annos XVII. Menſes VII. Eugami* nomen apud Boldettum ipſum occurrit pag. 373. Obſervandum in marmore deeſſe Χάριν; niſi fortaſſe exciderit ſigla Χ, quae Χάριν ſignificat, aut legendum ſit

Digitized by Google

ſit MNHMHN. Sic in alio marmore, quod exhibetur in A.I. legitur Χάριν diſſimulata voce, vel extrita litera M, quae ſignificat Μνήμης. Idem Notae valor in Boldetti marmore pag. 405.

ΑΝΤΙΟΧΙΣ ΕΖΗΣΕΝ
ЄΝΙΑΤΤΟΝ ΜΖ ⳩ Δ
ЄΝ ЄΙΡΗΝΗ

Quamvis enim ille reddiderit *Vixit annos XLVII. menſes IV.* perſpicue tamen explicari debet *Vixit annum* unum, *menſes VII. dies IV.* Vide in A.

✱ M. Μάρκος. Cyriacus pag. 38. n. 250.
M.ΑΥΡ.&M.ΑΥΡΗΛ.

M̄. Μάρκον. Muratorius pag. 549. n. 1. Vide in ΑΥΡ.

✱M. Μνημεῖον. Gualtherius in Tabulis Siculis pag. 101. n. 6.
ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ
M
ubi Gualtherius *monimentum*, vel *mater* interpretatur. Maffeius *monimentum* legendum eſſe arbitratur.

✱ M. Μηνῶν. Marmor Oxon. 107. pag. 147. Gruterus pag. 685. n. 12.
ΕΤ.Θ.Μ.Ι.ΗΜ.ΙΒ

Ⳡ. Μνᾶς. Reineſius Cl. XX. n. 144. p. 931. & n. 316. pag. 970.

✱ M. Μνήμης. Muratorius pag. 1149. n. 10.
ΤΙѠ.ΓΛΥΚΥΤΑΤѠ.Μ.ΧΑΡΙΝ
Vide in Z.

M. Gorius Par. I. pag. 121. n. 2.

M
ΛΟΥΚΙΟC ΦΛΑΒΙΟC
ΚΛΑΔΟC ΖΗCΑC
CΤΗ.ΟΖ.
ѠΡΑΝ ΜΙΑΝ
ΧΑΙΡЄ ΙΝΤΟΙCΑΝѠ

Cl. Editor obſervavit characterem M fortaſſe *Manibus* reddendum eſſe, poſtremaſque voces interpretatur: *Vale Superis*, ſive *Valete Superi*; *homines*, qui *ſupra eſtis*. Ac certe quidem in ſepulcralibus eiuſmodi monimentis frequenter is, qui tumulatus eſt, *ſuperos*, *ſuperſtites*, ac *viatores* alloquens inducitur. Vide in ΠΑΡΟ. Fortaſſe tamen haec formula, vel acclamatio ad *Lucium Flavium* ipſum referri, dirigique debet; perinde quaſi aut viator, aut ille, qui tumulum poſuit, ipſi dicat *Vale in Superis*, aut *caeleſtibus*, quibus insereris. Quod vero ad characterem M attinet, ingenioſae Cl. Gorii coniecturae addi fortaſſe poterit quod illo Μνημεῖον exprimatur, ut in exemplis aliis conſpicitur.

M. Muratorius pag. 1819. n. 3.

ζησας ЄΤΗ ΛЄ ΤЄλευ
ΤΗ Μ ς̄ ЄΙΔѠ
ΡΡΙѠΝ ☧

Latinus Marmoris Interpres ipſum ſupplevit, latineque reddidit: *Vixit annos XXXV. Obiit ad VI. Idus Februarias. Chriſtus.* Atque ingenioſe ille quidem, ſi cetera conſpirarent. Ego vero non ΤΕΛΕΥΤΗ, ſed ΤΕΛΕΥΤΑ ΤΗ legendum exiſtimo; deinde vero pro M, qui nihili character hic eſt, reſcribendum aſſero ΠΡ, ſive, hoc ΠΡ eſt Πρὸ, quod in marmoribus aliis occurrit. Quid vero Φεβρουαρίων potius, quam Ἰανουαρίων, legatur? Ego certe ex ſuperſtitibus literarum ductibus ΣΕΠΤΕΜΒΡΙѠΝ potius ſupplendum eſſe putaverim; vel alterius menſis nomen, qui Septembrem ordine conſequatur.

✱ M. In Oxonienſi Marm. n. 28. pag. 93. ubi Prideauxius reddidit: *Minam unam*; ſicuti mox ſiglam aliam M interpretatur: *Minas duas*.

M. Μηνῶν. Vide in L. ſive Λ. & in ΑΠΓ.

M̄. In Oxonienſi Marmore n. 28. pag. 93. ſemel iterumque occurrit; ut primo quidem M Z; ſecundo vero M E reperiatur, primoque loco *Minas ſeptem*, ſecundo *Minas quinque* tum Prideauxius, tum Maffeius legendum putaverit.

MA. Ματρί. Muratorius pag. 1259. n. 15.

Θ . Κ
ΙΟΥΛΙΑ
ΜΑ.ΓΛΥΚΥ
ΤΑΤΗ.ΓΥΝΑΙ
ΚΙ.ΙΟΥΛΙΟΥ
ΑΛΚΑΙΟΥ
Κ.ΑΙΛΙΑΝΟC
ΠΡΟΚΛΗC ΥΙΟC

ubi Muratorius optime interpretatur *Matri dulciſſimae*, atque MH reſcribendum eſſe arbitratur.

MA. Muratorius pag. 2019. n. 3. ubi Μαγάρσιδι legendum eſſe conieci. Vide in ΘΕΑΜΑ.

✱ ΜΑΓΝ. Μαγνήτων. Muratorius pag. 164. n. 3. Vide Θ.

MAI. Μαΐων. In Cathedra S. Hippolyti apud Gruterum pag. 141. Vide in ΚΑ.

ΜΑΚΕΔ. Μακεδόνων. Sponius Itiner. pag. 87.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΜΑΚΕΔ.

✱ MA-

* ΜΑΚΕΔΟΝ. Μακεδονίας. Montfauconius Palaeogr. pag. 167. Vide in ΚΑΛ.

ΜΑΝΓΟΝ. Μαγγόνων. Gruterus pag. 173. n. 10. Vide in ΜΟΝ.

ΜΑΡ. Μαρτίων. Marangonius in *Appendice* pag. 74.

ΠΡΟΖΕΙDΜΑΡ
ΚΑΙ ΑΓΑΠΗ ΑΙΛΕ
ΑΝΟCΤΗΔΙ
ΑCΥΜΒΙω

quod ille reddidit *Pridie Idus Martias*.... *Anoſtidi Coniugi*. At ego legerim ΚΑΤ. ΑΓΑΠΗ ΑΙΛΙΑΝΟC ΤΗ ΙΔΙΑ CΥΜΒΙω *ſeptimo Idus Martias*. *Obiit*, vel depoſita eſt, *Agape*. *Aelianus ſuae Coniugi* monumentum hoc poſuit. Muratorius pag. 393. n. 7. Θ. ΚΑΛ. ΜΑΡ. Vide in ΑΡΚΑΔ.

ΜΑΡ. Μάρκος. Gruterus pag. 68. n. 6.

ΜΑΡ. ΜΕΜΜ. ΛΟΝΓΟC. ΒΕΝΕΦ.

Smithus Notit. Eccleſ. pag. 31.

ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΑΙΜΕΛΙΟΝ

* ΜΑΡ. Sponius Pop. Attic. pag. 159.

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΣΥΜΜΑΧΟΥ ΜΑΡ.

* ΜΑΡΑ. Sponius Itiner. pag. 53.

ΙΟΥΛ. ΑΓΡΙΠΠΑ ΜΑΡΑ

* ΜΑΡΑΘ. Sponius Pop. Attic. pag. 155.

ΗΡΑΚΛΙΩΝ ΗΡΑΚΛ .... ΜΑΡΑΘ ..

Vbique Μαραθώνιος ſignificat, hoc eſt *Marathonius* ex *Marathone* Atticae Populo.

* ΜΑΡΚ. Sponius Miſcell. Sect. X. num 39. pag. 334.

ΛΑΜ. ΦΛΑΒ. ΜΑΡΚ. CΚΡΕΙΒωΝΙΑΝΟΥ

ubi Sponius quidem *Marcum*, Maffeius vero *Marcellum* optime interpretatur: *perilluſtris Flavii Marcelli*.

ΜΑΡΤ. Μαρτίων. Gruterus pag. 330. n. 5.

ΤΗ. ΠΡ. Ζ. ΚΑΛ. ΜΑΡΤ

Eadem Inſcriptio in Gualtherio pag. 76. n. 466. depravate deſinit

ΤΗ. ΤΑ. Ζ. ΚΑΛ. Μ. ΑΡΤ.

ΜΑΡΤΥΡ. Μάρτυρες. Cyriacus p. 29. n. 200.

ΜΑΡΤΥΡΟΙ ΙΕΡΕΙΣ

Etenim in alio marmore apud Cyriacum ipſum pag. 9. n. 68. diſerte legitur ΜΑΡΤΥΡΕC. ΟΙ; ideoque, ſi articulus ΟΙ a praecedentibus literis ſeiungatur, Nota ſupererit ΜΑΡΤΥΡ. Etiam Muratorii ſchedae pag. 593. n. 2. habent ΜΑΡΤΥΡΟΙ.

* ΜΑΤ. Ματυτίνυ *Matutini*: latina nimirum vox graecis characteribus exarata. Gruterus pag. 335. n. 1. Vide in ΛΟΥΔ.

ΜΑΤΡΙΝ. Ματρίνια. Muratorius p. 1326. n. 3.

Θ . Κ
ΚΛΑΥΔΙΑ. ΜΑΤΡΙΝ
ΚΛΑΥΔΙΩ. ΠΑΜΦΙΛΩ
CΥΜΒΙΩ

ΜΒ. Gualtherius pag. 47. n. 307.

Ο ΔΑΜΟΣ
ΑΝΔΡΩΝΑ ΟΡΑΣΙΟΥ ΜΒ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ

Muratorius tamen, qui pag. 546. n. 3. Marmor ipſum ex Gualtherio profert, ſiglas illas omittit.

* ΜΕ. Muratorius pag. 582. Vide in ΑΙ.

ΜΕ. Μενῶν pro Μηνῶν. Gruterus pag. 1036. n. 8.

ΕΤΩΝ. ς. ΜΕ. Η.

*annorum VI. menſium VIII.*

ΜΕ. Cyriacus pag. 40. n. 260.

ΓΕΡΟΝΤΕΣ. ΕΠΙ. ΤΟΥ. ΜΕ.
ΠΡΑΤΟΛΑΟΥ. ΤΟΥ. ΔΕΞΙΜΑΧΟΥ.
ΩΝ. ΠΡΕΣΒΙΣ. ΝΕΙΚΟΚΡΑΤΗΣ. ΞΕΙΜΗΔΕΙΚ
ΓΕΡΟΝΤΕΥΣΑΣ. Δ. ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΣ. ΓΒ

Marmor ipſum ex aliis Cyriaci Schedis exhibet Muratorius pag. 66. n. 6. & p. 720. n. 1. Id unum obſcuris illis, ac fortaſſe vitiatis etiam, vocum compendiis rite explicandis obſervaſſe iuverit, quod marmor illud *Spartae* poſitum fuit; ideoque ſub ſiglis illis ΤΟΥ. ΜΕ Patronomi fortaſſe nomen, quod, Ephoris iampridem a Cleomene ſublatis, publicis eiuſmodi Monimentis praeſcribi conſueverat, delitеſcit. Quandoquidem vero in marmoribus aliis Spartae excitatis Romana nomina, atque inter illa ΜΕΜΜΙΟΣ obſervatur, quid ſi ibi ΤΟΥ pro Τιτου, ſive Τιβερ.ΟΥ ΜΕμμιυ ſcriptum dicatur? Certe in alio Spartano marmore apud Cyriacum pag. 38. n. 249. legitur Μ. Α'υρήλιον Α'ριςοκράτη Δαμαινήτυ.. Μεμμίυ Ε'υτιχοίτυ.. Μ. Α'υρηλίυ Α'τετῶνος. Vide in Σ. Fieri quoque etiam poteſt, ut exſcriptor interpunctionis ſigna temere, alieniſque in locis appinxerit; ideoque levi mutatione pro ΤΟΥ. ΜΕ. reſcribi debeat Τ. ΟΥΑΛΕ pro Τίτυ ΟΥΑΛΕρίυ. Denique addidiſſe iuverit in alio Spartano marmore apud Muratorium pag. 553. n. 3. Τιβέριον Κλαύδιον Πρατόλαον memorari.

* ΜΕ. Μέγιςον. Sponius Itiner. pag. 116.

ΠΑΡΘ. ΜΕ. ΓΕΡ. ΜΕ.

*Parthicum Maximum. Germanicum Maximum* Ita apud Muratorium pag. 248. n. 1. Vide in ΒΡΙΤ.

ΜΕΓ. Μέγιςον. Donius pag. 88. n. 73. Claſ. II.

ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΜΕΓ.

ΜΕ-

Digitized by Google

ΜΕΓΙϹΤ. Μέγιϛον. Fabrettus pag. 685. n. 87. Vide in ΑΔΕΛΦ.

ΜΕΛ. Μελιτεύς *Melitenſis* ex *Melite* Atticae Populo. Marmor Riccard. in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170.

ΑΘΗΝΙΩΝ ΜΕΛ

Apud Murat. pag. 1715. n. 13. legitur ΝΕΙΚΗ.ΔΩΡΟΘΕΟΥ.ΕΜΕΛΙΟΕΩΝ ubi legendum eſt ΕΚΜΕΛΙΤΕΩΝ *ex Melitenſibus*.

* ΜΕΛΙ: Μελιτεύς. Marmor Riccard. citato loco; & Sponius Itiner pag. 52.

ΖΩΣΙΜΟΣ ΠΟΛΥΚΤΗΤΟΥ ΜΕΛΙ

ΜΕΛΙΤ. Μελιτεύς. Sponius Pop. Attic. p. 169.

ΦΙΛΟΙΤΙΟΣ ΓΑΜΟΥ ΜΕΛΙΤ.

ΜΕΛΙΤΙΝ. Muratorius pag. 1508. n. 5.

ϹΕΒΗΡΑ<br>ΕΤ ΧΙ<br>ΜΕΛΙΤΙΝ

ubi Cl. Editor adnotavit: *Cui Melitene Civitas Cappadociae patria fuit*. At Pinedo in notis ad Stephanum obſervavit *Melitenen* Straboni Lib. XI. memoratam, quamvis a Stephano πόλις Καππαδοκίας vocetur, non urbem, ſed regionem Cappadociae fuiſſe; ut nitide diſerteque Strabo ipſe teſtatur Lib. XII. pag. 537. ubi nullam in Melitene regione Vrbem, ſed Caſtella ſolum, exiſtere memoravit. Doctiſſimo tamen Viro ambiguus ille Strabonis locus impoſuit. Fieri nimirum potuit ut Strabonis aetate nulla in Melitene regione Vrbs haberetur; Stephani tamen temporibus Vrbs aliqua regioni cognominis exiſteret. Certe inter alias Armeniae II. Epiſcopales Vrbes *Melitene* recenſetur, ibique Concilium anno 358. celebratum memoratur: ac Plinius, qui Libr. VI. c. 3. dixerat Melitenem eſſe *partem Cappadociae* Armeniae maiori praetentam, adeoque non Vrbem, ſed regionem, eſſe demonſtraverat, ita Melitenem Lib. V. c. 24. memorat ut non *regio*, ſed *Vrbs*, videatur. Itaque, ſi marmoris nota ad Melitenem Vrbem referatur, Μελιτήνη ſupplendum erit. Verum doctiſſimus Lupus, qui pag. 65. marmor ipſum ediderat, hoc aliud *Severae* nomen eſſe putavit, quam proinde *Severam Melitinam* vocavit. At interiectae voces, annorumque numerus Severae nomini ſubiectus vix patitur, ut poſterius nomen ad primum referri, atque cum illo coniungi poſſit. Itaque ſuſpicor nomen illud virum, aut faeminam exprimere, quae Severae defunctae titulum, ac monimentum poſuit: quod facile exemplis aliis confirmari poteſt.

* ΜΕΜ. Μέμμιος. Sponius Popul. Attic. p. 118.

ΜΕΜ. ΕΠΙΒΩΜΟΙ

Vide Faſt. Att. Tom. II. pag. 151.

ΜΕΜΜ. Μέμμιος. Gruterus pag. 68. n. 6. Vide in ΜΑΡ. Explicate reperitur in Cyriaci marmore pag. 38. n. 249.

ΜΕΜΜΙΟΥ. ΕΥΤΥΧΟΙΤΟΥ.

ΜΗ. Oudendorpius inter Marmora Papenbroechiana num. 11. pag. 13. marmor iſtud exhibuit.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ ΝΕΙΚΑϹ ΜΗ<br>ΖΩϹΙΜΗ ΧΑΡΙΝ ΜΝΗΜΗϹ<br>ΙΔΙΑ<br>ΓΥΝΗ.

Cl. Editor latine ita reddidit *Apollonius Nicas non vivere valens, memoriae cauſſa, propria uxor: niſi*, inquit ille, *Zoſime ſit nomen proprium; ſed quo* ΜΗ *tunc referendum ſit, divinatu facile non eſt*. At dubitari certe non poterit quin ΖΩϹΙΜΗ proprium uxoris nomen haberi debeat, quae Apollonio coniugi ſuo monimentum illud excitaverit. Si quidpiam in marmore temere a quadratario, vel exſcriptore omiſſum reſtitui, ſupplerique poſſet, facile poſt ΝΕΙΚΑϹ vel ΕΤ, vel Ε, hoc eſt *anni* nomen, intelligi liceret; tumque characteres ΜΗ numerales notae forent, quibus XLVIII. annorum aetas exprimeretur. Videndum etiam an barbare ΓΥΝΗ pro ΓΥΝΑΙΚΙ ſcriptum, atque in marmore non ΜΗ, ſed ΜΝΗ expreſſum fuerit: ita nimirum facile nota ΜΝΗ, prorſus ut in Muratorii marmore mox proferendo, ΜΝΗμεῖον ſignificaret; hoc eſt *monimentum*, quod *Apollonius Nicas Zoſimae uxori ſuae, memoriae cauſſa*, poſuit.

ΜΗ. Μῆνας, & μῆνι. Vide in ΚΩ.

* ΜΗΝ. Μηνῶν. Vide in ΑΥΡ. Fabrettus pag. 591.

ΕΤΩΝ.Β.ΜΗΝ.Ζ.ΗΜΗΡ.ΙΘ.

ΜΗΡΟΠΟΛ. Μητροπόλει. Montfauconius Palaeogr. pag. 164. n. 16.

ΑΦΙΕΡΩΣΑΝΤΟΣ ΤΗΙ ΜΗΡΟΠΟΛ

ubi Cl. Editor interpretatur Μητροπόλει.

ΜΗΣ. Μὴς, vel Μείς. Muratorius p. 582.

ΜΗΣ ΑΠΕΛΛΑΙΟΣ *Menſis Apellaeus*.

Vide in ΑΙ.

ΜΗϹ. Μνήμης. Boldettus pag. 396.

ΜΗϹ ΧΑΡΙΝ ΓΟΝΕ ΟΙϹΙΑΓΝΟΙϹ<br>ΤΡΥΦΕΡΩΝ ΕΒΡΙΩΑΡΙϹΓΟΚΡΑΤΗ<br>ΤΡΙΑΓΑΘΟΚΛΙΑΙΝ ΕΙΚΗ<br>..Ϲ.ΑΓΑΘΟΚΛΗϹ Υ.Ι.ΟϹ.

In primi tamen, ac tertii verſus initio aliquid excidiſſe ſuſpicor, ideoque marmoris voces ita ſupplendas, ac diſtinguendas eſſe putaverim: Μνήμης χάριν. Γονεοῖσι ἁγνοῖς Τρυφέρῳ Νεβρίῳ Ἀριϛοκράτι. μητρὶ Ἀγαθοκλίαι Νείκῃ..ς Ἀγαθόκλης υἱός.

ΜΗΤ

MHT, Μήτηρ. Gruterus pag. 26. n. 7.

ΦΥCΙC. ΠΑΝΑΙΟΛΟC. ΠΑΝΤ. ΜΗΤ

ubi libentius legerem παναιόλη πάντων μήτηρ: *Natura omnino varia omnium mater*.

ΜΗΤΡΟΔ. Μητροδώρῳ. Sponius Popul. Atticae pag. 202.

ΙΡΟΚΛΕΙΔΗΣ ΜΗΤΡΟΔ.

ΜΙΘΡ. Μίθρᾳ. Muratorius pag. 27. n. 7.

ΗΛΙΩ ΜΙΘΡ.

etenim in alio marmore, quod proxime praeceſſerat, explicate legitur Μίθρᾳ.

ΜΝ. Μῆνας. Gruterus pag. 1036. n. 5.

ΕΤΗ. ΙΕ. ΜΝ. Ζ

iterumque pag. 1091. n. 10.

ΕΤΗ ΝϚ. ΜΝ. Β

ubi tamen Gudius obſervat in Lapide reperiri ΜΗ. Β. Muratorius pag. 1692. n. 8. Ε. Ε. ΜΝ. Γ: *annorum quinque, menſium trium*.

ΜΝΕΑΣ. Μνείας. Heſſelius inter marmora Smyrnenſia n. 6.

ΜΝΕΑΣ ΧΑΡΙΝ

Vide etiam inferius in ΜΝΗ.

ΜΝΗ. Μνήμης. Muratorius pag. 1189. n. 9.

Θ . Κ
ΜΑΞΙΜΑΝΤΗ
Ν ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΝ
ΡΑΡΘΕΝΟΝ Α
ΓΝΗΝ ΕΤΩΝ Κ
ΜΑΞΙΜΟC ΠΑ
ΤΗΡ ΜΝΗ ΧΑΡΙΝ

Vide in Θ.

ΜΝΗ. Μνημεῖον. Muratorius pag. 1165. n. 10.

Θ Κ
ΦΛ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ
ΒΙΩCΑΝΤΙ ΕΤΗ. Ζ
Μ. Α. ΗΜ. Γ. Ω. Ζ ΚΛ
ΗΛΙΟΝΗ. ΒΙΩCΑCΗ
ΕΤΗ. ΛΕ Μ. Α. ΗΜ. Γ
ΚΑΤΕCΚΟΤΑC. ΑΝ
ΤΟΜΝΗ. ΜΝΕ
ΑC. ΧΑΡΙΝ ΤΑΤΕ
Κ. ΗΛΑΤΤΩΝΕΚΙ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ

quod ille reddidit: *Flavio Alexandro, qui vixit annis VII. menſe I. diebus III. horis VII. Claudia Helione, quae vixit annos XXXV. menſem I. dies III. . . . . . . Memoriae cauſſa* . . . . . atque adnotavit cetera eſse corrupta. Ego vero luxatas illas atque corruptas marmoris voces ita reſtituendas eſſe putaverim: ΚΑΤΕCΚΕΥΑCΑΝ ΤΟ ΜΝΗ. ΜΝΕΑC ΧΑΡΙΝ ΤΑ ΤΕΚΝΑ ΑΥΤΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ. quemadmodum in Grut. pag. 783. n. 9. ſcriptum conſpicitur ΤΑ ΤΕΚΝΑ ΑΥΤΟΥ. Quod ſi marmor hic ego rite emendaverim, adeoque Flavius Alexander *Cl. Heliones*, ſive potius *Heliones* (etenim non ΚΛ, ſed ΚΑ pro ΚΑΙ libentius hic legerem) coniux fuit, perſpicue apparet hic numerum Ζ pro Ξ quadratarii, vel exſcriptoris vitio temere irrepſiſſe; ut proinde non *annis VII.* quod Leichius cetera reſtituens hic retinuit, ſed *annis LX.* intelligi reddique debeat.

ΜΝΗΜ. Μνήμης. Bartolus pag. 97.

ΜΝΗΜ. ΧΑΡΙΝ

ΜΝΗC. Μνήμης. Gudius pag. 287. n. 3.

ΤΡΥΦΩΝ. ΠΡΩΤΟΓΕΝΙΗ. ΓΥΝΕΚΕΙ
ΕΙΔΙΗ. ΧΑΡΙΝ. ΜΝΗC

ubi Koolius εἰδίῃ pro ἰδίᾳ legendum putat. Certe Ε᾿ιδίας Γυναικὸς in alio marmore occurrit. Vide in ΜΗ.

ΜΝΙΑC. Μνείας. Lupus pag. 141.

ΜΝΙΑC ΚΑΡΙΝ

Ita apud Reineſium Claſ. XIV. n. 31. p. 730. & Grut. pag. 787. n. 10. Frequenter alibi explicate legitur ΜΝΕΙΑC; atque ita prorſus in Muratorio reſcribendum, ſive legendum arbitror pag. 1776. n. 2. ubi nunc depravate legitur

Θ Κ
ΠΙCΤΟC ΘΕΟΦΛΩ
ΩΝΕΤΑC. ΧΑΡΙΝ

Character Μ ita fortaſſe ꟿ formatus, & Ι in Τ vergens facile exſcriptori impoſuit ut pro μνείας hic ωνετας exprimeret; quemadmodum quadratarii vitio ΘΕΟΦΛΩ pro ΘΕΟΦΙΛΩ ſcriptum eſſe putaverim.

ΜΝΟC. Μηνὸς. Gruterus pag. 86. n. 8.

ΕΤΟΥC ΖΜ. Φ. ΜΝΟC ΠΕΡΙΤΙΟΥ
*anno 547. menſe Peritio*.

ΜΟΝ. Gruterus pag 173. n. 10. marmor *Antipoli* in Gallia repertum exhibet.

ΑΝΤΙΠΟΛΙC. ΚΑΙ. ΟΙ. ΠΟΛΙΤΑΙ. ΤΟ
ΓΕΝΙΚΟΝ. ΜΟΝ. ΚΑΙ. ΜΑΝΓΟΝ.
ΚΑΙ. ΟΥΕΛΑΡΙΟΝ. ΚΑΙ. . . . .

ubi Scaliger in *Gruteriano Indice* interpretatur τὸ γενικὸν Μονηταρίων, καὶ Μαγγόνων, καὶ Ο᾿υελαρίων.

ΜΟΣΧ. Μόσχυ. Sponius Itiner. pag. 50.

. . . . . . ΤΣΟΔΩΡΟΣ ΜΟΣΧ

ubi certe Μόσχυ ſuppleri, legique debet, ut in ſuperiori verſu reperitur.

ΜΠΗ. Gudius pag. 192. n. 9.

Θ. Κ
ΑΥΡΗΛΙΑ ΠΕΡΙΝΑ
ΜΠΗ. ΑΠΕΛΕΥ
ΘΕΡΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ. ΠΥ
ΘΟΛΟΡΟΣ.

Μ – Ρ

M — P. Μητρ. Douſa in Itinere Conſtantinopolitano in Theſauro Antiqu. Graec. Tom. VI.

ΤΗΣ.Μ — ΡΟΠΟΛΕ∴Σ ΑΝΚΥΡΑΣ.

Gruterus tamen marmor ipſum ex Douſa proferens pag. 448. n. 1. habet explicate Μητροπόλεως. Vide in ΕΔΙ.

ΜΡ. Μήτηρ. Gruterus pag. 1048. n. 2.

ΜΣ. Μῆνας. Gudius pag. 348. n. 11. Vide in Η.

ΜΣ. Μάρτυρες. Muratorius pag. 592. num. 1. marmor exhibet, in quo ſervi donatio, ſeu venditio memoratur: atque ita definit

ΣΩΜΑ ΑΝΔΡΕΙΟΝ ΩΙ ΟΝΟΜΑ ΑΡΙΩΝΟΙΚΟΣ
ΑΤΚΙΔΟΣ ΟΙΚΟΓΕΝΕΙΣ ΤΙΜΑΣ ΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΜΣ. ΑΡΙΟΝ ΥΙΟΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ
ΝΙΚΟΚΛΑΟΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ

Marmor ipſum, ſed luxatis, vitiatiſque vocibus mirifice depravatum, reperitur in edito Cyriaci Libro pag. 7. n. 60. Ceterum ſigla, vel characteribus ΜΣ, qui in Cyriaci quoque exemplo leguntur, indicari Μάρτυρες optime Muratorius obſervavit; cum in proximis etiam marmoribus, in quibus eadem donationis formula reperitur, nitide diſerteque vox Μάρτυρες ſaepius occurrat.

ΜϹΡΑΩΙ. Muratorius pag. 1908. n. 2.

ΜΑΡΚΙΑΝΟϹ Ο ΚΡΗϹΤΟϹ ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗΑΝ ΜϹΡΑϹΙ
ΚΑΤΕΤΕΘΗ ΤΗ ΠΡΟ Θ. ΚΑΛ ΔΕΚΕΝΡΙ

ubi Cl. Vir characteres, vel notas ΑΝ optime reddidit LI; ſed ceteras pone ſequentes, veluti obſcuras atque inexplicabiles, praeteriit. Legendum exiſtimo ΜЄΝΑϹ Ι. *Menſes Decem*. Monogramma, ſeu Chriſti nomen temere alienoque loco inſertum literarum ordinem perturbaſſe videtur; niſi fortaſſe potius ΕΤΗ Λ ΗΜΕΡΑϹ Ι legendum ſit, ut monui in ΚΑ.

* ΜΥΡΙ. Μυῤῥινούσιος *Myrrhinuſius* ex *Myrrhinunte* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 49.

... ΤΑΒΙΟΣ ΕΛΠΙΝΕΙΚΟΥ ΜΥΡΙ

ΜΧ. Μιχαήλ. Gruterus pag. 1048. n. 2.

* Μ. Χ. Μνήμης Χάριν. Muratorius pag. 1127. n. 7.

ΑΓΑΘΩ
ΔΑΙΜΟΝΙ
ΘΕΟΚΛΩ
Μ. ΦΟΥΛΟΥΙΟΣ
ΜΟΛΩΝ. ΚΑΙ
ΦΟΥΛΟΥΙΑ
ΠΥΘΙΑΣ
ΥΙΩ Μ. Χ.

Cl. Editor interpretatur *Agathodaemoni Theoclo ... Filio Menſium* X. At poſtremae ſiglae veteri conſtantique formula Μνήμης Χάριν hic quoque ſignificant. Priores autem voces non *Agathodaemoni* reddendas eſſe putaverim, perinde quaſi *Theocles* ille duobus hiſce nominibus appellaretur; ſed libentius redderem *Bono Genio*; quemadmodum in alio marmore legitur Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Vide in ΔΑΙΜΟΝ. Eadem prorſus ſigla idemque ipſius valor in Grutero pag. 632. n. 7. & 709. n. 3. Ita in Marm. Oxon. n. 39. pag. 102. ubi Prideauxius optime reddit *memoriae gratia*. Explicate legitur apud Lupum pag. 107. & Grut. pag. 596. n. 1. Vide in Ν.

## N

Ν'. Τρία καὶ δέκα. Siglam hanc aliquando *tredecim* exprimere ex Gruteri marmore pag. 968. n. 7. deduci poteſt, quod protuli in ΥΙ. Etenim *Hercules* vixiſſe dicitur ΥΙ Ν'. praeter annos Υ; ideoque character ille hic *quinquaginta* ſignificare vix poterit. Ita propemodum in Reineſii marmore Cl. XIV. n. 30. pag. 730. Aurelius vixiſſe legitur *annos* Η. *menſes* S. *dies* Ν. quod aliter intelligi, vel explicari non poterit, quam ſi character Ν exprimat *tredecim*. Vide in Ι. Κ. Μ.

* Ν. Πεντήκοντα *quinquaginta*. In Oxonienſi Marm. n. 16. pag. 89. character iſte κεραμίδων numerum exprimit, & *quinquaginta* ſignificat. Ita in Grutero pag. 1091. n. 10. legitur: ΕΤΗ. ΝϚ. ΜΝ. Β. In Monumen. Palmyr. n. 5. ΕΤΟΥΣ ΝΥ 450. iterumque n. 11. ΕΤΟΥΣ ΔΝΦ 554. Ita denique Fleetvoodus pag. 242. Vide in Ζ. Vide etiam in ΑΥΡ. & in Ξ.

Ν. Νώνων. In Cathedra S. Hippolyti apud Gruterum pag. 141.

ΠΡΟ Δ. Ν. ΑΠΡ.

ΝΑΘ. Νατιῶνε. Muratorius pag. 798. n. 5.

ΑΥΧΕΝΘΙΩ. ΡΗΙΛΙΩ. ΔΥΑΚΙϹϹΙΜΩ Ε. ΒΕ
ΝΕ ΜΕΡΕΘΙ. ΑϹΘΙΑΝΤϹ. ΝΑΘ. ΒΙΝΔΕΛΙΚΤϹ
ΔΕΚΥΡΙΩ. ϹΚΥΘΑΡΙΟΡΥΜ. Ε. ΕΤΔΩΝΙΑ. ΝΙΚΕ
ΠΑΡΕΝΘΕϹ ΙΝ ΠΑΚΕ. ΥΙΚϹΙΘ. ΑΝΝ. L. Μ. Ι.

Ν. Gruterus pag. 798. n. 3.

Ν. ΚΑΛΛΙϹ
ΤΟϹ ΦΟΙ
ΒΙΩΝΙΤΩ
ΜΝΗΜΗϹ. ΧΑ
ΡΙΝ. ΕΝ ΚΑ
ΤΑΛΙΨΕ. ΕΤΑΙΡΩ
ΚΑΙ. ΕΑΥΤΩ

Cl. Maffeius ibi Νικηφόρος interpretatur, quamvis & *Nero*, & *Nonus*, aut praenomen, ſive no-

nomen aliud intelligi fortaſſe poſſit. At Monfauconius, qui marmor ipſum accuratiſſime expreſſit in Palaeogr. pag. 158. n. 8. legit ΦΟΙΒΙϢΝΙ ΤϢ ΘΡΕΠΤϢ; atque initio characteres alios ante N deeſſe ſubindicat. ut proinde facile ΓΝ. ibi legi, & Γναῖος ſuppleri, poſſit.

* NE. Marmor Oxon. n. 129. pag. 264.
ΠΟ. ΑΙΛΙΟΣ ΜΗΤΡΟΒΙΟΣ ΝΕ.

N̄Ē. Sponius Miſcell. Sect. X. num. 93. Vide in ΑΟ.

N. Cyriacus pag. 13. n. 96.
Μ. ΘΑΛΗΣ Π ΔΑΣΟΥ Μ. ΘΑΛΗΣ. Ν ΔΑΣΟΥ
Vbique Νεώτερος legi, ſupplerique debet, ut in Faſtis Atticis demonſtravi Tomo. II. p. 205.

ΝΕΑΠΟΛ̄. Νεαπολίτης. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in ΑΡΧ.

ΝΕΟΚΟΥ. Νεωκόρυ. Gruterus pag. 1021. n. 9.
ΚΑΙ ΔΙϹ ΝΕΟΚΟΥ. ΤϢΝ. ϹΕΒΑϹΤϢΝ
ubi Scaliger optime Νεωκόρυ interpretatur.

* ΝΕΩ. Νεωκόρος. Sponius Itiner. pag. 118.
Ο ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΝΕΩ.
Eadem quoque Inſcriptio apud Smithum reperitur in Notitia Eccleſ. pag. 24. Maffeius utrobique legendum aſſerit Νεωφύλαξ *Aedituus*. At innumeris exemplis aliis apparet ibi Νεωκόρος legendum eſſe; cum *Neocori* dignitas & Vrbibus, & Populis, & privatis etiam Civibus concederetur; atque in alio Sponii marmore idem ille *T. Antonius Alphenus Arignotus*, cui ſuperius marmor inſcribitur, dicatur
ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΣ
ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ

* ΝΙ. Νικήτας. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 78. pag. 347. Vide in ΕΛΕΥ. & in Σ.

ΝΙΒ. Sponius Itin. pag. 101.
ΕΤΟΥϹ ϚΧΟΒΜΒ
ubi Montfauconius Palaeogr. pag. 147. optime feliciterque reſcribendum eſſe obſervavit ϚΧΟΒΝΙΒ: ut nempe exprimatur annus Mundi 6672. ſive Chr. 1164. & Indictio XII. quae huic anno reſponderat. Itaque character M fortaſſe ex I & N una coaleſcentibus efformatus *Indictionem* ſignificat.

ΝΟΒ. Νοβεμβρίων. Muratorius pag. 1857. n. 2.
ΔΗΜΗΤΡΙΑ
ΠΡ ΙΔ ΚΑ. ΝΟΒ.
Marangonius, qui marmor attulerat in *Appendice* pag. 70. interpretatur *pridie*, vel *ante XIV. Kal. Novem.*

ΝΟΒΕΜΒΡ. Νοβεμβρίων. Muratorius pag. 370. n. 1.
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΠΡΟ ΙΓ ΚΑΛ ΝΟΒΕΜΒΡ.
ΦΑΥΣΤϢ ΚΑΙ ΓΑΛΛϢ ΥΠΑΤΟΙΣ
Eadem nota, idemque valor in Gorii marmore Part. I. n. 20. pag. 219.

ΝΟΕΜΒ. Νοεμβρίας. Fabrettus pag. 591. n. 203. Vide in ΚΥ.

* Ν̄Ρ̄. Νεώτερος. Sponius Pop. Attic. p. 200.
ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΠΡΕ ΘΕΟΔΩΡΟΣ Ν̄Ρ̄.

* Νϣ. Νώνας. In Cathedra S. Hippolyti apud Grut. pag. 140.

* Νϣ. Fabrettus pag. 590. n. 107.
D M
ΠΟΠΟΥΛΗΝΙΑ
ΑΠΕΘΑΝΗΝ. Νϣ
ubi Fabrettus ipſe interpretatur Νοεμβρίῳ quod Νϣ pro ΝΟ ſcriptum exiſtimet. Maffeius, diſſimulato Fabretti loco, ſigla Νϣ interdum *Nonas*, interdum *Novembrem* menſem indicari teſtatur. Mihi vero Νώναις hic potius, quam Νοεμβρίῳ, legendum eſſe videtur; non modo quod characteres Νϣ *Nonis* potius, quam *Novembri*, conveniant; verum etiam quod alibi quoque menſis dies, diſſimulato menſis nomine, occurrat; ut apud Murat. p. 1454. n. 2. iterumque pag. 1531. n. 2. ΑΝΤΙΔΙΟΝ ΤΕΡΤΙΟΝ ΝϢΝΑΙϹ, quod prius quidem *Antidium tertium*; ſed deinde tamen optime, accurateque ille reddidit *ante diem tertium Nonarum*. Quod ſi in duplici hoc charactere duplicem quoque ſiglam admittere, vel ſuſpicari quis velit, facile Νώναις Ὀκτωβρίῳ interpretari ille poterit; ut nimirum menſis nomen, ſimulque menſis dies hic habeatur.

ΝΩΝ. Νώνων. Muratorius pag. 1860. n. 9. Vide in ΑΥΓ. & 1952. n. 4. Vide in ΔΕΚ.

Ξ

Ξ. Ἑξήκοντα *ſexaginta*. In Oxonien. Marm. n. 16. pag. 89. ubi donariorum recenſio reperitur, character iſte κεραμίδων numerum, aliorum inſtar, ſignificat; ideoque non alium facile, quam *ſexageſimum*, numerum exprimit. Ita quoque apud Smithum in Palmyr. Monum. n. 14. legitur ΕΤΟΥΣ ΓΞΦ quod ibi rite feliciterque explicatur *anno* 563. Montfauconius Diar. Italic. c. 28. pag. 429.
Λ ΜΕΜ
ΜΕΜΦΙϹ
ΕΤΩΝ < . Ξ <
ΧΑΙΡΕ
Praeter Ξ, qui *ſexaginta* ſignificat, charact-

ſteres alii temere adiecti interpunctionis, aut ornatus locum obtinent. Vide in ΠΡΟ. & ΔΗΝΑΡ.

ΞΥΣΤΑΡΧ. Ξυστάρχην. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 109. Apud Gruterum pag. 1094. n. 5. explicate legitur Ξυστάρχην.

O

O. Ἑβδομήκοντα. Gudius pag. 369. n. 7.

ЄΤЄΛЄΥΤΗϹЄΝ ЄΤΟΝ Ο

Vide in M. Sed clarius adhuc in Gorii marmore Par. I. pag. 121. n. 2. Vide in M.

O. Ἑβδομηκοστὸς. Reineſius Claſ. XVII. n. 24. pag. 821.

ΑΓΩΝ ΕΤΟΣ Ο.

etenim mox in ipſo marmore latine legitur *annum agens LXX.*

* OI. Οἶα. Sponius Itiner. pag. 49. Vide in ΕΞ OI.

* OIKAT. Οἱ Κατοικοῦντες. Sponius Itiner. p. 154. Vide in KAT.

OKTB. Ὀκτωβρίων. Boldettus pag. 417.

ΒΙΚΤѠΡΙΑ ΖΗϹΗϹ
ЄΝ ΘЄѠ ΚΑΤ ☧ ΙЄ ΚΑΔ
ΟΚΤΒ.

OKTΩBP. Ὀκτωβρίων. Reineſius Claſ. XX. n. 375. pag. 984.

ΠΡΟ Ζ ΚΑΛ ΟΚΤΩΒΡ.

Vide in C.

ΟΝΗΣΙΜ. Ὀνησίμω. Sponius Itin. pag. 46.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΟΝΗΣΙΜ. ΚΗΦ

* ΟΥΑΛ. Ὀυαληρίου. Marmor Oxon. n. 102. pag. 146.

ΟΥΑΛ. ΜΟΙΡΑΓΕΝΟΥΣ ΜΝΗΜΕΙΟΝ

Ita apud Spon. Miſcell. Sect. X. n. 39. ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΟΥΑΛ ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ.

ΟΥΙΓΙΛ. Ὀυιγίλων *Vigilum*. Gudius pag. 189. num. 7.

ΚΟΩΡΣ. Δ. ΟΥΙΓΙΛ. ΡΩΜΗΩΝ

Vide in ΚΟΩΡΣ.

* ΟΥΛ. Οὔλπιος. Muratorius pag. 164. n. 3. Vide in Θ. Atque ita prorſus in alio marmore reſtitui debet, quod exhibetur in ΚΛΑϹ. Quamvis enim ibi legatur ΟΥΔ, atque Bimardus legendum exiſtimaverit ΚΛΑΥΔ, perſpicuus tamen ſenſus poſtulat, ut legatur ΕΤΗ Ι ΟΥΛ ϹЄΡΗΝΟϹ *Annos X. Vlpius Serenus*.

ΟΥΛΠ. Ὀυλπίῳ. Gruterus pag. 60. n. 6.

ΑΠΕΛΕΥ. ΜΑΡ. ΟΥΛΠ. ΤΡΑΙΑΝ. ΣΕΒΟΥΑΣ

ΟΥΡΑΝ. Ὀυρανίῳ. Muratorius pag. 164. n. 3.

ΕΡΩΤΙ ΟΥΡΑΝ

Vide in Θ. Θυγάτηρ.

Π

* Π. Πέντε *quinque*. In Oxonienſi marmoreo Chronico, in Sadvicenſi, aliiſque marmoribus ſemper character iſte *quinque* ſignificat.

Π̄. Ὀγδοήκοντα *octoginta*. Gruterus pag. 581. n. 10.

ЄΖΗ ЄΤΗ Π̄Β.

Muratorius pag. 1952. n. 2.

ΖΗϹΑϹ ΕΤΕ Π

* ΙΔΙ. Πεντήκοντα *quinquaginta*. Saepius in marmoreo Oxonienſi Chronico, marmore Sadvicenſi, aliiſque Monimentis occurrit.

ΓΝ. Apud Heſſelium in Smyrnenſi Marmore n. 11. ſaepius reperitur, ut ϛατήρων numerus exprimatur. Itaque, ſicuti in illo Π *quinque*, & Δ *decem* ſignificat, ita ſiglam ΓΝ *quinquaginta* ſignificare putaverim: perinde quaſi ΙΔΙ ſcriptum foret.

ΓΗ. In eodem ipſo marmore haec nota ſaepius occurrit; atque, ut opinor, *quingenta* ſignificat: perinde ac ſi veteri more ΙΗΙ expreſſum, ſculptumque foret.

Π. Πρὸ. Fabrettus pag. 588.

. . . . . . . . . . . . . . . . .
ΑΝΕΠΑΥΣΑΤΟ ΔΕ ΤΗ Π. Η ΕΙΔΩΝ
ΔΕΚΕΜΒΡΙѠΝ

*obiit autem a. d. VIII. Iduum Decembris*. Explicate apud Montfauconium Diar. Ital. c. 8. pag. 118. ΤΗ ΠΡΟ Δ ΚΑΛ . . . ΤΕΝΒΡΙΩΝ optimeque redditur: *quarto Kal. Septembris*.

Π. Πόδες. Lupus pag. 64. ex Donio p. 362. Claſ. X. n. 38.

IN FR. Π. Ω. IN AGR. Π. Φ

ubi feliciter Lupus explicat: *In Fronte Pedes 24. In Agro Pedes 21*. Muratorius ita exhibet pag. 1009. n. 10. Π̄. ω. Π̄. Φ, atque interpretatur DCCC. & D.

* Π. Πόβλιος. Cyriacus pag. 14. n. 97. Vide in ΠΑΙ.

* ΙΗΙ. Πεντακόσια. In marmoreo Oxonienſi Chronico, Sadvicenſi marmore, aliiſque ſaepius obſervatur.

* ΙΧΙ. Πεντάκις χίλια. In Sadvicenſi marmore.

Π. In Marmore Riccardiano, quod in Faſtis

Atticis exhibui Tomo I. pag. 170. ſub Hippothoontide Tribu recenſetur

. . ΙΟΣ. ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ Π

Itaque Populus aliquis, fortaſſe Πειραιὸς, hic indicatur.

Π́. In eodem Riccardiano Marmore ſub Pandionide Tribu legitur

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ Π́

ubi *Praſia*, *Probalinthus*, utraque *Paeania* intelligi fortaſſe poterit; cum quilibet ex Populis illis ad Pandionidem Tribum ſpectaverit.

ΠΑ. Πύβλιος Αἴλιος. Gruterus pag. 1130. n. 8. & Fleetvoodus pag. 328.

ΛΓΕϹΑΤΟΥΡΝΙΝΟϹ ΕΤ ΑΦΗΛΙΑϹ ΕΤ
ΠΑ ΔΙΟΓΕΝΕϹ ΚΟΜΠΑΡΑΟΤΕΡΟΥΝΤ
ϹΙΒΙ ΕΤ ϹΟΥΙϹ

Gruterus tamen habet

ΑΠΕ. ΣΑΤΟRΝΕΝΟΣ ΕΤ. ΑΦΗΛΙΑΣ. ΕΤ
ΠΑ. ΔΙΟΓΕΝΕΣ ΚΟΜΠΑΡΑΤΗΡΟΥΝΤ
ΣΙΒΙ ΕΤ ΣΟΥΕΙΣ

Vide in ΑΓΕ. & ΑΠΕ.

ΠΑ. Muratorius pag. 2013. n. 11.

ΕΚΤΙϹΤΗ ΤΟΥΤΟ
ΤΟ ΚΑϹΤΡΟΝ Τ
ΠΟ ΚΟΝϹΤΑΝΤΙΝ ΠΑ
ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ

Niſi vocula, ſive ſyllaba ΠΑ quadratarii vitio temere iterata fuerit, fortaſſe Παλαιολόγȣ ſignificare illa poterit.

ΠΑΙ. Πύβλιος Αἴλιος. Sponius Pop. Att. p. 161.

ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ
ΣΩΤΑΣ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ ΣΩΤΟΥ
ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ
ΠΑΙ. ΑΣΙΑΤΙΚΟΣ
ΦΙΛΙΣΤΟΣ ΕΠΑΓΑΘΟΥ &c.

Cl. Maffeius ad ſiglam hanc adnotavit: *παιδοτρίβης inſtitutor puerorum, magiſter paleſtrae. παιδοτριβȣ̃ντος* habetur in ſubſequenti marmore. At hoc ipſum παιδοτριβȣ̃ντος nomen doctiſſimo Viro facile impoſuit, ut illud idem in ſiglis iſtis inquireret, quibus παιδοτρίβης indicari certe non poterat. Etenim in marmoris huius initio poſt Archontis Eponymi, & Coſmetae nomen legitur παιδοτριβȣ̃ντος διὰ βίȣ Ἐπικτήτȣ τȣ̃ Φιλερώτας Σφηττίȣ ἔτος Ι. *Paedotriba perpetuum Epicteto Philerotis Sphettii f. anno* I. ſive X. Ergo *Paedotribae* in ſequentibus marmoris verſibus inveniri certe non poterunt; cum praeſertim Paedotriba unicus Athenis eligeretur, ſigla vero ΠΑΙ ſemel iterumque in marmore reperiatur. Accedit etiam quod in eodem ipſo marmore inter *Sophroniſtas* ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ ΧΟΛΑΡ. recenſetur: neque certe Παιδοτρίβης hic legi, ſupplerique poteſt, ne *Paedotribae* cum *Sophroniſtis* temere confundantur. Denique in marmore Ἐφηβεύσαντες *Ephebi* in ſua quilibet Tribu recenſentur. Itaque ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ, & ΠΑΙ. ΑΣΙΑΤΙΚΟΣ, qui ſub Acamantide memorantur, non *Paedotribae*, ſed aliorum inſtar, *Ephebi* eſſe debent. Ergo non παιδοτρίβης, ſed Πύβλιος Αἴλιος ubique intelligi, ſupplerique debet; ut apud Murator. pag. 566. n. 2. legitur

ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛ. ΖΗΝΩΝ ΒΕΡΕΝΙΚΙΔΗΣ

& Donium pag. 311. n. 192. Τ. ΑΙΛ. & Cyriac. pag. 39. n. 251. ΠΟΠΛΙΟΥ. ΑΙΛΙΟΥ, & pag. 14. n. 97. Π. ΑΙΛ. ΑΛΚΙΔΑΜΟΥ ΧΟΛΕΙΔΟΥ; denique Marm. Oxon. pag. 93. ΠΟ. ΑΙΛΙΟΣ ΜΗΤΡΟΒΙΟΣ ΝΕ.

* ΠΑΙΑ. Παιανιεὺς *Paeanienſis* ex *Paeania* Atticae Populo. Sponius Pop. Atti. pag. 200.

ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ ΘΑΛΑΜΟΥ ΠΑΙΑ.

* ΠΑΙΟ. Παιονίδης *Paeonides* ex *Paeonia* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 49.

. . . . . . ΠΑΙΟ

ΠΑΙΟΝΙ. Παιονίδης. Sponius Pop. Atticae pag. 78.

ΤΙΤΟΣ ΖΟΣΙΜΟΥ ΠΑΙΟΝΙ.

* ΠΑΛ. Παλατίνα *Palatina* Romana Tribu. Gruterus pag. 49. n. 1. nam in eodem ipſo marmore latina verba graecis ſubiiciuntur.

* ΠΑΛ. Παλληνεὺς *Pallenenſis* ex *Pallene* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 54.

ΚΛ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ ΠΑΛ

ΠΑΛΛΗ. Παλληνεύς. Sponius Pop. Atticae pag. 159.

ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΠΡΩΤΟΥ ΠΑΛΛΗ.

Sic iterum pag. 169. & 80.

ΠΑΜΦΙΛ. Πάμφιλος. Gruterus pag. 60. n. 5.

ΤΙ. ΙΟΥΛ. ΠΑΜΦΙΛ . . .
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡ . ΣΕΒ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ΠΑΝΚΡ. Παγκράτιον, ſive Παγκρατιαστής. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

ΠΑΝΤ. Πάντων. Gruterus pag. 26. n. 7. Vide in ΜΗΤ.

ΠΑΠ. Apud Cyriacum pag. 39. n. 251.

Κ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΛΕΩΝ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΙΑ. ΠΑΠ. ΘΥΓΑΤΗΡ
ΙΟΥ. ΦΙΛΗΡΑΤΙΔΑΣ

Facile quidem eſt coniicere hic Παπιρίȣ, ſi-

ve

Digitized by Google

ve Πϐβλίϐ Α'ππίϐ ſupplendum eſſe; nihilque tamen perſpicue, certoque definiri poterit: In Muratorii ſchedis pag. 595. n. 1. prolixior quidem eſt haec Inſcriptio, ſed ſigla tamen eadem, ipſeque reddit *Sacerdotiſſa Pap. filia*.

ΠΑΠΙΡ. *Παπιρίϐ*. Gudius pag. 79. n. 4.

Π. ΠΑΠΙΡΙΟΣ. ΛΟΥΚΙΙ
ΠΑΠΙΡ. ΑΠΕΛΕΥΥΕΡΟΣ
ΕΡΟΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ubi vocem ΕΡΟΣ temere ab exſcriptore iteratam eſſe putaverim.

ΠΑΡΑΚΑΤΙ. *Παρακατατεθεῖται*. Muratorius pag. 393. n. 7. Vide in ΑΡΚΑΔ.

* ΠΑΡΑΜΙΘ. *Παραμιθίαν*. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in ΑΡΧ.

ΠΑΡΑΣΚΕΥ. *Παρασκευῆς*. Muratorius pag. 405. n. 4.

ΟΙΡΗΝΗΣ ΕΤΙΙ
ΤΕCCΕΡΑΚΟΝ
ΤΑ ΚΑΙ ΙΕΡΩC ΤΕ
ΛΕΥΤΑ CΕΤΑ (lege ΜΕΤΑ) ΤΗΝ
ΥΠΑΤΙΑΝ ΤΩΝ
ΔΕΣΠΟΤΩΝ
ΗΜΩΝ ΒΑΛΗΝ
ΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ
ΠΕΜΠΤΟΝ ΚΑΙ ΑΝΑ
ΤΟΛΙΟΥ ΤΟΥ ΛΑΜ
ΠΡΟΤΑΤΟΥ ΕΝΙΟ
ΝΙ ΠΕΡΙΤΙΟΥ ΕΚΤΗ
ΚΑΙ ΤΗ ΕΡΑ ΟΜΗ ΕΤΟ
ΦΗ ΗΜΕΡΑ ΠΑΡΑC
ΚΕΥ ΚΑΙ ΑΝΑCΤΑ *IIIIIIIIII*
ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΧΡΙC
ΤΟΥ ΕΣΚΑΜΕΝΟΥ

Clariſ. Muratorius in undecimo quidem verſu ΕΝ ΜΗΝΙ; in tertio decimo ΤΗ ΩΡΑ ΟΜΗ ΕΤΑΦΗ legendum eſſe arbitratur; ideoque reddit: *& hora ſimili tumulata eſt*. Deinde vero, cum *Paraſceven* illam, & *Reſurrectionem*, quae hic nominatur, ad Paſchalia Feſta ſpectaſſe crederet, facile dirimi, vel explicari non poſſe putavit quî Paſcha tunc in Peritium Macedonum menſem inciderit, qui Ianuario Romano reſpondebat; nodoque huic ſolvendo ſuſpicatur Peritium ipſum aliquando in Romanum Martium incidiſſe. At clariſſimi Viri pace Peritius ipſe a Ianuario, vel Februario menſe dimoveri certe non poterit; nihilque eſſe poteſt cur hic Paraſceve Paſchatis intelligatur. Etenim *Paraſceves* nomine quaelibet *ſexta* feria, ſive *Veneris dies*, in marmoribus etiam aliis indicatur: ut eximio praeſertim marmore oſtendi poteſt, quod exhibeo in ΠΡ. Ibi nimirum Agatha defuncta dicitur *IX. Kal. Septembris Paraſceves* die, proximoque *Sabbato* tumulata: quod ad Paſchalia tempora referri certe non poterit. Video quidem in ſuperiori marmore *ἀνάςασιν*, & *ἡμέραν Χριςϐ* memorari; idque Cl. Muratorio fraudi fuiſſe ſuſpicor: perinde quaſi Chriſti Reſurrectio, Paſchatiſque dies exprimeretur. At voces illae ſacra ſolemnique formula demonſtrant Irenem in extrema iudicii die futuram carnis reſurrectionem ſperare; adeoque in extremo verſu, quem latinus interpres intactum omiſit, reſcribendum arbitror *Ε'υχαμένη*: quemadmodum in tertiodecimo non ΩΡΑ ΟΜΗ, quae nihili vox eſt, atque a perſpicua literarum forma nimium recedit, ſed levi literarum mutatione ΕΒΔΟΜΗ reſcribendum aſſero: quod nimirum Irene *ſexta* Peritii die obierit, ſequentique *ſeptima* tumulata fuerit; quae eo anno in *Paraſcevem*, ſextamque feriam inciderat. Exinde vero, ut id obiter moneam, perſpicue demonſtratur Syro-Macedonum menſes anno Chr. 441. qui Valentiniani, atque Anatolii Conſulatum proxime eſt inſequutus, cum Romanis menſibus accuratiſſime concurriſſe; ut quilibet ipſorum menſis a Romani menſis Kalendis inciperet. Etenim, ſi Peritius ille a 24. Decembris die, ut olim apud Macedonas Europeos, Antiochenſes, Epheſios, Pergamenos, vel a 23. Ianuarii, ut apud Smyrnaeos, ac Syro Macedonas, incepiſſet, *ſeptima* Peritii, hoc eſt 30. Decembris, ſive 29. Ianuarii dies, in Paraſcevem anno 441. quo Irene tumulata fuit, incidiſſe non poterat. Sin vero Peritius ille ab ipſis Februarii Kalendis inceperit, eius *ſeptima* Paraſceve eſſe debuit, cum annus ille, ſive Ianuarius menſis, a *Mercurii* die incaeperit. Itaque Peritius in marmore memoratus ad Syro-Macedonum annum ſpectaſſe debuit, qui non a 24. Septembris Iuliani die, ut olim, ſed a Kalendis Octobris initium duxerit. Monitum poſtremo velim marmor ipſum a Reineſio proferri Claſ. XX. n. 454. pag. 1006. ſed in Reineſii exemplo pro ΟΙΡΗΝΗΣ legitur ΕΙΡΗΝΗC: pro ΙΕΡΩC habetur ΕΝΙΟ: pro ΕΤΟΦΗ legitur CΤΟΦΗ: pro ΤΩΝ ΔΕCΠΟΤΩΝ habetur ΤΟΝ ΔΕCΠΟΤΟΝ, quod a Reineſio refingitur in ΤΟΥ ΔΕCΠΟΤΟΥ. Vltimam quoque vocem Reineſius legit ΕΧΑΜΕΝΟΥ, vertitque in ΔΕΞΟΜΕΝΗC: minus, ut opinor, feliciter; quemadmodum certe fallitur, ubi pro ΗΡΑ ΟΜΗ legendum aſſerit *ἐρασμιωτάτη*, ſcilicet *ἡμέρᾳ Παρασκευῆς*, *nimirum Paſchalis*; Peritiumque menſem hic memoratum Februario, & Martio Romanorum reſpondiſſe voluit. Eadem quoque de Fleetvoodo monuiſſe iuverit, qui pag. 518. n. 1. marmor ipſum, Reineſio duce, ſollicitat: quemadmodum Relandus in Faſtis cum Fleetvoodi exemplar a Gudiano differre conſpexiſſet, incertum reliquit an marmor ipſum ad annum Chr. 440. ſive 441. pertineat. At characteres illi, quos ſuperius expoſui, perſpicue oſtendunt *μετὰ*

*τὴν*

Digitized by Google

τὴν ὑπατείαν legendum, adeoque marmor ad annum 441. referendum eſſe.

✱ ΠΑΡΗΣ. Παῤῥῆσαν. Gruterus pag. 428. n. 11. Vide in ΑΡΧ.

✱ ΠΑΡΘ. Πάρθικον. Sponius Itiner. pag. 116. Vide in ΜΕ.

ΠΑΡΟ. Παροδεῖται. Muratorius pag. 1137. n. 6. in fine truncati marmoris, quod Gruterus etiam ediderat pag. 494. n. 6.

ΕΙΤΕ ΠΑΡΟ

legendum arbitror Ε'ὐψυχΕΙΤΕ ΠΑΡΟδεῖται: ſaepius nimirum in marmoribus haec formula reperitur ΧΑΙΡΕ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ; atque in Murat. pag. 1642. n. 8. legitur ΕΥΨΥχει ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ. Huic ſepulcrali formulae illuſtrandae inſigne marmor aliud ſubiecisſe nunc libet, quod ex Schedis Barberinis a Fabretto profertur pag. 465. n. 100.

D M
EVRESIN ENTHADE
GE CATECHI THA
NATO EO LACHVSA
METEPA TEN EVTE
CHNON EVDEMONES
PARHODITAE

Inſcriptionem hanc ille latine ita reddidit; *Eureſim hic terra continet mortem ſortitam matrem fecundam. Felices Viatores* procedatis; quod nimirum vocem *ſortitam* ad Eureſim ipſam retulerit, adeoque *matris fecundae* titulum ipſi, vel morti conceſſerit. Ego vero graecas voces, quae latinis literis hic expreſſae conſpiciuntur, ita graece reſtituendas eſſe putaverim: Ε'ύρεσιν ἐνθάδε γῆ κατέχει θανάθῳ ἔῳ λαχῦσα μητέρα εὔτεχνον. Ε'υδαίμονες παροδῖται; adeoque potius interpretarer: *Eureſim hic terra continet morte illius adepta*, ſive ſortita *matrem fecundam. Felices* eſtote *Viatores*. Itaque ſenſus erit terram in Eureſis morte matrem rapuiſſe, ſive tegendam obtinuiſſe, quae fecunda fuerat: niſi potius Eureſis non fecunda, ſed induſtria, arteque inſignis, dicatur; cum non ΕΥΤΕCΝΟΝ in marmore, ſed ΕΥΤΕCΗΝΟΝ legatur. In Donii Collectaneis adhuc ineditis eadem Inſcriptio ad 25. ab Vrbe lapidem poſita deſcribitur, ibique non ΕΥΡΕSΙΝ, ſed ΕΥΡΕSΙ reperitur.

ΠΑΡΟΔΟΙΙ. Παροδεῖτα, vel Παροδεῖται. Donius in Collectaneis Inſcriptionum. Vide in ΛΟΔΙΚΕΤΙ.

ΠΓΘΟΝ. Παναγίαν Θεοτόκον. In Appendice Marm. Oxon. n. 23. pag. 306. ubi Prideauxius optime legendum aſſerit Παναγίαν Θεοτόκον *ſanctiſſimam Deiparam*.

ΠΔ. Πόδας. Muratorius pag. 1917. marmor exhibet, in quo recenſentur ii, qui aere conlato pavimentum Eccleſiae Gradenſis marmore ſternendum curarunt. Poſtremo loco latinis Inſcriptionibus haec Graeca ſubiicitur

ΕΥΧΑΡΙCΩΝ
ΤΩ ΘΕΩ ΚΕ ΤΗ Α
ΓΙΑ ΕΥΦΗΜΙΑ
ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΟC
ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ ΜΟΥ
ΕΠΟΝΗCΑ ΠΔ. Ρ
V Β Ρ N
Ο Β

Extremis ſiglis, aut characteribus *Probus*, aut *Probinus* exprimitur, ut Muratorius interpretatur: quod nimirum in ceteris Inſcriptionibus illorum nomina ſemper occurrant, qui certam pavimenti partem ornarunt. Marmor ipſum, & quidem accuratius expreſſum, occurrit apud Bertolum num. 500. pag. 343.

✱ ΠΕ. Muratorius pag. 582. Vide in ΑΙ.

✱ ΠΕΙ. Πειραιεὺς *Piraeenſis* ex *Piraeeo* Atticae Populo. Sponius Pop. Atticae pag. 159.
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΙ.

✱ ΠΕΙΡ. Πειραιεύς. Sponius Itin. pag. 53.
ΕΡΜΕΙΑΣ ΖΩΣΙΜΟΥ ΠΕΙΡ

ΠΕΝΤ. Πένταθλον, ſive Πένταθλος. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

ΠΕΡΓΑΣΗΘ. Περγασῆθεν *Pergaſeus* ex *Pergaſe* Atticae Populo. Marmor Riccardianum in Faſtis Atticis Tomo I. pag. 170.
ΕΥΠΟΡΟΣ ΠΕΡΓΑΣΗΘ

✱ ΠΕΡΙΒΛ. Περιβλήπτυ *ſpectabilis*. Montfauconius Palaeogr. pag. 174. Vide in ΙΝΛ.

ΠΗ... Πήλεξ *Pelex* ex *Pelece* Atticae Populo. Sponius Pop. Attic. pag. 169.
ΣΩΣΙΜΟΣ ΙΣΙΓΕΝΟΣ ΠΗ..

ΠΙΒ. Depravate pro ΗΙΒ. Vide in ΠΡΟΤ.

ΠΙΤΘΕΥ. Πιτθεὺς *Pittheus* ex *Pitho*, ſive *Pittho* Atticae Populo. Marmor Riccard. in Faſtis Atticis Tom. I. pag. 170.
... ΣΥΜΑΧΟΣ ΠΙΘΕΥ

ΠΛΑ. Πλάτος *latitudo*. Donius p. 311. n. 192. Vide in ΠΟΔ.

✱ ΠΛΑΤ. Πλάτος. Muratorius pag. 1010. n. 6.

ΘΕ . ΚΑ
Λ.ΟΝΗΣΑΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡ
ΠΑΣΙΝΕΙΚΟΣ ΑΜΜΙΟΣ Ο ΥΙΟΣ
ΜΗΚΟΣ·ΠΟΔ. ΙΗ·ΠΛΑΤ.ΙΗ

ΠΑΙ-

ΠΛΙΛΙΑ. Ποβλίλια. Sponius Itiner. pag. 106.

. . . . . . . . . . . .

ΠΛΙΛΙΑ ΚΟΡΝΙΛΙΑ ΝΕΙΚΑΡΕΤΗ
*Publilia Cornelia Nicarete*

Explicate legitur apud Gruterum pag. 503. ſed ibi *Poblilium* Romanam Tribum ſignificat.

Π. Πόβλιος. Muratorius pag. 2064. n. 1.

Π ΑΙΛΙΟϹ ΦΙΛΩΠΑΤΡΙ ΔΕΙΦΙΛΩ

* ΠΟ. Πόδες. Gruterus pag. 211. & Gualtherius in Tabulis Siculis pag. 28.

Κ. ΠΟ *viginti pedes*.

In eadem ipſa agrorum diviſione character ΠΑ reperitur: ſed ille dicitur eſſe ſignum arbori inſcriptum; quamvis etiam ibi *Pedum* numerum exprimere fortaſſe ille poſſit.

ΠΟ. Πόλιος. Heſſelius in Appendice Praef. n. 34.

ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥ ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΟΛΙΟΣ

Ita num. 58. occurrit ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ, ubi perſpicue legendum Ἐπίτροπον.

* ΠΟ. Πόβλιον. Muratorius pag. 138. n. 2.

ΠΟ ΑΙΛΙΟΝ

& pag. 1430. n. 2. ΠΟ. ΑΙΛΙΟϹ.

ΠΟ. Πόβλιον. In Spartano marmore adhuc inedito, quod exponetur in Differt. III.

ΠΟ. Marangonius in *Appendice* pag. 75.

ΒΙΝΚΕΝΤΙΩ
ΠΟ.ΚΟΖΟΥΓΙ.CΙ
ΖΟΥΛΙΑΝΗ

Characteribus illis ΠΟ fortaſſe alterum *Vincentii* nomen, vel agnomen indicatur; ut Πυβλίῳ. Fortaſſe quoque ſepulcralis formula, vel affectus appellatio continetur, quae frequentiſſime in monimentis aliis occurrit, *Pio*, *Pientiſſimo*. Certe apud Gorium Par. I. n. 63. p. 100. ſepulcralis inſcriptio ita definit

F R A T R I
P Q

ubi Cl. Editor obſervavit *forte PientiſſimO* legi poſſe: niſi P C legendum ſit. Characteres autem CI, quamvis fortaſse Σύμβιος exponi illi poſſint; veriſimilius eſt tamen exprimere Σοῦ: ut ſenſus nimirum ſit *Iulianam Vincentio pientiſſimo Coniugi ſuo* memoriam ac tumulum dedicaſſe. At fieri fortaſſe etiam poteſt ut ſyllabae ΠΟ. & CI, quamvis temere ſeiunctae, atque hinc inde ad epigraphes latera appictae fuerint, ad unam tamen eandemque vocem ΠΟCΙ, pro ΠΟCΙΤ, ſpectaverint; quemadmodum in marmoribus etiam aliis ſiglae lateribus inſcriptae ad integrum epigraphes ſenſum pertinere conſpiciuntur. Vide in ΑΥΡ. Quod vero ΠΟCΙ pro ΠΟCΙΤ, aut ΠΟCΟΥΙΤ ſcriptum fortaſſe fuerit, mirari non poſſumus; cum apud Gorium Par. I. n. 30. p. 300. ΠΕCΥΤ pro ΠΟCΟΥΙΤ habeatur; atque alia id genus exempla innumera ſubinde occurrant.

* ΠΟΔ. Ποδῶν. Donius pag. 311. num 192. Cl. VII.

ΜΗΚΟϹ. ΠΟΔ. Η̄. ΠΛΑ. Λ̄

Vbi Gorius optime reddidit; *longum pedes* VIII. *latum* XXX. Muratorius pag. 990. n. 4. ſchedas alias, ut videtur, exſcribens habet ΠΛΑ. Η. ideoque reddit: *longitudo pedum VIII. latitudo pedum VIII.* Ceterum, ſi latitudo *Pedum* 30. dicatur, facile longitudo non 8. ſed 100. *pedum* fuerit; ut proinde character Η hic 100. non 8. ſignificet, adeoque *longitudo* ipſa latitudinem excedat. In alio marmore apud Maffeium in *Antiquit. Galliae* pag. 32. *In fronte P.* 325. *in Agro P.* 195. Eadem quoque Nota apud Muratorium occurrit pag. 1010. n. 6. Vide in ΠΛΑΤ.

ΠΟΛΥΜΝΗ. Πολυμνήςυ. Sponius Pop. Attic. pag. 201.

ΑΦΡΟΔΕΠΙΟΣ ΠΟΛΥΜΝΗ

* ΠΟΜ. Sponius Popul. Attic. pag. 201.

ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥΧΩΣ

Vbi facile Πομπεῖος, ſive Πομπώνιος legendum erit. At pag. 18. legitur

ΠΡΟΝΟΙΑ ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥΚΟΥ

ſic apud Cyriacum pag. 38. n. 248.

ΣΕΚ. ΠΟΜ ΣΠΑΤΑΛΟΝ.

ubi Maffeius legendum putat Πομπεῖος.

ΠΟΜΠΕΙ. Πομπεΐῳ. Gruterus pag. 1144. n. 10.

ΓΝ. ΠΟΜΠΕΙ. ΙΣΜΕΝΙ

ΠΟΜΠΟΝ. Πομπόνιον. Montfauconius Palaeograph. pag. 164. num. 14.

Π ΠΟΜΠΟΝ ΣΕΚΟΥΝΔΙΑΝΟΝ

ΠΟΜΠΩ. Πομπώνιον, & Πομπωνίυ. Cyriacus pag. 38. n. 247. & Murat. pag. 559. n. 4.

ΓΑ. ΠΟΜΠΩ. ΑΓΙΝ. ΑΛΚΑΣΤΟΥ

& ibidem num. 248. & Murat. p. 560. n. 2.

ΣΕΚ. ΠΟΜ. ΣΠΑΤΑΛΟΝ ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣ

ubi fortaſſe non Πομπεῖος cum Maffeio, ſed Πομπώνιος exponi debet. In Muratorii Schedis eiuſmodi Notis omnibus lineolae ſuperinductae conſpiciuntur.

* ΠΟΠ. Ποπιλίυ. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 4. pag. 319.

ΤΙΟΣ ΠΟΠ. ΟΥΦΙΚΙΑΝΟΥ

* ΠΟΡΙ. Πόριος *Porius* ex *Poro* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 50.

. . . . ΑΤΤΙΚΟΣ ΠΟΡΙ

* ΠΟΣ. Ποσειδεῶνος Athenienſium menſis. Vide in ΑΠΙ.

ΠΟ-

Digitized by Google

ΠΟΣΤΟΤΜ. Ποσιδεῶνος. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in AMM.

Π.Π. Sponius Popul. Attic. pag. 125. *Eleuſine in Templo Cereris*

. . . . ΑΣΤΟΣ Π·Π, ΤΑΙΣ ΘΕΑΙΣ
. . . . ΗΓΑΓΕΝ

In latinis quidem marmoribus characteres illi P.P. *Pater Patriae*, *Pater Patratus*, vel *Pater Patrum* ſignificant. In Graeco, quod exhibetur in KTP. legitur Πρῶτος Πατρῶν; atque in alio apud Muratorium pag. 631. n. 2. Πατὴρ Πόλεως. Ceterum, ſicui fortaſſe libeat Auguſtum aliquem hic indicari, adeoque σεβΑΣΤΟΣ legat, tunc characteres illi Πατὴρ Πατρίδος ſignificabunt.

* Π Π. Πατρὶ Πατρίδος. Gruterus pag. 68. n. 5. & pag. 255. n. 4. & Fabret. pag. 119. n. 5. & pag. 685. n. 87. Explicate legitur apud Gruterum pag. 1078. n. 2. & ter pag. 1084. n. 6.

* Π ΠΑΤ. Πατέρα Πατρίδος. Donius p. 88. n. 73. Claſ. II.

ΤΠΑΤΟ Δ ΠΠΑΤ

Vide in Γ.

Π. Πρό. Gudius pag. 369. n. 7.

ЄΖΗϹЄΝ ΜЄΤΑ ЄΙΔΙΑϹ
ΓΥΝΑΙΚΟϹ ЄΤΗ ΚЄ
ЄΤЄΛЄΥΤΗϹЄΝ ЄΤΟΝΟ Π ΙΔ ЄΙΔΩΝ
ϹЄΠΤЄΜΒΡΙΩΝ ЄΤΑΦΗ
ЄΙΔΩΝ ϹЄΠΤЄΜΒΡΙΩΝ

In eximio hoc marmore numerales notae ΙΔ facile corrigi, refingique debent; ut nimirum alterutra ex illis, & facilius ſecunda Δ, prorſus expungatur; aut ſublata Ι, character Δ in Α convertatur; adeoque hic etiam, ſicuti in marmoribus aliis, legatur Πρὸ Ι, ſive Πρὸ Α Εἰδῶν *Pridie Idus*. At fieri fortaſſe potuit ut quadratarius ille, qui marmor Romae ſculpſerat, non Graecorum more ΠΡΟ Α, ſive ΠΡΟ Ι, ſed latino potius ritu ΠΡΙΔ pro Πρίδιε hic exarare voluerit; ideoque characteres illi ΙΔ non numerales notae, ut in ceteris monimentis omnibus, haberi debeant; ſed inſolita quadam formula ad vocem Πρίδιε ſpectaverint. Alterutra tamen ex interpretationibus iſtis certiſſime admitti debet; ut ille nimirum, qui *Septembris Idibus* tumulatus fuit, non XIV. aut XI. Idus, quod alioquin numerales notae ΙΔ requirerent, ſed *Pridie Idus* obierit. Siquidem veteri conſtantique Chriſtianorum more factum conſpicimus, ut *depoſitionis* dies *obitus* diem proxime conſequeretur; ut facile ex Graecis, Latiniſque marmoribus oſtendi poſſet, quorum aliqua in Diſſertatione I. opportune proferentur.

ΡΙ. Πρό. Boldettus pag. 398.

ΚΡΗϹΚЄΝΤΟϹ ΡΙΙЄ ΚΑ
ΛΗΝΑΩΝ ΝΟЄ ξ ΙΗΩΝ

ubi ille reddit: *Kalendis Novembris*. At perſpicue certoque reddendum arbitror *XV. Kalendas Novembres*.

Π. Πρεσβύτερος. Muratorius pag. 571. num. I. ex Cyriaci Schedis

Μ. ΘΑΛΗΣ Π ΔΑΣΟΥ. Μ. ΘΑΛΗΣ. Ν. ΔΑΣΟΥ

ubi latinus marmoris interpres minus accurate reddidit: *Marcus Thales* Pronepos *Daſi*, *Marcus Thales* Nepos *Daſi*. In edito quoque Cyriaci Libro pag. 13. n. 96. eadem Inſcriptio reperitur, ſed ita ſiglae exprimuntur ΠΡ. ΝΕ. Vide Faſtos Atticos Tom. II. p. 204.

* ΠΡ. Πρό. Gruterus pag. 314. n. 2.

ΤΗ ΠΡ. Α. ΝΩΝΩΝ. ΜΑΙΩΝ

quod ibi recte redditur *pridie Nonarum*. Ita adud Fabret. pag. 587. ΠΡ ΙΖ ΚΑΛ CE, & ΠΡ. Ι. Κ. CEΠ. ubi Fabrettus immerito, ut Maffeius ipſe iam viderat, *compendium illud loco adverbii πρὸς adhibitum* exiſtimavit. Ita prorſus in S. Hippolyti Cathedra apud Grut. pag. 140. ΠΡ Δ. ΝΩ. & ΠΡ ΙΑΚΑ

ΠΡ. Πρό. Lupus pag. 136.

ЄΤ. Δ. ΠΡ. ΙЄ. ΚΑ ΙΑΝ

Murat. pag. 1865. n. 5. Vide in ΚΙ.

ΠΡ. Πρό. Sponius Miſcell. pag. 354. n. 93.

ΠΡ. Ε. ΚΑΛ ΑΠΡΕΙΛ

Ita in Murat. pag. 1865. n. 5. Vide in ΚΙ. ubi certiſſime, ſicuti in ſuperioribus exemplis, Πρὸ legendum erit: quemadmodum ſane explicate habetur in Grutero p. 315. n. 9. ΠΡΟ. Γ. ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ; & pag. 428. n. 11. ΙΑ. ΠΡΟ ΚΑΛ. ΑΠΡ. Sic pag. 316. n. 1. & 330. n. 5. & apud Arringhium Lib. III. p. 591. ΠΡΟΖΚΑΛΟϹΤ. & ΠΡΟΔΕΙΔ CEΠΤ & apud Smithum Monum Palmyr. pag. 58. ΠΡΟΤΡΙΩΝ ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ, ut in Marm. Oxon. pag. 305. & Spon. in Miſcell. Sect. X. n. 92. reperitur. Ita apud Donium Cl. XX. n. 29. pag 530. ΠΡΟ. ΠΡΩΤΗϹ. ΚΑΛΑΝΔΩΝ. ΜΑΙΩΝ: quod a Gorio feliciter redditur: *Pridie Kal. Maii*. Vide in Κ. & ΚΑΛ, & Φ, & ΤΠ, & C, & ΤΠΟΔ. Eiuſmodi vero conſtans Graecorum ritus in exprimendo, Latinorum more, dierum numero ſuſpicionem mihi iniecerat quod in ſequenti marmore apud Muratorium pag. 1822. n. 7. particula ΠΡΟ loco ipſius ΑΠΟ reſcribi debeat.

ΑΓΑ-

Digitized by Google

☧ ΑΓΑΘΗ
C ΕΤΕΛΕΥΤΗCΕΝ ☧ C
ΕΤΩΝ Ξ ΠΑΡΑ
ΕΚΕΤΗΤΕCΘ ΑΠΟ ΚΑ
ΛΑΝΔΩΝ CΕΠΤΕΜ
ΒΡΙΩΝ ΕΞΕΚΟΜΙCΘΗ
ΔΑΙ CΑΒΒΑΤΟΙC
ΧΑΡΙCΟΥ ΤΩ ΚΥΡΙΩ
ΚΑΙ ΤΩ ΧΡΙCΤΩ

ubi Cl. Editor interpretatur: *Agatha defuncta eſt annorum LX. Ad Chriſtum vocata IX. Kalendas Septembres abiit Sabbato. Gratias age Domino . . . . Chriſto*. Leichius vero pag. 69. quamvis alicubi marmor emendaverit, latineque reddiderit: *Agatha obiit anno ſexageſimo, dieque Veneris VIIII. Kal. Septembres, depoſita autem eſt die Sabbati*; poſtremos tamen verſus intactos reliquit, nihilque in ΑΠΟ mutavit; quae vox, ſi veluti terminus intelligatur, *a quo* novem dies numerentur, non potius *nonam ante Kalendas*, quam *nonam poſt Kalendas* ipſas, ſignificabit. Suſpicor etiam non cum Leichio παρασκευῆτε, ſed potius παρασκευῇ τῆς, ſive τῆς ſive τῇ, ſive denique τῆς pro τῆς legendum eſſe: ut nimirum articulus ille ad παρασκευὴν, ſive ad ἡμέρας Θ referatur. In poſtremo autem verſu ΚΑΙ ΤΩ certiſſime reſtitui debet. Ceterum vox ΠΡΟ, quamvis in Graecis marmoribus varie efformata frequentiſſime occurrat, interdum tamen prorſus omiſſa conſpicitur; ut apud Fabrettum pag. 591. n. 203. ΕΚΑΛΑΝ ΝΟΕΜΒ *V. Kalen. Novemb.* Vide in ΚΤ & ΕΚΟ.

ΠΡ. Προγεγραμμένων fortaſſe. Vide in ΓΑΠΡ.

ΠΡ. Πρίμα. Latina ſcilicet vox graecis characteribus exarata. Marangonius in *Appendice* pag. 69.

☧ PRIMA VIVIS IN GLORIA DEI
ET IN PACE DOMINI NOSTRI ☧ ΠΡ ΠΡ

ubi Cl. Editor exiſtimavit charactere, vel ſigla ΠΡ mulieris tumulatae nomen indicari.

ΠΡ. Πατήρ. Marangonius de *Rebus Ethnicis* pag. 459. marmor exhibet in Coemeterio Callixti poſitum.

ΦΛ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟC . ΦΛ. CΑΒΕΙΝΟC. ΚΑΙ.
ΠΡ ΚΑΙ . ΤΙΤΙΑΝΙ. ΑΔΕΛΦΟΙ.
ΟΥΛΠΙ. ΚΟΝΚΟΡΔΙΑ ΑΥΡ. ΑΓΑΘΙ-ΝΕΡΤΕ
. CΥΜΒ. ΑΒΕ

*Flavius Ptolemaeus, & Vlpia Concordia* coniuges; ſimulque *Flavius Sabinus & Titianus fratres*, ac illorum filii, hic una tumulati, vel una tumulum conſtruxiſſe videntur Poſtremae marmoris voces obſcuriores ſunt, quam ut ex iis commodus ſenſus exſculpi poſſit.

ΠΡΑΙΤΩΡ. Πραιτωρίας. Muratorius pag. 1086. n. 2. Vide in ΥΠΟΛΑΜΑ.

ΠΡΑΙΦΕΚΤ. Πραιφέκτῳ. *Praefecto* latina vox graecis literis exarata. Gruterus pag. 458. n. 1. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

* ΠΡΕ. Πρεσβύτερος. Sponius Pop. Attic. p. 200.
ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΠΡΕ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΝΡ.
*Theodorus ſenior. Theodorus iunior.*
Explicate legitur pag. 158.

* ΠΡΕΣΒ. Πρεσβευτὴν. Montfauconius Palaeogr. pag. 158. n. 3.

Λ ΦΟΥΛΥΙΟΝ ΡΟΥ
ΣΤΙΚΟΝ ΑΙΜΙΛΙΑ
ΝΟΝ ΠΡΕΣΒ. ΣΕΒΑ . . .
ΤΗ ΣΤΡΑ ΥΠΑΤΟΝ

Ita propemodum in Grutero pag. 425. n. 3. & pag. 1078. n. 2. Vide in ΛΑΜΠ. Ceterum in ſuperiori Montfauconii marmore libentius cum Muratorio legerem ΠΡΕΣΒ. ΣΕΒ. ΑΝΤΙΣΤΡΑ. ſicuti in duobus Gruteri marmoribus explicate legitur; cum praeſertim ex vocula ΤΗ commodus ſenſus exſculpi non poſſit. Vide Murator. pag. 555. n. 3.

ΠΡΙΜΙΓ. Πριμιγήνιος. Muratorius pag. 34. n. 4.
Γ. ΙΟΥΛΙΟC. ΠΡΙΜΙΓ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ubi Muratorius interpretatur: *Primigenius*.

ΠΡ. Πρὸ. In Neapolitano Marmore, quod exhibui in *Diſſertationibus Agoniſticis* p. 104.

ΣΕΟΥ. ΗΡΩΙ. ΚΑΙ ΕΡΕΝΝΙΑΝ. ΥΠΑΤ
ΠΡ. Ε. ΕΙΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩ
Τ. ΦΛΑΒΙΟΣ ΖΩΣΙΜΟΣ. ΚΑΙ
ΦΛΑΒΙΑ ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΑ ΓΟΝΕΙΣ
ΧΑΡΙΣΑΜΕΝΟΙ. ΑΥΚΝΙΑΣΜΕΤΑ
ΑΥΚΝΩΝ. ΚΑΙ ΒΩΜΟΥΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡ
ΑΥΘΙΣ ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝ.

ubi tamen, ſublata interpunctione, legendum ΣΕΟΥΗΡΟΙ. ſupplendumque ΕΡΕΝΝΙΑΝΩ. ΥΠΑΤΟΙΣ

ΠΡΟ. Πρὸ. Marangonius de *Rebus Ethnicis* pag. 465.

ΤΙΕΛΑΓΙC
ΠΡΟ ΓΕ ΙΔΑΥΓΟΥCΤ
Σεκουλα κευδωναρο
ΒΙΚΙΤ. ΑΝΝΟ ΙΙΙ

In ſecundo verſu perſpicue, certoque ſuppleri debet Πρὸ Γ. Εἰδῶν Αὐγούστων. *III.* Idus *Auguſti*: In primo vero viri defuncti nomen intelligi exponique debet: ibique legendum eſſe putaverim ΠΕΛΑΓΙΟC, ſive ΠΕΛΑΓΙΕ, ſive ΠΕΛΑΓΙC vitioſe pro ΠΕΛΑΓΙΟC: quemadmodum prorſus in alio marmore apud



Digitized by Google

Marangonium ipſum pag. 463. legitur ΔΗ. μΗΤΡΙC pro ΔΗμΗΤΡΙΟC. Tertii verſus voces Cl. Editor minutiſſimo charactere exaratas eſſe teſtatur: neque facile divinare quis poterit quid iis exprimatur.

* ΠΡΟΓΕΓΡ. Προγεγραμμένυ. In Ticinenſi Marmore apud Maffeium. Vide in ΕΤΕΛ. Explicate reperitur προγεγράμμενος apud Sponium Itiner. pag. 162.

ΠΡΟ.ΓΙ. Gorius Par. III. num. 358. p. 262. Chriſtianum marmor in agro Romano an. 1740. repertum, ac Volaterris in Muſeo Guarnaccio collocatum exhibet

Β.Ι.ΚΕΝ.ΤΙ.ΟΥC
Ε.ΝΙ.ΡΗΝΗ
ΠΡΟ.ΓΙ.

Simile marmor aliud in Callixti Coemeterio poſitum vulgavit Boldettus pag. 477. At in iſto praeter aviculam oleae ramuſculo inſidentem, quae in ſiniſtra marmoris parte conſpicitur, aliqua in vocibus ipſis varietas obſervatur. Ita nimirum Boldetti marmor

ΒΙΧЄΝΤΙ.ΟΥC'
.Є.ΝΙ.ΡΗΝΙ
ΠΡΟ.Α.ΓΙ

Apud Reineſium pag. 935. n. 160. legitur ΡΕΚΕΠΤΟΣ ΕΝΕΡΗΝΗ ΠΡΟΑΓΕΙ.
Denique in alio marmore apud Boldettum ipſum pag. 363. legitur

ΚΑCΙΑ
CΝΙ.ΡΗ ΝΗ
ΠΡΟ.Α.ΤЄΙ

Facile marmorum horum praeſidio Gorii marmor intelligi, ſupplerique poſſe putaverim; ut in illo nimirum, aliorum inſtar, legatur ΠΡΟΑΓΕΙ, latineque reddatur: *in pace procedit*. Quod ſi marmorum iſtorum exempla deeſſent, facile ſuſpicari quis poſſet in Gorii marmore poſtremum fortaſſe verſum excidiſſe, in quo *Kalendarum*, & menſis nomen exprimeretur: perinde quaſi Πρὸ. ΓΙ. Καλανδῶν . . . . *XIII. Kalendas* . . . ſcriptum foret.

ΠΡΟΞΕΝ. Προξένυ. Sponius Itiner. pag. 49.
ΜΟΥΣΩΝΙΟΣ ΠΡΟΞΕΝ ΣΤΕΙ

ΠΡΟΣΑΓΡ. Πρὸς Α'γραν. Sponius Pop. Atticae pag. 79.

ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛ.
ΗΓΕΜΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΠΡΟΣΑ.
ΓΡ.ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ

Characteres iſtos ſibi obſcuros, & incognitos eſſe dixerat Sponius immerito ſuſpicatus fortaſſe ΠΡΟΣΠ. legendum, ideoque Πρόσπαλταν Populum intelligendum eſſe. Clariſſimus vero Maffeius ſiglam hanc tribus rationibus explicare nititur. Etenim pag. 50. ſiglam ΓΡ, perinde quaſi a ceteris ſeiungenda iſta foret, interpretatur Γραμματεύς. Deinde vero p 67. mendoſe ſcriptum eſſe opinatur ΠΡΟΣΑ ideoque reponit ΠΡΟΒΑ. Προβαλίνθιος. *Cum tamen*, inquit, *errores*, *ac literarum tranſpoſitiones aliquas liceat in illius Inſcriptionis exemplo ſuſpicari*, ſubdit legendum eſſe ΚΟΛ ΠΡΟΣ ΑΓΡ. ut nimirum Κολωνὸς Πρὸς Α'γορὰν exprimatur: quod Colonus Α'γοραῖος ab Ι'ππίῳ diſtinctus eſſet. At illa, quae opportunius expoſui in ΚΟΛ, perſpicue ſatis oſtendunt Κολωνὸς ibi legi, adeoque Πρὸς Α'γορὰν intelligi non poſſe. Neque ΠΡΟΒΑ, ut ille coniecerat, intelligi profecto poterit; ne ſcilicet characteres alii ΓΡ temere, ac ſine ſenſu ſuperſint. Itaque perſpicuo planoque ſenſu legendum eſſe putaverim Πρὸς Α'γραν, ſive Προσαγραῖος: ut nempe Atticae Populus hic exprimatur, qui *Agrae* finitimus, adeoque Πρὸς Α'γραν diceretur. Certe Meurſius *Agram*, aut *Agras* in Atticorum Populorum ordine numeravit; at Sponius ex illo expungendam eſſe putavit, quod Agra a nullo Veterum *Populi* nomine decoretur: eademque prorſus ratio me pridem impulerat, ut in contexenda Populorum ſerie in Faſtis Atticis Diſſert. V. *Agram* omitterem: quod illa nimirum a Pauſania, & Heſychio Χωρίον, ab Euſtathio ad Iliad. Β, Χωρὴ dicatur. Quin etiam Stephanus ipſe non alio, quam Χωρίυ, nomine Agram vocavit. At fieri fortaſſe potuit, ut Populus etiam foret; idque perſpicue ab ipſo Stephano expreſſum fuerit. Vbi nimirum Agram, & Agras regionem illam vocavit repente ſubdit: ἔςι ϗ τῆς Α'ττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυςήρια ἐπιτελεῖται. Pinedus Stephani locum mutilum eſſe obſervavit, legendumque voluit πρὸ τῆς Ι'λίσσυ πόλεως. Ego vero potius reſcribendum eſſe putaverim: ἔςι ϗ δῆμος, ſive certe ἔςι ϗ ναὸς τῆς Αττικῆς; ut nimirum exprimatur *Agrae* nomine non modo regionem, ſed Populum etiam, aut Templum appellari: quemadmodum *Eleuſis* nomine & univerſa regio, & peculiaris Atticae etiam Populus appellabatur.

ΠΡΟΤ. Πρώτης. Boldettus pag. 368.

ΤЄΛЄΥΤΑ ЄΤѠΝ ΙΒ ΠΙΒ
ΤΗ ΠΡΟΤ ΝѠΝ. ΑΥΓ

Nullus hic dubito quin pro ΠΙΒ, qui nihili character eſt, reſcribi debeat Η ΙΒ, hoc eſt *dierum XII.* ut Boldettus ipſe iam viderat. Deinde vero, ſi characteres ΠΡΟΤ rite in marmore expreſſi fuerint, ΠΡΩΤΗ cum Boldetto exponi debent, hoc eſt *Pridie*; quemadmodum in alio marmore legitur Πρὸ Πρώτης Καλανδῶν Μαΐων; Vide in ΠΡ. Fortaſſe tamen in marmore ſcriptum fuit ΠΡΟ Γ; ideoque reddendum erit *III. Nonas Aug.* ſicuti

ti alibi legitur ΠΡΟ Γ. ΝѠΝѠΝ ΜΑΙѠΝ.

ΠΡs. Πέτρος. Heſſelius inter Epheſina Marmora n. 17.

ΗΡΗΝΟΠΟΙѠϹ ΠΡs ΚЄ ΠΑΤΗΡ ΤΟΥ ϹΤΕΜΑΤΟϹ ubi certiſſime Πέτρος intelligi debet; cum in alio diſtincto marmore eadem ipſa Inſcriptio ita exprimatur: Εʼιρηνοπόιος Πέτρος, ϗ Πατὴρ τῦ ϛέμματος. Cur autem Petrus iſte Εʼιρηνοποιὸς dicatur alii diligentius inquirant. Mihi certe Εʼιρηνοποιὸς iſte non plurimum illi diſſimilis eſſe videtur, qui in Baſilicis Eclog. XXV. Εʼιρήναρχος in Codice Iuſtin. Lib. X. Titul. 75. *Irenarcha*, clariorique nomine Lib. II. Tit. 30. *Praefectus Pacis* vocatur; ſicuti in Oxon. Marm. 12. pag. 294. ceteros inter Magiſtratus occurrit ἐπὶ τῆς ἐιρήνης Τι. Κλ. Αʼσκληπιάδης:

ΠϹΡΓЄЄ. In eximio Anonymi Libello de *Septem Dormientibus* pag. 48.

ЄΥμΥΡΙ
ΟΝΗϹΙ
μЄ ΟΥ
ΔΙϹ ΑΘΑ
ΝΑΓΟϹ
ΠϹΡΓЄЄ

Quod ibi ita redditur: *Millies bene, Oneſime, nullus immortalis in terra.* Perſpicuus tamen ſenſus, ut opinor, hic poſtulat, ut ſolemnis illa Monimentorum formula ſupponatur, quam ex marmoribus aliis imitari, vel exprimere voluiſſe videtur marmoris, aut epigraphes huius auctor, Εʼυψύχει, Εʼυθύμει, Θάρσει; quae in aliis marmoribus obſervatur. Certe ſi *millies bene* legatur, cetera cohaerere, aptumve ſenſum efficere vix poſſunt. Itaque libentius hic legerem Εʼυψύχει, vel Εʼυθύμει μυρία, vel μυριάκις, Οʼνήσιμε. Fieri fortaſſe etiam poteſt ut μΥΡΙ pro μΟΙΡΗ ſcriptum fuerit; ſicuti apud Fabrettum p. 592. n. 112. legitur ΚΥΜΙΘΙϹΑ pro ΚΟΙΜΗΘΕΙΣΑ; atque in alio marmore, quod profertur in ΑΡΚΑΔ. legitur ΚΥΜΙΘΗ pro ΚΟΙΜΗΘΗ. Ita auſpicato, bonoque fato, ſeu ſorte functus diceretur Oneſimus. Certe in alio quoque marmore apud Gualtherium pag. 14. n. 102. in media quidem anteriorique parte *Theoctiſtes* defunctae nomen conſpicitur; in dextra vero legitur ЄΥΜΟΙΡЄΙ ΘЄΟΚΤΙϹΤΗ, atque in ſiniſtra ſolum ЄΥΜΟΙΡЄΙ; ut eadem proinde formula, ac voce in noſtro quoque marmore ЄΥμΥΡΙ pro ЄΥΜΟΙΡЄΙ ex barbara, depravataque iam diphthongorum pronunciatione ſcriptum videatur. Poſtremas autem literas, quibus aliquod vocis compendium ineſſe conſpicitur, ita reſtitui, legique oportere putaverim ΥΠЄΡ ΓЄϹ *ſuper Terram*: ſicuti in alabaſtride Tabula apud Gorium Part. I. pag. 220. legitur *nemo immortalis, niſi ſolus Deus*. Apud Gruterum tamen pag. 691. n. 6. & 933. n. 11. & 1120. n. 4. ὐδεὶς ἀθάνατος ſolum reperitur; atque in ſequenti marmore idipſum quoque prorſus omittitur. Gorius par. I. pag. 371. n. 123.

. . . ΨΥΧΙΤЄ
ΚΛΟΝΟϹЄΡΗ
ΛЄΛѠΓЄ ЄΤ
ѠΝΔ ΜΗΝѠ
Ν Η ΗΜЄΡѠΝΙΘ
ΡΟΥϹΚΙΝΟϹ ΠΡΟ
ΒΟΚΑΤѠΡ ΚΑΙϹΑ
ΡΟϹ ΠΑΤΗΡ ΚΑΙ ΤΑѠΝ
ΜΗΤΗΡ ΑΙΓΥΠΤΙΟΙϹ ΠΟΙ
ΗϹΑΝ ❦ ΛΟΙΠΟΝ ΜЄΝΟϹ.

Cl. Salvinus hic adnotavit: *In primis lineis deſperata prorſus lectio. Prior vox* . . . ψυχιτε forte ἐυψυχεῖτε, tranquilli eſtote. *In reliquis haec eſt ſententia: Annos IIII. Menſes VIII. dies XVIIII. Fuſcinus Provocator* (προβοκάτωρ forte προκυράτωρ) *Procurator Caeſaris Pater, & Taon* Τάων ſ. Ταώνη. ἀπὸ τῦ Τάω (Pavone) *Pavo Mater Aegyptiis fecerunt*. Si quidpiam hic tamen conieciſſe liceat, dixerim initio non ἐυψυχεῖτε, ſed levi unius literae mutatione ἐυψύχι τέκνον, legendum eſſe; ſicuti in Grutero pag. 1041. n. 1. & 691. n. 6. occurrit Εʼυψύχι τέκνον. ὐδὶς ἀθάναθος. Characteres alii ΟϹЄΡΗΛЄΛѠΓЄ defuncti filii nomen includunt vocandi caſu expreſſum. Cetera accurate immortalis Salvinius; niſi quod *annorum* potius, quam *annos* hic redderem; atque pro ΑΙΓΥΠΓΙΟΙϹ ΠΟΙΗϹΑΝ legerem ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ ЄΠΟΙΗϹΑΝ *Aegyptii* Parentes defuncto filio monimentum *fecerunt*. Extrema verba ΛΟΙΠΟΝ ΜЄΝΟϹ, quae Salvinius omiſit, peculiarem quandam paterni affectus ſignificationem continere videntur: perinde quaſi parentes illi, qui defuncto filio monimentum hoc excitaſſe ſe dixerant, *ceteras* amoris, conceptique doloris ſignificationes *animo* perſolvere, ſive praeſtare teſtentur. Denique, ut id obiter moneam, marmorum horum praeſidio reſtitui debet Inſcriptio apud Boldettum pag. 390. & Murat. pag. 1830. n. 4. in qua legitur.

ΜΗ ΛΥΠΟΥ ΤЄΚΝΟΝ ΟΥ ΛΙϹΑΘ
ΝΑΤϹϹ

Quod a Boldetto redditur: *Ne contriſtere, Fili. Oblivioni non traderis natus*. Etenim perſpicue legendum ΟΥΔΙϹ ΑΘΑΝΑΤΟϹ. *nemo immortalis*: quemadmodum pag. 1426. n. 4. ubi legitur ЄΥΨΥΧЄΙ ΟΥ ΔЄΙϹΑ ΘΑΝΑΤΟϹ redditque: *verita non eſt mors* eripere, diſiectae voces apte componi, atque ut ſuperius explicari debent.

* Π.Τ. Πορίσαντες Τόπον. Reineſius Cl. XI. n. 71. pag. 633.

Θ. Κ·
ΑΝΤΩΝΕΙΑ ΜΟΥCΑ
ΚΑΙ Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC
ΑΛΚΜΑΝ ΦΙΛΟCΟΦ.
CΤΟΙΚΟC ΑΝΕΘ
Π. Τ.
ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ
ΓΟΡΔΙΑΝΩ ΤΕ
ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΑΝΩ
ΚΙΟΥΙΚΑ. ΚΟC.

Marmoris huius teſtimonio velut *irrefragabili* Reineſius anno V. C. 994. Gordianum II. & Pompeianum Civicam Conſules fuiſſe dicit; & *Civicae* nomen Faſtis inſerendum exiſtimat; cumque Gordianus iſte ſenioris ex filia nepos, adeoque Gordianorum *tertius* fuerit, in marmore pro ΤΕ reſcribendum eſſe putavit ΤΡ. τρίτῳ. At in Schedis aliis, quas Gudius pag. 210. n. 7. exſcripſit, marmor ita deſinit

Π. Τ
ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ
ΓΩΡΔΙΑΝΩ. CΕΒ. Β
ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΑΝΩ
ΚΙΟΥΙCΑ. ΚΟC

ut optime proinde Koolius Gudii exemplar Reineſii ſchedis praetulerit; quamvis temere hic *tertium* Gordiani Conſulatum a Reineſio indicatum fuiſſe dixerit. Cl. Maffeius qui ſchedarum varietatem diſſimulavit, ac utrumque tamen exemplar veluti e Ligorio profectum apocryphum exiſtimavit, ΤΕ retineri poſſe putavit, quod Ligorius impoſtor *numerum latine enunciare*, adeoque Τέρτιον *perſcribere in animo habuerit*. Ceterum, ſive Coſs. nomina temere a Ligorio appicta, ſive in ſincero marmore expreſſa fuerint, ſigla Π. Τ. a Reineſio, & Fleetvoodo exponitur Πορίσαντες, ſive Πορίσαν Τόπον: quod Maffeius, diſſimulato utriuſque nomine expreſſit. Id unum addidiſſe nunc iuverit, quod quamvis etiam Reineſii lectio admittatur, facile tamen *ſecundus* Gordiani Conſulatus cum Pompeiani Civicae anno componi poterit, ſi levi unius literae mutatione legatur ΤΒ, hoc eſt Τὸ Β; quemadmodum in Ticinenſi marmore, quod exhibetur in ΔΕΣΠ. exprimendo *quarto* Conſulatui legitur ΤΔ̄. Denique Hadrianus Relandus in Praef. ſubtiliter ingenioſeque conieceratConſulatus numerum omiſſum eſſe, voculamque ΤΕ veluti vinculum adiectam fuiſſe: quemadmodum prorſus Plutarchus *in Catone* dixerat: Ὑπάτυς δὲ Πείσωνά τε, καὶ Καλπύρνιον; atque *in Quaeſt. Rom.* Γαίυ τε Συλπικίυ, καὶ Λικινίυ Στόλωνος ὑπατευόντων.

* Π. Τ. ΑΙΜ. Πυβλίυ Τῖος Α'ιμιλίῳ. Sponius Pop. Attic. pag. 225. & Muratorius p. 137. n. 1. Vide in ΑΙΜ.

## Ρ

Ρ. Ἑκατὸν *centum*. In Oxonienſi marmore n. 16 pag. 80. & n. 80. pag. 131. ſaepius chararacter iſtee cum aliis occurrit, ut κεραμίδων numerus exprimatur; ibique ſemper *centum* ſignificat.

Ρ. Gruterus pag. 667. n. 5.

Ρ. ΑΛΦΗΝΟΣ ΜΑΡΤΙΑΛΙΣ

Cum nullum apud Romanos praenomen a graeca litera Ρ, ſive latina R, inceperit, ſuſpicor ibi characterem illum latini P vices gerere; adeoque Πύϐλιος legendum eſſe. Graevius tamen aſſerit in Lapide ſcriptum eſſe Π.

* ΡΑ. In Marmore Oxonienſi pag. 264.

Μ. ΡΑ. ΡΟΥΦΟΣ

ubi Ράβϐριος, aut aliud gentile Romanorum nomen facile intelligi, ſupplerique poterit.

ΡΙΓ. Bartolus Diſſert. II. pag. 202. marmor exhibet faeminae cuidam ex *Niceratum Vico* poſitum in quo poſtremae voces ita exprimuntur

.... ΘΕΑ ☧ ΝΙΚΕ ....
ΡΙΓ
Δ ☧ Π

Characteres iſti ΡΙΓ numerales notae videntur; quae non faeminae defunctae aetatem (illa nimirum in ipſo marmore expreſſa iam fuerat), ſed Niceratum Aeram ſignificant, in qua annus ille *tertius decimus* ſupra *centeſimum* foret.

ΡΛΗ. Muratorius pag. 1142. n. 1.

Θ Κ
ΒΗΡΥΛΛΟC
ΕΖΗCΕΝ ΕΤΗ
ΡΛΗ
Η ΜΗΤΗΡ
ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ
ΕΠΟΙΗCΕΝ

ubi Cl. Vir interpretatur: *Annos* CXXXVIII. Quis vero credat Beryllum hunc adeo longaevum fuiſſe, ipſique matrem adhuc ſuperſtitem locum, tumulumque conſtruxiſſe? Certe in tertio verſu, aliquid vel excidiſſe, vel temere irrepſiſſe putaverim: ut nempe character Ρ prorſus expungi debeat; vel in exeſis, hiantibuſque literis.... ΡΛΗ...Η verum matris nomen deliteſcat; quod numerali annorum notae, quae prorſus evanuerit, proxime ſubiiceretur.

Ρ. Ν. Ζ. Reineſius Claſ. V. n. 52. pag. 386.

ΕΠΙ ΙΕΡΕΩC ΚΡΕCΦΟΝΙΟΥ ΕΤΟΥC
Ρ. Ν. Ζ.

Cum marmor Meſſene poſitum ſit, Reineſius opti-

optime obſervavit annum 157. in Meſſeniorum Aera indicari.

ΡΝΣΤ, In eximio marmore apud Margarinum num. 55. legimus *Tiberium Claudium Quirina Menecratem* medicae artis ſuae ſpecimen edidiſſe ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΡΝΣΤ. Certe perſpicuus ullus eiuſmodi ſiglarum, ſive numeralium notarum valor exſculpi non poterit. At Gruterus, qui marmor ipſum exhibet pag. 581. n. 9. ita notas illas expreſſit ΡΝϛ; ut proinde Margarinus ſiglae ϛ vim, ut videtur, ignorans, ciuſque loco ſubſtituens ΣΤ, numerum inexplicabilem reddiderit; quemadmodum Boiſſardus ipſe minus accurate expreſſerat Ρ.Ν.C. quamvis character C alioquin *ſex* ſignificet, ut opportune mox demonſtrabitur.

ΡΟΗ. Gruterus pag. 146. n. 3. marmor exhibuit a *Democrate* quodam Amaſeno *Miſidi* uxori poſitum, quod ita deſinit

ΕΤΟΥΣ ΡΟΗ

Fleetvoodus pag. 253. n. 2. marmor ipſum exſcribens ait Miſidem illam 178. annos vixiſſe. At certe ille fallitur. Etenim characteres illi, ſeu numerales notae nihil aliud ſignificant, quam annum 178. in Amaſenorum Aera.

ΡΟΥΦΕΙΝ. Ρ'ϑφείνῳ. Muratorius pag. 393. n. 7. Vide in ΑΡΚΑΔ. & ΡΥΘΗΝ.

ΡΡΙѠΝ. Ο'κτοβρίων, Octobris nimirum, vel alterius ex ultimis anni Romani menſibus. Muratorius pag. 1819. n. 3. Vide in Μ.

ΡΥΘΗΝ. Ρ'ϑφίνῳ. Oliverius inter Marmora Piſaurentia n. 163. pag. 66. marmor illud profert, quod ex Muratorio pag. 393. n. 7. iam protuli in ΑΡΚΑΔ. At in Oliverio ſecundus verſus ita legitur

ΗΤΗ ☧. ΟΣ. ΙΑΡΑΚΑΤΙ. Θ. ΚΑΛ. ΜΑΡ.
ΥΠΠΑΤ. ΤѠ. ΑΡΚΑΔ. Κ. ΚΑΙ. ΡΥΘΗΝ

Cl. Editor interpretatur: *vixit annos LXXVI. Depoſitus IX. Kal. Martii Conſulatu Arcadii Caeſaris, & Rufini*. Quandoquidem tamen perſpicue legendum eſt Υ'πάτοις, ſive Υ'πάτοιν τῷ Α'ρκαδίῳ Καίσαρι, ϗ Ρ'ϑφίνῳ, libentius hic ego redderem *Conſulibus Arcadio, & Rufino*. Ceterum Conſulatus iſte, qui in Faſtis omnibus ad annum Chr. 392. refertur, *ſecundus* Arcadii fuit, qui iam anno 385. *primo* Conſul una cum *Baudone* proceſſerat. Itaque Oliverius hic optime ſuſpicatur quadratarii vitio Κ pro Β irrepſiſſe: quemadmodum in Muratorii exemplo Ϲ pro Κ ſcriptum conſpicitur: ut proinde in ΑΡΚΑΔ. ſiglam illam Ϲ ego Ϲεβαςϑ reddiderim.

✻ ΡѠΜ. Ρ'ωμαῖος. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 128. pag. 374. & Murat. pag. 680. n. 8. & Gud. pag. 116. n. 9.

Μ. ΑΥΡ. ΓΡΗΓΟΡΙΟϹ. ΜΕΛΑϹ. ΙΠΠЄΥϹ. ΡѠΜ.

Ita apud Reineſium Claſ. V. n. 7. p. 357.

Λ. Κ... ΚΙΟΣ ΚΥΡ. ΠΡΟΤΑΗΝΣ
ΙΠΠΕΥΣ. ΡΩΜ.

ubi Reineſius ipſe Καςρίκιος, & Κυρείνᾳ ſupplendum obſervavit.

ΡΩΜΥ. Ρ'ωμαίϑ. Heſſelius inter Epheſina marmora n. 49.

ετι ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ
κΛΑΥΔΙΟΥ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΡΩΜΥ.

## Σ

Σ. Ε'ξ *ſex*. Gruterus pag. 667. n. 9.

ΕΤΩΝ Η. ΜΗΝΩΝ Σ

niſi fortaſſe legendum ſit Ε. Graevius aſſerit in marmore legi Ϲ.

✻ S. Ε'ξ. In Cathedra S. Hyppoliti apud Gruter. pag. 140.

ΙΠ ΙS ΚΑ ΜΑΙ

Vide in Β.Κ.Μ. Ita Murat. pag. 1920. n. 2. Vide in ΘΥΤΡΙ.

Ϲ. Ε'ξ *ſex*. Lupus pag. 68.

ΖΗΣΑΝΤΙ. ΕΤΗ. ΛϹ *annos XXXVI*.

Gudius pag. 318. n. 7.

Ɒ. Μ
ΚΛ. ϹΑΤΥΡΑ
ЄΖΗϹЄΝ. ЄΤΗ
ΜЄ. Μ. Ϲ. ΗΜ. ΙΖ.

Vide ſupra in Σ.

Ϛ. Ε'ξ *ſex*. Vide Scaligerum ad Chron. Euſeb. p. 105. col. 1. Muratorius pag. 1126. n. 7.

ΖΗΣΑΝΤΙ. ΕΤΗ. ΛϚ

✻ Ϲ. Ε'κτϑ. Gruterus pag. 210.

ΤΟΥ. Ϲ. ΚΛΑΡΟΥ. *ſextae ſortis*.

✻ Σ. Διακόσια *ducenta*. In Oxonienſi marmore n. 16. pag. 89. character iſte κεραμίδων numerum exprimit; ideoque, cum ibi ΡΝ legatur, adeoque Ρ *centum* ſignificet, ſigla Σ *ducenta* ſignificabit.

✻ Ϲ. Διακοσιοςῆ *ducenteſima*. Gruterus p. 314. num. 1.

ΟΛΥΜΠΙΑ ΤΑ ΕΝ ΠΕΙϹΗ. ϹΜ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ.

Vide Differt. Agoniſt. pag. 20.

Ϛ. In Sadvicenſi marmore, quod Diſſertatione IV. proferetur, atque illuſtrabitur.

Є. Ϲύμβιος. Reineſius Claſ. XX. num. 375. pag. 984.

KA-

Digitized by Google

ΚΑΤΑΘ.
ΠΡΙΓΚΙΠΙΟΥ ΠΡΟ Ζ. ΚΑΛ. ΟΚΤΩΒΡ.
ΘΕΟΔΩΡΑ C. ΠΡΟ Δ. ΕΔ. CΕΠΤ.

ubi Reineſius ipſe Κατάθεσις, & Cύμβιος interpretatur; quamvis etiam Cύνζυγος legi poſſet, quod in marmoribus aliis occurrit. Vide in Θ. Muratorius hanc ipſam Inſcriptionem, exhibet pag. 1928. n. 5. ibique illa deſinit ΘΕΟΔΩΡΑC ΠΡΟ. ΕΙΔ. CΕΠΤΕ, adeoque ipſe reddit *Theodorae Pridie Idus Septembris*; eamque veram lectionem eſſe oportere iam monui in ΚΑΤΑΘ.

C̄. Πέντε. Marangonius de *Rebus Ethnicis* pag. 462.

ΚΑΡΠΟΦΟΡΩ
ΠΡ C̄Ν ΩΝΩ

quod ille reddidit *Carpophoro ante diem V. Non. Nov.* quod nimirum, opinor, characterem C in Є refringendum eſſe putaverit. Quandoquidem tamen nulla Novembris menſis dies *quinta ante Nonas* appellari potuit, alioquin *quinta ante Nonas* in *Kalendas* ipſas incideret, ita fortaſſe marmoris Nota ſuppleri, legique poterit ut Νώνων dicatur; Carpophorus nempe *V. Nonas*, diſſimulato menſis nomine, obiiſſe exiſtimatur; adeoque ipſius mors in Martium, vel Maium, vel Iulium, vel Octobrem menſem inciderit, in quorum ſingulis *quinta ante Nonas* dies haberi conſueverat. Ita fortaſſe in marmoribus etiam aliis menſis dies, ſuppreſſo menſis nomine, memoratur; ut oſtendi in ΝΩ. Verum, cum in alio marmore, quod exhibetur in ΔΕΚ. nitide diſerteque legatur ΠΡ Ε ΝΩΝ ΔΕΚ. *V. Nonas Decembres*, ſequioribus, barbariſque fere temporibus fortaſſe factum putaverim, ut ipſa quoque Kalendarum dies in eiuſmodi ſupputatione numerari, vel includi conſueverit; adeoque prima Novembris, aut Decembris dies, quae alioquin *Kalendarum* nomine deſignanda fuerat, *quinta ante Nonas* inſueta, barbaraque formula vocaretur.

S. Saepiſſime character iſte, interpunctionis inſtar, in Graecis marmoribus obſervatur. Ita apud Margarinum pag. 62. n. 5.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΑ . . .
ΕΛΘΥCΙΝΟΥ ΖΗ. . .
ΠΡΟS ΙΑ ΚΑΛS ΜΑ . .
ΘΛ. ΜΑΙΩΡΙΑ . . . .

ubi perſpicue legendum Πρὸ ΙΑ Καλανδῶν Μα.. *undecimo Kalendas Maias*, vel *Martias*. Proxime, ut in marmoribus aliis, hic Conſulum nomina ſequebantur; ideoque pro ΘΛ legendum erit ΦΛ. cum anno Chr. 458. *Flavius Aſterius Maiorianus* Conſul proceſſerit. Ita prorſus apud Margarinum ipſum in alio marmore n. 13.

ΘΕΟΔΩΡΑ• ΤΗ . . .
ΛΕΙΜΝΗC ΤΟCΥΜΒΙΩ
. . . ΙΒΙΩCΑΜΕΝΗ

ubi reſtitui debet Θεοδώρᾳ τῇ. . ἀειμνήςῳ συμβίῳ συμβιωσαμένῃ.

C. Cȣ *tui*. Marangonius de *Rebus Ethnicis* pag. 463.

ΔΗμΗΤΡΙc. ЄΤ. ΔΕΟΝΤΙΑ
cΕΙΡΙΚΕ. ΦΕΙΛΙΕ. ΒΕΝΕμΕΡ
ΤΙ. μΝΗCΘΗC. ΙΗ. CΟΥC
ΟΚΥΡΙΟC. ΤΕΚΝΟΝ

Cl. Editor interpretatur: *Demetris, & Leontia Siricae filia benemerenti ſit tui Dominus, o filia*: quod nimirum interiectas literas C. ΙΗ. ut videtur, ille neglexerit, atque poſtremas ſolum CΟΥC interpretatus, *tui* reddiderit. Mihi vero luxatae marmoris voces ita diſtinguendae videntur μΝΗCΘΗ C. ΙΗCΟΥC Ο ΚΥΡΙΟC *recordetur tui Ieſus Dominus, filia*; ideoque praenomen CΟΥ in ſola litera vel ſigla C deliteſcere exiſtimaverim.

Σ. Cyriacus pag. 38. n. 249.

ΠΡΟΣΔΕΞΑΜΕΝΩΝ. ΤΟ. ΑΝΑΛΩΜΑ
ΤΩΝ. ΠΡΟΣΤΑΝΤΩΝ. ΕΝ. ΓΥΜΝΑΣΙΩ. ΦΙΛΩΝ
ΜΕΜΜΙΟΥ. ΕΥΤΙΧΟΙΤΟΥ. ΚΑΙ Σ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ. ΑΤΕΤΩΝΣ
ΤΟΥ. Σ. ΑΒΙΔΙΟΥ. ΣΑΤΤΥΤΟΥ. ΕΥΤΥΧΑ

At in Schedis aliis, ex quibus illam exſcripſit Muratorius pag 548. n. 2. legitur ΚΑΙ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΤΕΤΩΗΣΤΟΥ ΚΑΙ ΑΒΙΔΙΟΥ. niſi tamen ex ſchedis aliis lux aliqua repente nobis affulgeat, divinari vix poterit quid characteribus illis exprimatur.

C. Margarinus pag. 62. n. 9. Vide in Є.

C. Gudius pag. 104. n. 5.

Ο. ΙΕΡΕC. ΤΟΥ. ΑΥΡ. ΜΟΥCΩΝΙΟΥ. ΑCΙΛΟΥ
ΑΡΤΕΜΙΔΟC
C. ΕΦΕCΙΩΝ

Si rite marmor iſtud epreſſum fuerit, de quo plurimum dubito, facile Cωτείρας hic legi, ſupplerique poterit, ut apud Murat. pag. 163. n. 5. legitur Ἀρτεμίδος Σωτείρας.

C. Cεβαςῷ. Muratorius pag. 393. n. 7.
ΥΠΠΑΤ. ΤΩ. ΑΡΚΑΔ. C. ΚΑΙ ΡΟΥΦΕΙΝ
Vide in ΑΡΚΑΔ. In Oliverio tamen accuratius, ut opinor, legitur Κ: ideoque reddendum Καίσαρι. Vide in ΡΥΘΗΝ.

Σ. Σμυρναῖοι, ſive Σμυρναίων. In marmore ex Inſula . . . Smyrnam advecto apud Heſſelium corona frondea conſpicitur, atque intra ipſam legitur

Ο
ΔΗΜΟΣ
Σ

C. Ἐις. Boldettus pag. 417.

MAI-

Digitized by Google

MAIZIA
C. ΘΕΟΝ
ZHC

quod ille interpretatur: *Maezia in Deum vivis*. Ita prorſus in alio marmore pag. 418. legitur MAΞIMA IC ΘΕΟΝ ZHC COTKECE quod ille reddidit: *Maxima in Deum vivis*.

ΣΑΡΑΠΙΔ. Σαραπίδος. Gudius pag. 105. n. 5.

ΘΕΟΙΣ. Κ.
ΙΕΡΟΚΟΜΑC. ΤΟΥ. CΑΡΑΠΙΔ.

ΣΑΤΥΡ. Muratorius pag. 170. n. 1.

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΣΑΤΥΡ
ΑΠΕΛΕΥ. ΣΕΒΑΣΤ

ubi cum Cl. Viro Σάτυρος intelligi, legique poterit, ſicuti in alio marmore apud Muratorium ipſum pag. 146. n. 4. explicate legitur Α. Οʹυαλέριος Σάτυρος.

CΕ. Cεπτεμβρίῳ. Fabrettus pag. 587. Vide in ΚΑΤΘ.

ΣΕΒ. Σεβαστῇ, vel Σεβαστοῖς, *Auguſtalibus Ludis*. Muratorius pag. 2019. n. 1. Vide in ΑΜΜ.

✱ ΣΕΒ. Σεβαστοῖς. Gruterus pag. 112. n. 8.

ΘΕΟΙΣ. ΣΕΒ.

Ita apud Smithum Notit. Eccleſ. pag. 22. & Gudium pag. 210. n. 7. Vide in Π. Τ.

CΕΒΑC. Σεβαστοῦ. Gruterus pag. 87. n. 3.

Λ. ΑΥΡ. CΑΤΥΡΟC
ΑΠΕΛ. CΕΒΑC

ΣΕΒΑΣΤ. Σεβαστοῦ. Muratorius pag. 170. n. 1. Vide in ΣΑΤΥΡ.

ΣΕΒΒ. Σεβαστῶν δυοῖν. Gruterus pag. 595. n. 12.
ΤΟΝ. ΚΡΑΤ. ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ. ΤΩΝ. ΣΕΒΒ.

✱ ΣΕΒΒΒ. Σεβαστῶν τριῶν *trium Auguſtorum*. Gruterus pag. eadem 595. n. 11. Vide in ΚΡΑΤ.

ΣΕΙΜΗΔΕΙΚ. Cyriacus pag. 40. n. 260. Vbi facile Σειμηδείκου ſuppleri poterit. Vide in ΜΕ.

✱ ΣΕΚ. Σεκοῦνδος. Vide in ΠΟΜΠΩ. Maffeius citato Cyriaci loco ſubdit: *ſed legendum* eſt ΣΕΞ. *ſextus*, ſicuti pridem Muratorius ipſe, qui pag. 560. n. 4. marmor attulerat, ΣΕΞ. legendum eſſe coniecit. Ego vero marmor ipſum vix temere ſollicitaverim, cum inter alia Romanorum praenomina etiam *Secundus* a Fabretto recenſeatur.

ΣΕΞΤΙΛ. Σεξτίλια. Muratorius pag. 1177. n. 7.

ΙΟΥΛΙΩ. ΠΡΕΙΜΙΓΕΝΙ
Ω, ΚΑΙ ΙΟΥΛ. ΣΕΟΥΙ Ρ.
ΤΩ ΤΕΚΝΩ. ΠΡΟΚΛ
ΟΣ. ΚΑΙ ΣΕΞΤΙΛ.
ΟΙ ΓΟΝΕΙΣ. ΕΠΟΙ
ΗΣΑΝ.

ubi ille reddidit *Sextia*. Perſpicue tamen in marmore ΣΕΞΤΙΛ. legitur; adeoque ΣΕΞΤΙΛΙΑ ſuppleri, legique debet.

✱ ΣΕΟΥ. Σεούηρον. Sponius Itiner. pag. 118.
ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ

✱ ΣΕΟΥΑΣ. Σεουαστοῦ. Gruterus pag. 60. n. 6. Vide in ΟΥΑΠ. & ΑΠΕΛΕΥ.

ΣΕΟΥΑΣΤ. Σεουαστοῦ. Muratorius pag. 146. n. 4. Vide in Α. Iterum pag. 1009. n. 10.

ΣΕΟΥΙ. Σευήρῳ. Muratorius pag. 1177. n. 7. Vide in ΣΕΞΤΙΛ. Quamvis enim litera Ρ a ceteris ſeiuncta ſit, facile tamen ad ipſas referri, integrumque *Severi* nomen componere poterit.

✱ ΣΕΠ. Σεπτεμβρίου. Fabrettus pag. 587. Vide in Κ. & ΙΑΥΤ.

✱ CΕΠΤ. Cεπτεμβρίας. Reineſius Claſ. XX. n. 375. pag. 984. Vide in C.

ΣΕΠΤΙΜ. Σεπτίμιον. In Marmore Oxonienſi n. 143. pag. 277. Vide in ΑΕΡΕΝΝ.

ΣΕΡΑ. Gruterus pag. 1090. n. 9.

Γ. ΡΟΥΒΡΙΟΝ. ΒΙΑΝΟΡΑ. ΣΕΡΑ. ΑΛΕΙΠΤΗΝ

ubi facile Σεραπιδῖνος, vel Σεραπιῶνα ſuppleri, legique poterit.

ΣΗΛ. Σηλήνῃ. Gudius pag. 56. n. 2.

ΘΕΑ. ΣΗΛΟΙΤΟΣΚΥΡΑ
ΚΑΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΩ. ΟΙ
ΤΟΣΚΥΡΩ. ΜΙΘΡΑ
Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ. ΠΛΟΚΑ
ΜΟΣ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ
ΑΝΕΘ

Heſſelius in Notis optime ſupplendum eſſe coniecit Σελήνῃ Οἰτοσύρᾳ, & Αʹπολλῶνι Οἰτοσύρῳ: quod nimirum Apollo Scythice Οἰτόσυρος diceretur. At certe quidem id nitide diſerteque teſtatur Herodotus Lib. IV. c. 59. ex quo fortaſſe Heſychius acceperat: quorum utrumque Giraldus in Syntagm. VII. p. 241. laudavit. Idem vero nomen Lunae quoque tributum fuiſſe ex hoc uno marmore nunc erudimur, quod ceteris proinde Lunae nominibus adiungi debet.

CΙ. Coῦ *ſui*. Marangonius in *Appendice* p. 75. Vide in ΠΟ.

ΣΚΙΑΝ-

ΣΚΙΑΝΘΙ. Gorius Par. I. n. 1. pag. 3. eximium titulum exhibet in Muſeo Mediceo poſitum, atque Arae ſimpulo, patera, aliiſque inſignibus exornatae inſcriptum

ΔΙΟΝΥΣΟΥ
• ΣΚΙΑΝΘΙ
ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ
ΜΑΡΚΟΣ ΠΙΝΑΡΙΟΣ
ΠΡΟΚΛΟΣ ΚΑΙ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ

Reineſius, qui omnium primus inſigne hoc marmor ediderat Claſſe I. n. 113. pag. 151, legit ΣΚΙΑΝΟΙ, atque legendum eſſe opinatur ΔΙΟΝΥΣΙΟΙ ΣΚΙΑΔΙΟΙ ἀπὸ Σκιάδος. Etenim, inquit ille, Σκιὰς Heſychio teſte eſt τὸ θολῶδες σκιάδιον, ἐν ᾧ Διόνυσος κάθηται. Comes Franciſcus Montani marmor ipſum in Epherid. Literat. Italiae Tom. XXXII. pag. 86. protulit, ac illuſtravit; cumque poſt ΣΚΙΑΝΘΙ punctum appoſitum eſſe intelligeret, ibi vocem mutilam, adeoque ſupplendam eſſe putavit. Itaque ΣΚΙΑΝΘιου, vel ΣΚΙΑΝΘΙεως, vel ΣΚΙΑΝΘΙδου legendum exiſtimat: idque nominis vel ab Arcadiae Vrbe, quae ex Stephano Σκιὰς, vel ex Magnetum Inſula, quae ex Strabone Σκιαθὸς dicebatur, oriri poſſe arbitratur, cuius gentile Σκιάθιος vel Σκιάνθιος eſſe debuerit. Doctiſſimus, atque immortalis Salvinius eiuſmodi voce peculiare quoddam Dionyſi cognomen exprimi exiſtimavit; & locum, unde nomen profluxerit, Σκίανθος eſſe putavit; cum ex Σκιὰς nonniſi Σκιάδιος, aut Σκιαςὴς oriri potuerit. Itaque in marmore ΣΚΙΑΝΘΙνῷ, aut ΣΚΙΑΝΘΙμῷ, aut ΣΚΙΑΝΘΙῳ ſupplendum eſſe coniecit.

CKN. Gruterus pag. 1105. n. 3. Vide KCN.

* ΣΜΥΡ. Σμυρναίων. Muratorius pag. 164. n. 3. Vide in Θ.

* ΣΟΥΝ. Συνιεὺς Sunieus ex Sunio Atticae Populo. Sponius Itin pag. 54.
ΓΟΡΓΙΑΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΣΟΥΝ.

ΣΠΑΘΑΙΩ. Σπαθαρίῳ. Sponius Miſcell. Sect. X. & Fleetvoodus pag. 482. n. 6. Vide in ΒΑΣΙΛΙ.

* ΣΠΕΙΡ. Σπεῖρας. Gruterus pag. 458. n. 1. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

* Σρῖ. Σωτῆρι. Sponius Itiner. pag. 103.
Τῷ Σρῖ Θεῷ.

Σ.Σ. Reineſius Claſ. II. n. 59. pag. 283.
ΠΡΟΑΣΤΕΙΑ.ΛΙΜΗΝΤΕ.ΠΡΟΣ.ΠΟ
ΛΙΤΗΙΟΝ.ΚΑΙ ΝΑΥΤΙΛΟΙΟΝ.ΕΠΙ
ΤΗΔΕΙΟΤΗΝ.ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ.CΤΑΒΙΟΙ
Σ.Σ. ΔΙΦΙΛΟC ΚΑΙ ΤΟΙ ΒΡΑΔΥΣ. ΑΡΧΙ
ΤΕΚΤΩΝ.ΠΡΟC.ΠΡΟCΤΑΓΜΑ.ΟΜΩΝ
ΤΑΧΥC.ΕΡΓΑ.ΟΛΥΜΠΙΑΔΕ.Α.

Quae Reineſius ita latine reddidit: *Suburbia, portumque ad Civium, & nautarum commoditatem Senatores Stabienſes conſtrui curarunt. Diphilus, quamvis tardus Architectus, ad iuſſum tamen celer quinquennio abſolvit.* Itaque ſiglam A *una* interpretatur; quemadmodum ſingularias Σ.Σ. reformandas exiſtimat in Σ.C. ut Σενάτυς Conσύλτῳ Graecis, Latiniſque literis una permixtis exprimatur; ita denique notam ΕΡΓΑ ſupplendam aſſerit, ut legatur Ἔργασε *faciebat*. At Cl. Maffeius *de Siglis* pag. 110. characteres illos ΣΣ.ΣC, veluti *inſuetas verborum obtruncationes, ac ſingularias nihil dicentes inter ſuppoſitionis argumenta, interque titulos cur reiici Inſcriptiones debeant, numerare aliquando perget*. Iure ne, an iniuria de ſuperiori marmore id ille coniecerit (neque enim marmora mox proferenda, in quibus eaedem, obſcurioreſque ſiglae reperiuntur, in dubium trahi poſſe putaverim) alii viderint; cum mihi ſiglas quidem omnes ex marmoribus recenſere mens fuerit, non vero de marmorum ipſorum ſinceritate iudicium ferre. Quod ſi characteribus marmori noſtro inſcriptis commodus ſenſus, & valor, aliquis affingi debeat, non Σενάτυς Conσύλτῳ cum Reineſio, ſed facili perſpicuoque ſenſu potius exponerem Συγκλήτυ Συγχωρήσει *Senatus Permiſſu*; niſi fortaſſe cui libeat Συνεπικύροντος, aut huiuſmodi vocem aliam hic ſuſpicari.

* SS. Saepius in S. Hippolyti Cathedra apud Gruterum pag 140. character iſte reperitur, ibique *biſſextilem* annum ſignificat; ſicuti in ipſo Laterculi Paſchalis titulo legitur ΑΙ ΔΕ ΠΑΡΑΚΕΝΤΗCΕΙC ΔΗΛΟΥCΙ ΤΗΝ ΔΙC ΠΡΟ ΕΞ: *adpunctiones vero oſtendunt biſſextum.*

ΣΣ. Cyriacus pag. 25. n. 174. hanc Inſcriptionem exhibet Tragurii poſitam

T. RVBRIVS . T. L. PHILOMVS
IIIIII . VIR . TESTAMENTO . FIERI
IVSSIT . SIBI . ET . BAVREAE
ΣΣ. L. RVFAE . ET . T . RVBRIO . T . F.
ALBAE

Quid in latina epigraphe graeci characteres illi ſignificant? Num iterato Sigmate innuitur, ſepulchrum illud *biſomum*, duorum nempe corporum capax fuiſſe, quod *biſomi* voce in pluribus monimentis aliis exprimitur apud Reineſium pag. 976. n. 344. & pag. 982. n. 369. Ita Lupus pag. 103. ac Bonarotus ad Vitra pag. 17. ſigla Γ tumulo inſcripta cadaverum conditorum numerum exprimi exiſtimant; niſi fortaſſe tumulorum ordinem, numerumque ſignificet. Quid vero ſi character ille ad nominum latus appictum ſignificare dicatur cognatos illos, quibus monimentum a *T. Rubrio* paratur, *viventes*, *ſanos*, at-

Digitized by Google

atque *incolumes* eſſe, ipſiſque ſanitas ſolemni quadam formula portendatur? Certe in marmore apud Gruterum pag. 1149. n. 12. & Fabrettum pag. 53. in dextro latinae Inſcriptionis latere reperitur Υ. quod fortaſſe ex Reineſii conjectura graeco Θ opponitur, atque Υ'γιέα *ſanum*, *vivum* ſignificat. Vide Nicolaum *de Siglis* pag. 189.

ΣΣ, & ΣΣΣ. Apud Heſſelium in eximio Smyrnenſi Marmore n. 11. in quo donaria recenſentur, ter occurrit ſigla ΣΣ, ſemel ΣΣΣ repente poſt vocem ςατῆρας; quemadmodum eidem voci characteres, ſive numericae notae Δ. Π. ΔΔΔ. ΔΠ veteri Graecorum more expreſſae frequenter ſubiiciuntur. Itaque dubitari non poteſt quin character Σ numerum quendam, aliorum inſtar, ſignificet; at divinari, vel definiri certe vix poterit cur ibi character ille iteretur.

* Σ. Στεφανωθεὶς *coronatus*. Apud Sponium in
Τ Miſcell. Sect. X. n. 78. pag. 347. marmor *Mileti* poſitum exhibetur.

| | | |
|---|---|---|
| ΜΟΥΡΜΙΛΛΟΝΕΣ<br>ΓΑΙΟΣ<br>. . Α . Σ Α<br>Τ | ΜΟΥΡΜΙΛΛΩΝ<br>ΚΕΡΑΜΥΛΛΟΣ<br>ΕΛΕΥΝΙ Ε Σ Σ<br>Τ | ΘΡΑΙΞ<br>ΣΚΕΥΑΣ<br>ΕΥΚΑΡΠΟΣ<br>ΑΜΙΑ . ΝΙ . Α Σ Α<br>Τ |
| ΜΟΥΤΑΤΣ<br>ΕΛΕΥ ΕΣΣΒ<br>ΝΙ . Ι Σ Ι ΔΑΡΙΟΣ<br>Τ | ΜΟΥΡΜΙΛΛΩΝ<br>ΠΕΠΛΘΣ ΕΛΕΥ<br>ΝΙ ΙΓ Σ ΙΒ<br>Τ | ΘΡΑΙΞ<br>ΔΡΑΚΟΝ ΣΑΜΙΑ<br>ΝΙ . Β . Σ Β<br>Τ |

Vbique characteres illi ſignificant ςεφανωθεὶς *coronatus*, quemadmodum characteres alii ΝΙ ſignificant νικήσας, *victoriam adeptus*. Etenim in gladiatoriis teſſeris iſtis, & *victoriarum*, & *coronarum* numerus exprimebatur, ut erudite obſervavit Maffeius.

* ΣΤ. Cyriacus pag. 11. n. 86. atque ex illo Muratorius pag. 234. n. 3.

. ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ. ΣΤ. ΚΟΔΡΑΤΟΥ

Maffeius hic *Statius*, aut gentilitium aliud intelligi poſſe obſervavit. In alio tamen marmore Magneſiae reperto apud Heſſelium n. 23. legitur ΣΤΑΤΡΩ ΚΟΔΡΑΤΩ ΑΝΘΥΠΑΤΩ. ſed apud Reineſ. Cl. I. n. 290. pag. 243. СΤΑΤΙΟϹ ΚΟΔΡΑΤΟϹ.

* СΤΑ. Sponius Popul. Atti. pag. 200.

СΤΑ · ΦΙΛΩΝ

& Oxon. Marm. n. 16. pag. 83.

ΣΤΑΤ. Στάτιος. Muratorius pag. 1257. n. 7. & Gudius pag. 245. n. 9.

ΦΛΑ ΣΤΑΤΙΩ
ΣΤΡΙΑΝΩ
ΠΑΤΡΙ
ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩ
ΣΤΑΤ ΣΤΑΤΙΑΝΟΣ

ubi Muratorius optime Φλαυίῳ, & Στατίῳ ſupplendum eſſe iam viderat.

ΣΤΕΛΛ. Στελλατίνᾳ Romanā Tribu. Muratorius pag. 27. n. 6.

Τ. ΑΝΤΙΣΤΙΟΣ
Τ. Ο. ΥΙΟΣ ΣΤΕΛ.
ΣΕΟΥΗΡΙΑΝΟΣ

ubi Muratorius optime reddidit *Stellatina*.

* ΣΤΕΦ. Στέφανοι *Coronae*. Chiſhullus Parte II. inedita ex Maffeio.

СΤЄΦΑΝ. Στέφανος. Gualtherius p. 10. n. 62.

СΤЄΦΑΝ
ЄΖΗСЄ Є
ΤЄ ΑΗ ΚΑ
ΗΜЄΡЄС Γ

quod ille reddidit: *Stephan. vixit an. XIIX. dies III.* Fortaſſe tamen in marmore non Δ, ſed Λ, reſcribi debet; adeoque latine reddi annos XXXVIII.

СΤΗ. Є'τη. Marangonius de *Rebus Ethnicis* p. 456.

ΤѠ ΚΥΡΙѠ ΑΔΕΛΦѠ ΦΙΛΟ
ΝΕΙΚѠ ΑΔΕΛΦΗ ΕΠΟΙΗΕΛΑξΙ
ѠΠΝΤΙΚΑΙΖ ΗϲΑΝΤΚ ΑΛϲΥΙΜΕ
ΤΕ ΜΟΥ
СΤΗ. R

Cl. Editor interpretatur: *Domino fratri Philonico ſoror fecit ſorte qui fuit, & vixit indiſſolubiliter mecum annos XXX.* Ego vero vitiatas, luxataſque marmoris voces ita refingendas eſſe putaverim ΕΠΟΙΗϹΑ ΑξΙѠ ΠΝΤΙ ΚΑΙ ΖΗϹΑΝΤΙ ΚΑΛѠϹ ΜΕΤ ΕΜΟΥ ЄΤΗ . . *ſoror feci, qui dignus fuit, & vixit decore mecum annos* . . . Vox, & formula Α"ξιος frequenter in ſepulcralibus monimentis occurrit. Ita apud Gruterum pag. 1270. n. 8. ΜΗΤΡΙ ΑΞΙΑ. Vide in Α. Ι. longeque clarius apud Muratorium pag. 1844. n. 4. & Gruter. pag. 666. n. 9. ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ ΑΞΙΑ ΟΥΣΗ, *quae digna fuit*. Alterius etiam formulae ζήσας καλῶς exempla apud Marangonium ipſum occurrunt. Sic pag. 78. καλῶς κ) σωφρόνως ἔτη τριάκοντα, vixit *bene, ac modeſte annos triginta*; & pag. 72. ἔτη βιώσας με καλῶς πράξας *annos agens XLV. bene faciens*, & apud Donium Cl. XIV. num. 2. pag. 422. Ζήσαντι καλῶς ἔτη ΚΔ. Grut. pag. 684. n. 3. ζήσαντι καλῶς, & apud Gorium Par. III. pag. 141. n. 158. ζησαίσασι καλῶς. Vide Murat. pag. 1885. n. 4. Denique, quod ad numeralem notam attinet, vel characterem R, ego certe non video qui *tricenarii* numeri valor affingi illi poſſit. Itaque, niſi plurimum fallor, character ille ex duobus aliis, hoc eſt ex Ι, & ζ temere compactus fuit; quorum ille *decem*, hic *ſeptem*



Digitized by Google

ſignificat; adeoque *ſeptemdecim* reddendum eſſe putaverim.

* ΣΤΡΑ. Στράτηγον. Montfauconius Palaeogr. pag. 158. n. 3. Vide in ΠΡΕΣΒ.

* ΣΤΡΑΤ. Στρατονίκης. Maffeius ex inedita Parte II. Chishulli.

ΣΤΡΑΗΟΝ. Στράτηγον. Muratorius p. 332. n. 1.

ΣΤΡΑΤΗΟΝ ΟΥΡΒΑΝΟΝ

Quod ibi feliciter redditur *Praetorem Vrbanum*. Ex Montfauconio Palaeographia p. 158. num. 1.

ΣΥ. Vide in ΔΝ.

ΣΥΜΒΟΥΛΑΙΟΓ$^{A}_{P}$. Marmor Oxon. n. 141. p. 276. ubi Prideauxius interpretatur Συμβουλαιογραφεύς. At Reineſius, qui marmor ipſum edidit Claſ. XX. n. 325. p. 972. habet ΣΥΜΒΟΛΑΙΟΓΡάφος, optimeque reddit *Scriba Contractuum*.

ΣΥΡ. Σύρος. Muratorius pag. 52. n. 3.

ΘΕΑΝ. ΜΑΓΑΡΣΙΔΑ
ΤΙ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΣΥΡ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ubi Muratorius explicat: *Syrus*.

ΣΩ. Cyriacus pag. 7. n. 60.

ΕΠ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΙ. ΣΩ. ΛΥΚΙΔΟΣ.

Suſpicor legendum eſſe Σῶμα. Etenim praeceſſerat ἀπεδόντο τῷ Διονύσῳ ἐπ' ἐλευθερίᾳ σῶμα ἀνδρεῖον.

## T

T. TΡίων. Boldettus pag. 400.

ΤΓ ΤΝΩΝΩΝ ΙΟΥΝΙΩΝ
ΕΠΙΤΥΝΧΑΝΟΝ ΙC ΕΙ ΡΗΝΗΝ

Character ille T, ſi rite in marmore expreſſus ſit, τρίων, vel τεσσάρων, aut certe τρίτης vel τετάρτης ſignificat; ſin vero potius in Γ refingi ille debeat, τρίων, vel τρίτης exponendus erit, ut optime Boldettus ipſe fortaſſe coniecerat ubi reddidit *tertio Nonas*. At ubi proximam vocem aliam ΕΠΙΤΥΝΧΑΝΟΝ piiſſimus Editor interpretatur *aſſecutus ſum*, profecto ille fallitur; cum *Epitynchanon* proprium viri nomen haberi debeat. Quid vero quod eiuſmodi nomen doctiſſimo quoque, atque immortali Montfauconio pridem impoſuit? Ille nimirum epigraphen hanc ΩΣ ΕΠΙΤΥΓΧΑΝΟΝΤΟΣ Athletae cuiuſdam ſtatuae ſubiectam ita in *Diario Italico* c. 5. interpretatur: *utpote qui victoriam retulerit*. At ibi certe, niſi mea me fallit opinio, *Epitynchanon* Athletae pater fuit. Quis enim exiſtimet in Anaglypho, ſive victoriae monimento, victoriam quidem ipſam inſueta hac formula memorari; victoris vero nomen, quod ſemper exprimi conſueverat, hic reticeri? Itaque vox ΩΣ extrema nominis ſyllaba cenſeri debet, cum victor Ἥρως, vel Φιλέρως, vel ſimili quopiam nomine vocaretur. *Epitynchanon* autem victoris patrem hic exprimit; quemadmodum in marmoribus etiam aliis vox illa, veluti proprium viri nomen, occurrit. Ita apud Sponium Pop. Attic. p. 216. Ἐπιτυγχάνων Πυλλάδυ memoratur. In Append. Oxonienſ. Marm. n. 24. pag. 300. legitur Χαριτίνη Ἑρμίππυ τῶ Ἐπιτυγχάνοντος. Itaque dubitari non poterit quin in Montfauconii, & Boldetti marmore Epitynchanon intelligi, reddique debeat.

T. Τριακόσια. Heſſelius n. 23.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΙΣΚΟΝ ΧΤ
*in Caeſaris Fiſcum* inferet *Denarios trecentos*.

T. Τάλαντον. In Sadvicenſi Marmore character iſte, eiuſque valor ſaepius occurrit.

* T. Τίτου. Cyriacus pag. 9. n. 67.

T̄. Τίτον. Muratorius pag. 561. n. 2.

T̄ ΣΤΑΤΙΛΙΟΝ ΛΑΜΠΡΙΟΥ ΥΙΟΝ

T. Gruterus pag. 410. n. 3.

ΠΟΛΕΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ. Τ. ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ

At in alio marmore apud Gruterum ipſum pag. 415. n. 1. legitur

ΠΟΛΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ. ΚΑΙ
Κ—. Π. ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ. ΠΑΡΑ
ΑΠΑΝΤΩΝ. ΕΘΝΩΝ.

Suſpicor in primo marmore facile ſuppleri, legique poſſe Τόν.

* T. Τῆς. Τῶν. Smithus Monum. Palmyr. n. 23.

Τ ΣΥΝΒΙΟΥ ΚΑΙ Τ ΤΕΚΝΩΝ

Vide Gruter. pag. 86. n. 8. ubi eadem Inſcriptio reperitur.

T. Τῇ. Muratorius pag. 1819. n. 6. Vide in ΤΡΙ.

T. Τό. In Ticinenſi Marmore. Vide in ΔΕΣΠ.

ΤΑΙΕΡ. Muratorius pag. 242. n. 1.

ΦΙΛΙΣΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ ΤΑΙΕΡ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Cl. Bimardus Τῦ Μάρκυ Ἀπελεύθερος legendum eſſe arbitratur. Ego vero perſpicue, certoque legendum eſſe putaverim ΙΑΤΕΡ *medicus*; quemadmodum ſaepius vox illa inter Auguſtae Domus Officia in graecis, latiniſque marmoribus obſervatur. Ita quoque in hoc ipſo marmore ubi reperitur ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ. ΚΑΙ ΥΙΩΝ, atque Bimardus interpretatur *Impera-*



Digitized by Google

*peratorum*, *& Filiorum*, reſcribi velim ΚΑΙΣΑΡΩΝ. Etenim marmor illud *Marco Aurelio Antonino*, & *Lucio Aurelio Vero* dicatum eſſe conſpicitur.

ΤΑΡΓΗΛ. Ταργηλιῶνος Athenienſium menſis. Gudius pag. 26. n. 4.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΑΝΕΘ
L. ΔΑΡΜΙΝΙΟΣ
ΟΠΤΑΤΟΣ
ΔΑΡΜΙΝΙΑ. ΟΠΤΑΤΑ
ΡΕΣΤΙΤΟΥΤΑ
ΚΑΛ
ΤΑΡΓΗΛ

Ergone *Kalendae Graecae*, quae in proverbium abierant, & fruſtra in marmoribus, atque Scriptoribus inquiruntur, in hoc uno marmore repente nobis occurrunt? Certe vel hic ego plurimum fallor, vel poſtrema marmoris verba ſuppleri, legique debent Καλανδοῖς Ταργηλιῶνος: quod nimirum Anathema illud Romani Maii Kalendis Apollini dicatum fuerit; ac Darminius ille non Romani, ſed Graeci potius, menſis nomen, qui Apollini ſacer, nataliſque fuerat, hic exprimere, vel uſurpare voluerit.

* ΤΔ̄. Τὸ τέταρτον. In Marmore Ticinenſi. Vide in ΔΕΣΠ.

* Τ. Δ. Β. Κ. Δ. Ε. Cyriacus pag. 21. n. 143. Cl. Maffeius, quamvis interpunctionem omiſerit, optime tamen interpretatur: Τῷ Δόγματι Βȣλῆς Καὶ Δόγματι Ε'κκλησίας: quod in eodem ipſo marmore legatur κατὰ τὸ ψήφισμα τῆς βȣλῆς, ϗ τȣ̃ δήμȣ. Marmor ipſum apud Murat. occurrit pag. 1180 n. 10.

ΤΕ. Τέρμων *terminus*. Gruterus pag. 210. Siculam agrorum diviſionem exhibet, in qua legitur

ΕΣ ΤΑΝ Ε\ΑΙΑΝ ΕΝ Α ΤΕ

eademque Nota ΤΕ mox ſaepius occurrit. Quandoquidem vero in eodem ipſo monimento legitur ὁ Τέρμων; ἀπὸ τȣ̃ Τέρμονος; ἐς τὸν Τέρμονα; ὑπὸ τὸν Τέρμονα dubitari certo non poterit quin Nota ΤΕ legi, ſuppleríque debeat Τέρμων; ſive quod vox illa Siculorum, aut Meſſanenſium propria fuerit; ſive quod ex Latinis in Siculos illa manaverit, eodemque Latinorum ſenſu a Siculis etiam recepta ſit. Doctiſſimus Gualtherius in Tabulis Siculis Notam hanc, eiuſque valorem obſervaverat.

ΤΕ. Reineſius Claſ. XI. n. 71. pag. 633 ubi tamen ex Gudio reſtitui, legique debet ΣΕΒ. Vide in Π. Τ.

ΤЄΙΒЄ. Gualtherius pag. 4. n. 12.

Θ Κ
ΠΥΕΙΜΙΤƐΙΒƐ ΧΡΗ
ΤƐ Χ ΑΙΝΡ Ɛ ƐΖΗϹƐϹ ƐΤΗ Θ

quod ille reddidit *Pyimi Tiberi* . . . *Vixiſti an. IX.* Ego vero neque *Pyimi*, neque contractum *Tiberii* nomen hic eſſe putaverim; ſed unica integraque voce in vitiato marmore legendum exiſtimo ΠΡΕΙΜΙΤƐΙΒƐ ΧΡΗσΤƐ ΧΑΙΡƐ. Sepulcralis haec formula, vel acclamatio frequentiſſime occurrit. *Primitibi* nomen ſaepiſſime in marmoribus reperitur, ut apud Murat. pag. 1241. n. 8. legitur ASIE PRIMITIBE, & pag. 1826. n. 2. PRIMITIBE. Denique ΕΙ pro Ι, & Β pro ΟΥ uſurpatum innumeris exemplis aliis oſtendi poteſt.

* ΤΕΙΜ. Τειμάς. Muratorius pag. 553. n. 3. ex Cyriaco pag. 40. n. 255.

Η. ΠΟΛΙΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΝ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΠΡΑΤΟΛΑΟΝ. ΒΡΑΣΙΔΟΝ
ΚΑΛΩΣ. ΠΕΠΟΛΙΤΕΥΜΕΝΟΝ. ΚΑΙ. ΛΑΒΟΝΤΑ
ΤΑΣ ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΟΠΟΛΙΤΙΑΣ. ΤΕΙΜ.
ΚΑΤΑ. ΤΟΝ. ΝΟΜΟΝ.

ubi Cl. Editor optime interpretatur τειμὰς *honores*.

ΤΕΣΣΑΡΑ. Τεσσαράκοντα. Gruterus pag. 750. num. 6.

ΑΥΡΗΛΙΑ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΑ ΖΩΣΑ
ΤΟΝ. ΔΕ. ΤΑΦΟΝ. ΤΕΥΞΕΝ. ΕΚ. ΚΟΙΝΩΝ. ΚΑΜΑΤΩΝ. ΑΥΤΗ
ΚΑΙ. ΦΙΛΙΩ. ΑΝΔΡΙ. ΤΟΥΝΟΜΑ ΔΗΜΗΤΡΙΩ
ΖΗΣΑΣΑ. ΕΤΗ. ΤΕΣΣΑΡΑ. ΚΑΙ. ΕΝΝΕΑ. ΜΗΝΑΣ
ΚΕΙΣΑΙ. ΕΝ. ΚΟΙΝΩ ΤΑΦΩ. ΑΞΙΟΣ
ΗΣ. ΕΓΕΝΟΥ. ΣΟΦΙΑΣ
ΕΙ. ΔΕ. Ο. ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ. Ο. ΕΜΟΣ
ΠΑΡΑΠΕΜΨΗ. ΤΙ. ΤΟΥΤΩΝ. ΔΩΣΕΙ
ΤΩ. ΤΑΜΙΕΙΩ. ΠΡΟΣΤΙΜΟΥ. -Χ. ΨΝ

Si vera Aureliae uxoris aetas hic indicata, vel expreſſa fuerit, dubitari certe non poterit quin ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ legi, ſuppleríque debeat. Sin vero non univerſa ipſius aetas, ſed anni ſolum hic indicentur, quibus Aurelia in coniugio fuit, tunc ΤΕΣΣΑΡΑ. retineri poſſet. Perſpicuus tamen ſenſus, ut opinor, hic poſtulat ut Τεσσαράκοντα legatur.

Τ. Η. Muratorius pag. 1639. n. 8.

Τ Η
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΑΤΤΑΛΙΑΝΗ

Quamvis characteres illi Τ, Η ſeiuncti ſint, fortaſſe tamen una coniungi debent, ut articulum Τῇ conficiant.

ΤΙ. Fabrettus pag. 592. n. 113.

ΦΛΑΒΙΩ
ΕΡΜΙΑΤΙ
ΑΓΑΠΕΤΩ

Cl. Editor interpretatur *Flavio Hermiae unigenito*: nam inquit ille, *a patre Flavio huic Hermiae unigenito tumulum & titulum poſitum credo, potius quam tertium nomen Agape-*

*peti illi adiungendum putem*. Atque optime id quidem; niſi quod *dilecto*, non *unigenito*, reddi debet; & TIω pro TI reſcribendum erit.

* TI. Τιβέριος. Cyriacus pag. 39. n. 253. & pag. 13. n. 93.

TIB. Τιβέριος. Cyriacus pag. 9. n. 67. & p. 31. n. 210. & Sponius Itiner. pag. 35. & Popul. Attic. pag. 122.

TIBEP. Τιβερίυ. Muratorius pag. 946. n. 2.
TIBEP. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΥ

TIPOI. Boldettus pag. 365.
ЄN. I. PHNI TH TIPOI KAΛ IAN
Poſtremas ille ſyllabas interpretatur *Pridie Kalendas Ianuarias*. At in marmore reſtitui, refingique debet ΠΡΟ I.

Ꝁ. ἐκ Τῶν. Smithus Monum. Palmyr. n. 23. Vide in EꝀ.

T. K. I. Lupus pag. 107. marmor profert, in quo ſiglis iſtis certiſſime viri nomen exprimitur, cui defuncto marmor inſcribitur. Cl. Editor interpretatur Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Ινάχῳ, vel Ἰσοχρύσῳ. Sed facile eſt alia id genus nomina proferre, quae iiſdem illis characteribus indicentur.

TNЄYΜ. Πνεῦμα. Marangonius in *Appendice* pag. 77. marmor hoc attulit in Coemeterio Saturnini poſitum

KΛωΔIANI
TOTNЄTMCUZЄICЄIPINH

ubi celebri ſolemnique formula exponi debet *Clodiane, ſpiritus tuus in pace*. Simile marmor aliud, ſed in Hermetis Coemeterio poſitum, a Marangonio ipſo profertur pag 74.

KΛωΔIANII
TO TN ЄTM CV ZЄIC ЄIPNH

quod ille interpretatur *Claudiani* . . . . . . *in pace*; ſed eodem ipſo, quo ſuperius, ſenſu marmor iſtud exponi debet: *Clodiane, ſpiritus tuus in pace* ſit. Ita apud Muratorium pag. 1884. n. 4. legitur TO ΠΝΕΥΜΑ COY EIC ANAΠΑΥCIN.

Ť. Τὸ. In Florentino Marmore, quod ex Gorio profertur in Ϛ. Apud Muratorium marmor ipſum occurrit pag. 401. n. 4. ſed ibi explicate legitur TO.

*TOT. Cyriacus pag. 40. n. 260. Apud Muratorium marmor idem reperitur pag. 66. n. 6. ſed addita compendii nota. Vide in ME.

*TPA. Τραιάνυ. Muratorius pag. 115. n. 1.
TPA. AΔPIANOY. CEB.

TPAIAN. Τραιάνυ. Gruterus pag. 60. n. 6.

Λ. ΦΑΒΙΟΣ. ΠΟΛΕΜωΜ
ΑΠΕΛΕΥ. ΜΑΡ. ΟΥΛΠ
ΤΡΑΙΑΝ. ΣΕΟΥΑΣ

TPI. Τῇ πρὸ. Muratorius pag. 1819. n. 6.

ЄKOIMHΘH AXILLIA
NЄOΦωTICTOC ЄNI
AYTOYMHNωN. Ē. TPI. Z̄.
KAΛANΔωN MAPTIωN HMEPA
CЄΛHNHC

Cl. Muratorius Notam hanc inexplicatam reliquit. Mihi vero perſpicue, planeque legendum eſſe videtur ΠΡΟ. Z. ſive THI. Z cum legi nequeat ΠΡ IZ, licet annus ille biſſextilis ſupponatur. Suſpicor etiam characteres PI ita coniunctos fuiſſe, ut ſiglam hanc ΡΙ efformarent, quae in marmoribus etiam aliis conſpicitur. Itaque tunc facile reddi, legique poſſet Τῇ ΡΙᵒ Z.

* TPIE. Τριεράρχης. In eximio Pariſienſi marmore apud Maffeium in Gall Antiquit. p. 86. Vide Faſtos Attic. Tom. I. pag. 159.

ΦOKION TPIE

ac inferius iterum ΛYKEAΣ TPIE.

* TPINE. Τρινεμεὺς *Trinemeus* ex *Trinemea* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 52.
ΦΙΛΕΜΩΝ TPINE

* TPIΣA. Sponius Miſcell. Sect. X. pag. 356.

ΑΡΧΙΕΡΕ ΤΩΝ ΤΡΙΣΑ ΠΟΛΕΩΝ

ubi Vandalius optime reſcribendum aſſerit TPIΣΔ. ΠΟΛΕΩΝ: quod nempe *L. Iulius Bonnatus Sacerdos Maximus in Aſiae Templis*, cui marmor dicatur, XIII. Aſiaticarum Vrbium nomine ſacra peregerit.

TPOΦI. Τρόφιμος. Gorius Part. I. pag. 50. n. 97. Vide in BIC.

TΣTI. Cyriacus pag. 7. n. 52.

L. V. F. A. ANNIOY
AAYΠ. AAYΠIANOY
TΣTI . Ψ. B

T

Ɏ. Εἴκοσι *viginti*. Gruterus pag. 968. num. 7.

EZECEN ETH Ɏ ΨΓ N.

legendum arbitror: *vixit annos XX. dies XIII.* ut nempe litera, ſive character T iuxta graecarum literarum ſeriem *viginti* ſignificet; & character N, qui *tertius ac decimus* ordine reperitur, *tredecim*. Vide in B. K. M.

T. Te-

Digitized by Google

Υ. Τετρακοσιοςῦς *quadringenteſimus*. Smithus Monum. Palmyr. n. 1. & 2.

ΕΤΟΥΣ ΔΙΥ 414.

Υ. Interdum character iſte interpunctionis loco in Graecis marmoribus reperitur; ut apud Grut. pag. 352. n. 5.

ANICIVS Υ PROBINVS V YC CONSVLΥ ORDINARIVS

pag. 353. n. 2. viceſies occurrit. Ita p. 523. n. 2. pag. 702. n. 1. alibique ſaepius. Quamvis autem in editis Gruteri libris ita exprimi conſueverit, ac ſi minuſcula Romanorum litera *r* foret; Reineſius tamen in *Praefatione* non aliud, quam Graecorum Υ, eſſe obſervavit. Ita quoque interpunctionis inſtar habendum eſſe putaverim in Margarini marmore n. 1. ubi legitur.

ΕΤΟΝ ΤΡΙΟΝ ΗΜΥϹΥ ΧΩΡΙΟΥ

latineque reddendum *annorum trium, dierum ſex*; perinde quaſi poſt notam ΗΜ nota alia, vel numeralis character C duobus ſignis illis interiectus fuerit. Vide in ΕΙ ΘΥ.

Υ. Ὑπέρ. Gorius Part. I. pag. 50. n. 98.

ΛΟΥΚΙ . ΛΟΝ Π
ΡΩΤΩΓΕΝΗ
ΧΑΙΡΕ
ΑΝΤΙΟΚΕΥΟ
Υ ΔΑΦΝΗϹ

ubi Gorius interpretatur *Lucillum Primogenitum. Vale Antiochenſis ad Daphnen*: quod nimirum, adnotante Salvinio, Antiochia ἐπὶ Δάφνης Vrbs Syriae foret. Ac certe quidem Vrbs illa a Strabone Lib. XV. pag. 719. & XVI. pag 749. ἐπὶ τῇ Δάφνῃ vocatur; at in hoc marmore ὑπὲρ Δάφνης appellata videtur: ut proinde legendum exiſtimem Χαῖρε, Ἀντιοχεῦ, ὁ ὑπὲρ Δάφνης, ſicuti in alio marmore apud Gorium ipſum Par. I. p. 56. n. 126. legitur Ὠφελίων Ἀντιοχεῦ χρηςὲ χαῖρε. Muratorius hoc ipſum marmor exhibet pag. 1025. n. 3. legitque: ὑπὸ Δάφνης *ad Daphnem*. In Cyriaci marmore pag. 30. n. 204. legitur Ἀντιοχέα τῆς πρὸς Δάφνην.

* Υ. Υἱόν. Sponius Miſcell. Sect. X. num. 79. pag. 348.

ΑΙΛΟΝ ΚΑΝΩΔΙΟΝ Γ.Υ.ΕΡΕΝΝΙΑΝΟΝ

*Aulum Canodium Caii filium Herennianum*.

*. Ϋ. Υἱός. Vide in AIM.

Υ. Gruterus pag. 1094. n. 4.

Υ.ΦΛ.ΥΠΑΤΙΟΝ

ſed ibi legendum Τ. Siquidem mox *Titi Flavii* nomen diſerte ſubiicitur.

* Υ. Ὑπατεία, vel Ὑπάτῳ. Montfauconius Palaeogr. pag. 174. Vide in ΙΝΑ.

Υ.Β. Cyriacus pag. 18. n. 125. Fortaſſe vel exſcriptoris, vel quadratarii vitio Υ.Β. pro Ψ.Β. legitur. At fieri etiam potuit ut Υ.Β.Δ. ſcriptum fuerit, atque poſtrema litera mox evanuerit; niſi cui libeat Ὑπομνήματι Βυλῆς interpretari.

* Υ.Β.Δ. Ὑπὸ Βυλῆς Δόγματι. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 39. & 41. pag. 334. atque ex illo Maffeius interpretatur *ex Senatus Decreto*.

ΥΠ. Ὑπό. Muratorius pag. 467. n. 7. Vide in ΧϹ ΥΠ Γ

ΥΠ. Ὑπάτῳ. Gruterus pag. 177. n. 6. atque ex illo Fabrettus pag. 677. n. 34.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ ϹΕΒ ΤΟ Β
ΚΑΙϹΑΡΙ ΥΠ
ΠΡΟ . Ι . ΚΑΛ . ΑΠΡΕΙΛ

Hic characteres illos, aut ſiglas ΤΟ Β temere tranſpoſitas, atque ex primo ad ſecundum verſum referendas eſſe putaverim, ut exinde legatur ΥΠ ΤΟ Β *Conſule II.* quod nimirum Antoninus Auguſtus *ſecundum* Conſulatum anno Chr. 139. una cum Brutio Praeſente geſſerit.

ΥΠΑ. Ὕπατον. Donius pag 88. n. 73.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ . ΤΟ . Γ . ΥΠΑΤΟ Δ

Quamvis hic facile intelligi, legique poſſit Ὕπατον Δ, veriſimilius eſt tamen, ut quemadmodum dicitur ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΤΟ Γ. ita quoque poſtremo loco legendum ſit ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ Δ; adeoque ſuperſit Nota, ſive contractio ΥΠΑ pro Ὕπατον.

* ΥΠΑΤ. Ὑπατείᾳ. In Marmore Ticinenſi apud Maffeium.

ΕΝ ΥΠΑΤΤ ΔΕΣΠ ΕΜ ΛΕΩΝΟΣ ΤΔ

Vide in ΔΕΣΠ.

ΥΠΑΤ. Ὑπάτοις, ſive Ὑπάτοιν. Gruterus pag. 316. n. 1.

ΤΟΡΚΟΥΑΤΩ.ΚΑΙ ΗΡΩΔΗ ΥΠΑΤ

Ita prorſus in Neapolitano Marmore, quod profertur in ΠΡ.

ΥΠΑΤΟ. Ὕπατον. Vide ſuperius in ΥΠΑ.

ΥΠΟΔ. Ὑποδιακόνυ *Subdiaconi*. Reineſius Claſ. XX. n. 364. pag. 981.

ΕΝΤΑ ΚΕΙΤΑΙ ΠΑΥΛΑ ΠΑΥΛΟΥ ΥΠΟΔ.
ΘΥΓΑΤΗΡ ΖΗΣΑΣΑ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΕΤΗ
Δ . ΜΗΝΑΣ Β . ΑΝΕΠ . ΠΡΟ ΚΑΛ . ΙΟΥΝ

ubi Reineſius ipſe ἀνεπαύη legendum eſſe obſervavit; quamvis ἀνεπαύσατο potius legendum videatur, quod in marmoribus aliis occurrit. Ita feliciter ille Ὑποδιακόνυ ſupplendum eſſe iam viderat: quemadmodum prorſus

Digitized by Google

ſus in Latino marmore obſervavi apud Fleetvoodum pag. 346. n. 2. *Auguſtinus. Subdiac. Coniugi. Dulciſſimae convixit. ann. VII. M. III. D. XX.* quemadmodum in alio apud Fleetvoodum ipſum pag. 347. n. 5. dicitur *Aur. Saturninus. Diac. ſibi. &. Aura. Veneriae. dulciſſimae. Coni. de proprio. ſibi. fecerunt.*

ΥΠΟ Λ ΑΜΑ. Muratorius pag. 1086. n. 2.

Η ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΥΠΟ Λ ΑΜΑ — ΙΟΥΡΙΑΣ
ΙΟΥΛ ΑΡΙΑΝ ΓΕΝΟΙ ΑΙΓΥΠΤΙΑΝ ΑΠΟ ΚΩΜΗΣ
ΘΜΕΝΤΑΜ ΤΡΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΙΝΙΤΟΥ ΝΟΜΟΥ
ΕΤΩΝ ΝΒ ΣΥΝΒΙΩΣΑΣΑΝ ΜΟΙ ΕΤΗ ΙΟΥΔΣΕ
ΡΗΝΟΣ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟΣ ΚΛΑΣ ΠΡΑΙΤΩΡ ΜΕΙΣΗΝΩΝ

Bimardus hic optime Κλάσσις Πραιτωρίας ſupplendum eſſe iam monuit, primoſque verſus, velut obſcuriores, inexplicatos reliquit. Ego vero ſuſpicor ibi facile ſuppleri, legique poſſe ΥΠΟΜΝΗΜΑ-ΙΟΥΑΡΙΑΣ. pro Ἰουλίας Ἀρίας, hoc eſt *Monumentum Iuliae Ariae*. Certe apud Sponium Miſcell. Sect. X. n. 72. perſpicue legitur Ὑπόμνημα Αὐρ. Χρηςȣ. in Grut. p. 1162. n. 11. legitur Ὑπόμνημα Οὐρέσȣ; & in Vrſato Monum. Patav. pag. 247. n. 2. Ὑπόμνημα Αἰλίας Φιλημάτιȣ, atque in Latinis marmoribus frequenter occurrit *Memoria*, ut ter apud Reineſium pag. 731. In quarto verſu ubi Bimardus pro ΙΟΥΔ legendum eſſe putavit ΚΛΑΥΔΙΟΥ, certiſſime reſcribi debet ΟΥΛ, ſive ΟΥΛ, hoc eſt Οὐαλήριος; ſive potius praenomen Οὔλπιος. Etenim character Ι, tanquam numeralis nota, ad vocem ΕΤΗ, quae praeceſſerat, referri debet; niſi fortaſſe cui libeat annorum numerum charactere Η deſignari: quo certe fieret hic notam, ſive compendium ΕΤ pro ΕΤΗ reperiri; adeoque tunc facile ΙΟΥΔ pro ΙΟΥΛιος ſupereſſet.

ΥΠΠ. Ὑπάτων. *Coſs.* Donius pag. 23. n. 82.

ΥΠΠ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ ΗΜΩΝ
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ. ΣΕΒ. ΤΟ. Ζ.
ΚΑΙ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ. ΣΕΒ. ΤΟ. Ζ

ΥΠΠΑΤ. Ὑπάτοις Muratorius pag. 393. n. 7. Vide in ΑΡΚΑΔ. & ΡΥΘΗΝ.

Φ

Φ. Apud Donium Cl. X. n. 38. pag. 362. eximium marmor latinis, graeciſque characteribus expreſſum conſpicitur, in quo ſigla, ſive character Φ *viginti ac unum* ſignificat. Vide in Π. & Ω.

⁎ Φ. Πενταχόσια *quingenta*. Gruterus pag. 749. n. 4. Vide in Ж.

Φ. Πεντακοσιοςὸς *quingenteſimus*. Smithus Monum. Palmyr. n. 11.

ΕΤΟΥΣ ΔΝΦ *anno* 554.

Eadem nota ſaepius in Monumentis illis occurrit.

Φ. Saepiſſime character iſte in Graecis, ac Latinis etiam marmoribus ſolius interpunctionis vices gerit. Vide Gruterum pag. 355. num. 3.

Φ. Φρυγίᾳ. Reineſius Claſ. I. n. 43. pag. 87.

ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ΣΥΠΥΛΗΝΗ Φ

ubi Reineſius ipſe Φρυγίᾳ legendum eſſe obſervavit; quod nimirum *Deum Mater* & *Sypylenes*, & *Phrygiae* nomine appellari conſueverit.

⁎ Φ. Φλάβιον. Gruterus pag. 1094. n. 5.

Υ. ΦΛ. ΥΠΑΤΙΟΝ. ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ.

Φ... Φεβρȣαρίων. Ita nimirum corrigi, ſuppleriqué debet marmor apud Gruterum p. 1021. num. 9.

ΠΡΟ ΙΕ. ΚΑΙ. Φ...

Legendum ΚΑΛ. ΦΕΒΡΟΥΑΡΙΩΝ, ut optime Scaliger obſervavit.

⁎ ΦΑΛΗ. Φαληρεὺς *Phalereus* ex *Phalero* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 53.

ΚΡΑΤΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΦΑΛΗ

⁎ ΦΑΡΝΑ. Sponius Popul. Attic. pag. 201.

ΤΑΧΙΔΙΟΣ ΦΑΡΝΑ

ubi facile vel Φαρνάκȣ, vel Φαρναβάζȣ, vel aliud eiuſmodi gentile nomen intelligendum.

⁎ ΦΕ. Gruterus pag. 1036. n. 5.

ΖΗΣΑΝΤΙ ΜΗ ΗΜΕΡΑΣ ΚΔ ΦΕ

At corrigi, reſcribique debet ΩΕ *Horas V.*

ΦΕΒΡΣ. Φεβρȣαρίων. Muratorius pag. 1858. num. 3.

ΑΝΕΠΑΥΣΑΤΟ ΤΗ..ΚΑΛΑΝΔ ΦΕΒΡΣ

ΦΕΙΔΙ. Φειδίȣ. In Riccardiano marmore, quod in Faſtis Atticis exhibui Tomo I. pag. 170.

... ΛΙΜΑΧΟΣ ΦΕΙΔΙ

⁎ ΦΗΓ. Φηγύσιος *Pheguſius* ex *Phegunte* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 46.

...ΙΓΕΝΗΣ ΘΑΛΛΟΥ ΦΗΓ

ΦΗΓ. Φηγαιεὺς *Phegaeeus* ex *Phegaea* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 51. Nota, vel character iſte a ſuperiori diſtingui debet; quod iſte quidem Populus ſub *Hadrianide*; ille ſub *Erechtheide* Tribu collocetur.

⁎ ΦΗΓΑΙ. Φηγαιεύς. Sponius loco citato

ΗΔΙΑΝΟΣ ΦΗΓΑΙ

ΦΗΛΙ. Sponius Popul. Att. pag. 200.

ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ ΦΗΛΙ.

Vbi ΦΗΛΙΚΟΣ facile legendum erit. Certe in Grutero pag. 45. n. 1. occurrit ΦΗΛΙΞ.

⁎ ΦΙ-

Digitized by Google

✱ ΦΙΛΑ. Φιλαίδης *Philaides* ex *Philaidis* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 51.
ΣΤΡΑΤΩΝ ΟΡΘΑΓΟΡΟΥ ΦΙΛΑ

ΦΙΛΗΜΩΝ. Φιλήμωνος. Sponius Pop. Attic. pag. 202.
ΠΕΙΝΑΡΙΟΣ ΦΙΛΗΜΩΝ.

ΦΙΛΟCΟΦ. Φιλοσόφος. Reineſius Claſ. XI. n. 71. pag. 633. Vide in Π.Τ.

ΦΙΛΟΣΤΟΡ. Φιλοστόργιος. Muratorius p. 1008. num. 3.
ΤΙ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΡΑΥΣΙΟΣ ΦΙΛΟΣΤΟΡ.
ubi Cl. Editor: *Tiberius Iulius Thrauſius Philoſtorgius* optime interpretatur.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤ. Φιλοστράτου. Sponius Itin. pag. 52.
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤ ΑΧΑΡ

✱ ΦΙΛΟΧΥ. Φιλοχρίστου. Sponius Itiner. p. 101. num. 5.

ΑΝΕΚΑΙΝΙCΘΗ ΕΠΙ ΜΑΝΟΥΗΛ
ΤΟΥ ΦΙΛΟΧΥ ΒΑCΙΛΕΙ ΡΩΜΕ
ΙΟΥ ΤΙΩ ΕΝ ΝΗC . . . ΚΑΙ ΑΥ
ΤΟΚΡΑΤΟΡΟC ΡΩΜΑΙΩΝ Τ8
ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΕΝ ΕΤΕΙ Φ Χ Ο
Β Μ Β

Numerales notas, mirifice vitiatas eſſe, atque Βασιλέως legendum eſſe Montfauconio duce iam monui in ΦΧΟΒΜΒ. Aliud hic etiam marmoris vitium a Montfauconio relictum obſervavi, quo perperam aut quadratarii, aut exſcriptoris oſcitantia, legitur ΕΝ ΝΗC . . . ubi perſpicuo, nativoque ſenſu reſtitui, legique debet ΕΡΗΝΗC, ſive ΕΙΡΗΝΗC. Etenim Manuel iſte, qui anno Chr. 1143. imperium obtinuit, Ioannis *Comneni*, & *Irenes* filius fuit. Vide in ΚΟΜΝ.

✱ ΦΛ. Φλαβία. Compendium hoc in Palmyreno Marmore ter apud Smithum occurrit pag. 22. ut *Ala II. Fl. Agrippina*; *Cohors II. Fl. Beſſon*; *Cohors II. Fl. Numidarum* exprimatur. Ita in Sponio Popul. Attic. pag. 162. 197. 200. in Cyriaco pag. 10. n. 75. & 15. n. 108. & 13. n. 96. Φλάβιον ſignificat.

✱ ΦΛΑ. Φλαβίῳ. Muratorius pag. 1257. n. 7. Vide in ΣΤΑΤ.

✱ ΦΛΑΒ. Φλάβιος. Sponius Miſcell. Sect. X. pag. 334.

✱ ΦΛΑΜ. Φλάμην. Sponius Itiner pag. 16.
ΦΛ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΣ
ΦΛΑΜ. ΚΑΙ ΑΠΟ ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ

ΦΛΑΥ. Φλάυιος. Sponius Popul. Attic. p. 77.
ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΥ. ΑΛΥΠΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ

✱ ΦΛΥ. Φλυεύς *Phlyeus* ex *Phlyunte* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 50.
. . . ΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΩ ΦΛΥ

ΦΟΥΛΒ. Φουλβίου. Muratorius pag. 232. n. 3.
ΕΠΙ ΑΝΤΥΠΑΤΟΥ Τ.
ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΦΟΥΛΒ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ

ΦΥ. Φυλή, & Φυλέτης *Tribus*, ac *Tribulis*. Apud Gruterum pag. 425. n. 3.
ΦΥ. Η. ΦΥΛ.
*Tribus VIII. Tribulis*.

✱ ΦΥ. Φυρνεύς. Cl. Maffeius. Sed ignotum mihi unde ſiglam iſtam acceperit. In Sponio ſolum ΦΥΡΝ. reperitur, ut inferius adnotabitur.

ΦΥΛΑΡΧ. Φυλάρχων. In Pariſienſi Marmore apud Maffeium *Antiquit. Gall.* Epiſt. 19. p. 91. quod in Faſtis Atticis laudavi Tom. I. p. 159. legitur: ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ ΦΥΛΑΡΧ. Quandoquidem ibi Athenienſium Cives praefixo Tribuum nomine recenſentur, atque Hippothoontidis Tribus nomini *Pythodorus* ille repente ſubiicitur, non aliud, quam Φυλάρχων, *Tribus-Princeps* ille cenſeri, vel hac nota deſignari videtur; quemadmodum in eodem ipſo marmore ΦΩΚΙΩΝ ΤΡΙΕ *Phocion Trierarches*, Maffeio ipſo iudice, nominatur.

ΦΥΛΑΣΙ. Φυλασίου *Phylaſii* ex *Phyle* Atticae Populo. Donius Claſſe IV. n. 67. pag. 153.
ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΕΥΚΡΑΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΡΜΙΟΥ ΦΥΛΑΣΙ
Vide Faſtos Atticos Tomo II. pag. 177. ubi marmor ipſum ex Donio profertur, ac illuſtratur.

✱ ΦΥΡΝ. Φυρνεύς *Phyrneus* ex *Phyrne* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 54.
ΕΡΜΕΙΑΣ ΚΛΕΟΝΥΜΟΥ ΦΥΡΝ.

ΦΧΟΒΜΒ. Sponius Itiner. pag. 101.
ΕΝ ΕΤΕΙ ΦΧΟΒΜΒ
ubi Montfauconius Palaeogr. pag. 147. reſcribendum eſſe iam viderat ϚΧΟΒΝΙΒ, hoc eſt annum Mundi 6672. Chr. 1164. Indict. 12. Vide ſuperius in ΦΙΛΟΧΥ.

ΦΩΣΦ. Φωσφόρου, ſive Φωσφόρος, ſive Φωσφορίων. Sponius Pop. Attic. pag. 117.
ΙΕΡΕΥΣ ΦΩΣΦ..
Vide Faſtos Att. Tom. II. pag. 151.

## X.

X. **Δ**έκα, *decem*. Sponius Miſcell. Sect. X. n. 101. & Muratorius pag. 1724. marmor exhibet, in quo de *Gemino*, ſive ut alio nomine vocabatur, *Petrocorace* dicitur



Digitized by Google

EZH ETH XXX. Cl. Scriptores illi iam viderant ibi *triginta* legendum eſſe; quod ibi nimirum ceteris Graecis vocibus numerales Latinorum notae adiectae fuerint; ſive quod Graeco characteri X latini valor affictus ſit. Ceterum, quamvis a Sponio marmor Florentiae extare dicatur, a Reineſio vero Claſ. XVII. n. 174. pag. 863. Romae reperiri; ideoque Fleetvoodus pag. 260. & 261. duo ipſius exempla proferat, in quibus aliqua certe varietas obſervatur, in notis tamen aut ſiglis illis nulla prorſus varietas reperitur, niſi quod Reineſius ſolus habet ETH XXXX. In marmore tamen, quod Florentiae nunc reperitur, atque a Cl. Gorio profertur Par. I. pag. 188. n. 4. perſpicue legitur ЄTH XXX. Ita apud Gualtherium pag. 43. n. 253. reperitur ЄZHCЄN ЄTH XXXX. Vide etiam in NAΘ. & in Θ KT. ubi numerales Latinorum notae in Graecis marmoribus adhibentur.

X. Ἑξακόσια *ſexcenta*. Sponius in Itiner. p. 35. & in Miſcell. Sect. X. n. 6. pag. 319. marmor *Athenis* excitatum attulit.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ X̄ ΚΑΙ
Ο ΔΗΜΟΣ &c.

latineque reddidit: *Senatus mille Civium*, & *le Conſeil de Mille*; quamvis Sponius ipſe teſtetur ſe hunc *Mille Senatum* nuſpiam in Scriptoribus, aut Marmoribus aliis inveniſſe. Ita Fabrettus etiam pag. 440. n. 46. idem Sponii marmor exſcribens interpretatur *Senatus mille*. Fleetvoodus pag. 148. n. 2. *Senatus Mille Civium*; Sponiique veſtigiis inſiſtens Maffeius pag 92. *Conſilium mille hominum*. At in Faſtis Atticis Tom I. pag. 262. perſpicue, ut opinor, oſtendi quod character ille, vel ſigla X in hoc Sponii marmore non *mille*, ſed *ſexcentos* ſolum, ſignificat: hoc eſt eandem prorſus vim, ac valorem obtinet, perinde quaſi ſi minuſculo charactere χ pingeretur. Etenim Berenices, & Agrippae regis aetate, qua marmor excitatum fuit, Athenienſis Senatus ex *ſexcentis* ſolum Civibus conſtabat; ideoque *Senatus ſexcentorum* dicebatur, ut in alio marmore apud Sponium ipſum nitide diſerteque legitur pag. 179. Itin. Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρειοπάγου, καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ δῆμος Κλαύδιον Καίσαρα &c. Itaque non *mille*, ſed *ſexcentos*, hic ſigla ſignificat, quod minuſculi χ loco poſita, vel uſurpata fuerit: quemadmodum ſiglam H interdum *centum*; interdum vero, inſtar minuſculae η, *octo* ſignificare iam demonſtravi.

* X. Χίλια *mille*. Saepiſſime character iſte in marmoreo Oxonienſi Chronico, in Sadvicenſi marmore, aliiſque pluribus χίλια ſignificat. Vide etiam in M μυρίας. & in EINA.

* X. Χάριν. In Marmore Oxon. n. 39. p. 102. M.X. ubi Prideauxius optime reddit *memoriae gratia*. Vide in M.X.

X. Δηνάρια. Heſſelius in marmore apud Magneſiam reperto

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΙΣΚΟΝ X Τ

ubi character Τ facile τριακόσια ſignificat. Ita apud Sponium Itin. Pag 81. in Latino marmore: *Inferet decuriae meae* X. XXV. quod minus accurate feliciterque ille exponit: *Seſtertia vigintiquinque*. Denique in Smyrnenſi marmore legitur X Æ *denariorum quinque millia*. Vide in Æ.

* Ӿ. Δηνάρια *denaria*: ita nimirum ſaepiſſime latina vox latino fere charactere in Graecis etiam marmoribus indicatur. In Oxon marm 136. pag. 272. δότω τῇ Σμυρναίων Γερουσίᾳ ӾA. & mox δώσει τῇ Γερουσίᾳ ӾA: ubi Prideauxiu reddit *denarios mille*. Ita in marm. 28. p. 93 ӾΖΦ. In Grutero pag. 1116. n. 5. ἀπολιτῶ Γερουσίᾳ ӾΒΦ. In Fleetv. pag. 279. ex Grut. pag. 760. num. 6. Ӿ.Ψ.N̄. In Sponio Miſcell. Sect. X num. 28 ӾΑΒΦ. In Montfauc Diar. pag. 202. δώσει τῷ Φίσκῳ Χ/ΒΦ: quod optime Cl. Editor *bis mille, & quingenta* interpretatur; ſicuti pag. 424. marmor exhibet, in quo legitur δηνάρια δισχίλια πεντακόσια. Habetur explicate in Sponio Itiner. p. 163. δηνάρια χίλια πεντακόσια; & in Montfauc. Diar. pag. 202. δηνάρια πεντακισχίλια; & in Oxon. 167. edit. II. δηνάρια δὶς χίλια πεντακόσια.

X. Reineſius Claſ. XX. n. 30. pag. 904.

X ΑΡΤΟΥΡΙΑΕ IN ΠΑΚΕ IDVS
IVNIAS

Si rite character ille X in marmore expreſſus ſit, facile Chriſti nomen, veluti a vocibus pone ſequentibus ſeiunctum exprimit. Fortaſſe tamen X pro K facile irrepſerit; ideoque ſacra, ſolemnique formula Κατάθεσις, ſive Κοίμησις legendum erit. Fieri etiam poteſt ut Χωρίον hic exprimatur: quemadmodum ſaepius in Latinis marmoribus *Locus*, atque in Graecis Τόπος, pro Monumento, ſive Sepulcro uſurpatur. Certe in alio marmore, quod in Arringhio reperitur Libr. III. c. 3. p. 421. legitur X ORTACI, idque Reineſius p. 996. interpretatur *locus Hortaſi*.

X̄. Χιτώνιος *Chitonius* ex *Chitone* Atticae Populo. In marmore Riccardiano, quod in Faſtis Atticis exhibetur Tomo I. pag. 170. ſub *Erechtheide* Tribu recenſetur

ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ X̄

Itaque p. 247. obſervavi hic facile *Chitonis* Populum expreſſum eſſe; cum *Cholargus*, *Chollidae*, ii nimirum Populi, qui nobis hactenus explorati a litera X incipiunt, ad Tribus alias ſpectaverint. Ac, ne ſuſpicari quis poſſit plures

res

Digitized by Google

res, varioſque Populos ab eadem litera deſignatos ſub una eademque Tribu collocari potuiſſe, obſervaſſe iuverit Athenienſes in exprimendis Atticae Populis, adeoque civibus inter ſe diſtinguendis, maxime accuratos fuiſſe; ideoque, ſi ſub Erechtheide Tribu Populus iſte unico tantum charactere deſignatur, perſpicue facileque deduci poterit Erechtheidi unum tantum Populum tributum eſſe, cuius nomen a charactere X initium duceret.

ΧΑΡ. Χάριν. Mabillonius in Itiner. Italic. pag. 33. ex vetuſto Codice Cretenſe marmor exſcripſit

ΛΑΜΠΠΑΙΩΝ Η ΠΟΛΙΣ. ΜΑΡΚΟΝ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΛΗΣΙΠΠΟΝ. ΤΕΙΜΗΣ. ΚΑΙ ΜΝΗΜΗΣ. ΧΑΡ

Gruterus pag. 1091. duo tantum priora marmoris huius verba protulerat. Iterum Nota haec apud Gruterum ipſum occurrit p. 1136. n. 2.

ΧΑΡ

* ΧΕΙΛ. Χειλιάρχῳ. Gruterus pag. 458. n. 1. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

* ΧΕΙΡ. Χειρῦργος *Chirurgus*. Gruterus p. 335. n. 1. Vide in ΛΟΤΔ.

ΧΙ. Χριςῦ Ι'ησῦ. In Cathedra S. Hippolyti apud Gruterum pag. 140.

ΓΕΝΕCΙC ΧΙ, & ΠΑΘΟC ΧΙ

Le Moynius interpretatur Χριςῦ Ι'ησῦ. Scaliger ſcriptum putaverat ΧΥ, ideoque reddidit Χριςῦ.. In accuratiſſimo tamen marmoris huius apographo, quod in editis S. Hippolyti Operibus exhibetur, utrobique legitur ΧC. Itaque, ſi in marmore ſic ſcriptum fuerit, legendum arbitror Χριςῦ Σωτῆρος: quemadmodum prorſus in alio marmore apud Lupum legitur ΙΧΘΥC. Vide in ΙΧΘΥC.

* ΧΟΛΑΡ. Χολαργεὺς *Cholargeus* ex *Cholarge* Atticae Populo. Sponius Popul. Attic. p. 159.
ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ ΧΟΛΑΡ.

* ΧΟΟΡ. Χόορτος *Cohortis*. Gruterus pag. 458. n. 1. Vide in ΑΠΟΛΛΙΑΡ.

ΧΟΩΝ. Χίων pro Χιλίων. Gruterus pag. 1160. n. 17. marmor exhibet ad moenia Nicaeae urbis poſitum, in quo legitur quod Leo, & Conſtantinus Imperatores Nicaeam urbem inſtaurarunt

ΝΗΚΗΤΙΚΟΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΑΙΣΙΜΡΙΟ
ΝΚΕΝΤΙΝΑΡΧΟΩΝ

Doctiſſimus Scaliger ibi corrigendum, & legendum eſſe obſervavit νικητικὸν ἀναςήσαντες σημεῖον κεντεναρίων χιλίων: quemadmodum Caſaubonus obſervavit *Centenariorum* nomen, ac valorem ex monimentis aliis compertum eſſe.

* ☧. Χριςὸς. Frequentiſſime ſigla, vel character iſte in Chriſtianorum Monimentis occurrit. Vide in ΑΥΡ.

☧C. Muratorius pag. 1822. n. 7. ubi vel ΧΡιςὸς Σωτὴρ, vel ΧΡιςὸC intelligendum. Ita pag. 1965. n. 2.

ΧΡΤΟ. Χριςῷ. Fabrettus pag. 391. n. 254.
ΜΙΡΙΝΑ ΑΚΕΠΤΑ ΙΝ ΧΡΤΟ

ΧΡΥ. Χριςῦ Montfauconius Diar. Ital. Cap. 8. pag. 118.
ΕΠΑΥCΑΤΟ ΖΩΣΙΜΟC ΧΡΥ
..... ΩΝ ΙΘ. ΤΗ ΠΡΟ Δ ΚΑΛ.
.... ΤΕΝΒΡΙΩΝ ΗΜΕΡΑ ΔΙΟC.

Cl. Editor ita ſupplevit, latineque reddidit Χριςῦ δῦλος ἐτῶν ιθ... Καλ. Σεπτεμβρίων. *Requievit Zoſimu. Chriſti famulus annorum novemdecim, quarto Kal. Septembris, die Iovis.* In Muratorio tamen pag. 1694. n. 7. legitur
ΖΩCΙΜΟC ☧

ΧΡΩ. Χριςῷ. Reineſius Claſ. XX. num. 365. pag. 981. Donius pag. 535. n. 54. Claſ. XX. & Murat. pag. 1921. n. 7.

ΕΝΘΑΔΕ ΠΑΥΛΕΙΝΑ ΚΕΙΤΑΙ ΜΑΚΑΡΩΝ
ΕΝΙ ΧΩΡΩ
ΗΝ ΚΗΔΕΥCΕ ΠΑΚΑΤΑ ΣΗΝ ΘΡΕΠΤΕΙΡΑΝ
ΓΛΥΚΕΡΗΝ ΑΓΙΑΝ ΕΝ ΧΡΩ.

ΧΣ. Χριςὸς. Gruterus pag. 1048. n. 2.

ΧC. In S. Hippolyti Cathedra, ut in eius Operibus exhibetur. Vide in ΧΙ.

ΧS. Marangonius in *Appendice* pag. 77.
ΗΡΑΚΛΙΑ ΡΩΜΗ
Ι CΑΝΑ ΠΑΥCΙΝ
CO ƳΗ Ψ V XS XH

Cl. quidem Editor ita latine reddidit *Heraclia Romae, ſpiritus tuus in requiae*, fortaſſe quod in ſequenti marmore perſpicue legatur

ΑΘΗΝΟΔΩΡC ΤΕΚΝΟΝ ΤΟ ΠΝΕΥ
ΜΑ CΟΛ CΙC ΗΝΑΠΑΥCΙΝ

*Athenodore fili, ſpiritus tuus in requie.*
At in ſuperiori marmore legendum eſſe putaverim COΥ Η ΨΥΧΗ: ut proinde characteres XS temere alienoque in loco inſerti, ſiglarum inſtar, ſenſum alium efficiant: ea prorſus ratione, qua alibi characteres ☧ voces diſterminant. Vide in ΑΡΚΑΔ. Itaque, ſi characteres XS a ceteris diſtinguantur, facile Χριςὸς, vel Χριςὸς Σωτὴρ ſignificabunt.

K XC

Digitized by Google

XC͡. Χριϛός. Heſſelius n. 10. Vide in IC͡.

XCTΠΓ. Montfauconius in Palaeogr. pag. 174. eximium marmor exhibet *Trapezunte* poſitum, in in quo aedificia a Iuſtiniano Auguſto *Alamanico Gothico Francico* &c. conſtructa recenſentur. Ita vero deſinit

ΤΡΟΠΕΟΥΚΟC ΑΕΙ CΕΒΑCΤΟC
ΑΥΓΟΥC ΑΝΕΝΕωCΕΝ
ΦΙΛΟΤΙΜΙΑ ΤΑ ΔΗΜΟC
ΚΤΙCΜΑΤΑ ΤΗC ΠΟΛΕωC
CΠΟΥΔΗ ΚΑΙ ΕΠΙΜΕΛΙΑ
ΟΥΡΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕC...
XCTΠΓ

Muratorius marmor idem p. 467. n. 7. eodem prorſus modo expreſſit; niſi quod lineolas, ſive compendii notas, poſtremis characteribus ſuperinductas exhibuit. Cl. Montfauconius obſervavit a ſiglis illis *tertium* fortaſſe Iuſtiniani *Conſulatum* indicari. Sed, cum anno Chr. 533. in quem Conſulatus ille inciderat, nondum Iuſtinianus *Germanici*, *Gothici* &c. titulos adeptus eſſet, rem in dubio verſari dixit. At facile reponere, vel opinari quis poſſet aedificia quidem anno 533. inchoata fuiſſe, eumque annum *tertii* Conſulatus charactere deſignari; marmor tamen, abſolutis iam operibus, eo deinde tempore collocatum fuiſſe, quo Iuſtinianus ſingulos titulos illos obtinuerat. Character tamen, aut ſigla X͞C, ſimulque *Vranii* nomen interiectum vix patitur, ut characteres alii ΥΠΓ ad *tertium* Iuſtiniani *Conſulatum* referri poſſint. Itaque legendum arbitror ΧειροτονοθέντοC ΥΠὸ Γερυσίας *electi a Senatu*; ut nempe exprimatur aedificia illa inſtaurata fuiſſe *ſtudio*, *& cura Vranii Deodilectiſſimi*, *qui a Senatu electus erat*: quemadmodum prorſus in Oxonienſi marmore 129. pag. 264. publici operis Curatores nominantur κατὰ τὴν τȣ̃ δήμȣ χειροτονίαν.

XΩ͞. Χριϛῷ. Sponius Itiner. pag. 100. & 102.

ΙΩ͞Υ ΕΝ ΧΩ͞
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ

Bandurius tamen in *Antiquit. Conſtantinopol.* pag. 157. editionis Venetae hanc ipſam Inſcriptionem referens ita Ioannis Imperatoris nomen, ſive eius notam, expreſſit ΙΩ͞: atque exinde fortaſſe Maffeius ſiglam hanc non alibi reperiendam accepit.

ΧΩΡΕΠΙΣΚ. Χωρεπισκόπȣ. Muratorius p. 1940. n. 3. Vide in ΕΥΓΕΝ͞.

Ψ

✱ Ψ. Ἐπτακόσια *ſeptingenta*. Gruterus p. 760. n. 6. & Fleetvoodus pag. 279.

Χ · Ψ . Ν͞

Vbi non 700. cum Fleetvoodo, ſed 750. reddi debet. Hic ipſe valor in alio Gruteri marmore reperitur pag. 896. n. 10.

. . IAE . SERVEIS . CONTVL . HS . Θ . Θ . Θ . Ψ . V
. . MAG . X . DED . HS . S . S

Scaliger in Indicibus Gruterianis c. 20. interpretatur *Tria millia ſexcentos Victoriatos*.

Ψ. Character iſte, ſed minori forma ψ, aliquando in marmoribus, interpunctionis inſtar, occurrit; ut in Emeritano lapide apud Gruterum pag. 591. n. 7.

D ψ M ψ S

iterumque in eodem ipſo marmore quatuordecim vicibus aliis reperitur. Vide Reineſium in *Praefatione*, & in Claſ. IX. n. 6. pag. 551.

✱ ΨΑΦΙ. Ψαφιδεὺς *Pſaphideus* ex *Pſaphide* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 53.

ΑΡΙΣΤΩΝ ΨΑΦΙ

✱ Ψ. Β. Ψηφίσματι Βȣλῆς. Cyriacus pag. 7. n. 52. & pag. 8. n. 65. & pag. 18. n. 124. ubi tamen eiuſmodi Graeca ſigla latinae Inſcriptioni ſubiicitur.

✱ ΨΗ. Β. Ψηφίσματι Βȣλῆς. Ita Reineſius Claſ. VI. num. 121. pag. 458. ſiglas iſtas optime interpretatur.

Ω

Ω. Donius pag. 362. Claſ. X. n. 38.

IN FR . Π . Ω . IN AGR . Π . Φ.

quod optime feliciterque redditur a Lupo pag. 64. *Pedes* 24. . . *Pedes* 21. quod nimirum in Graecarum literarum ſerie Ω *viceſimum quartum*, Φ vero *viceſimum primum* locum obtineat. Nec alius certe eſſe poterit ſiglae valor in marmore quod a Cl. Gorio exhibetur Par. I. pag. 50. n. 97.

Θ . Κ .
ΔΥΟ ΤΕΚΝΟΙC
ΟΚΤΑΒΙω . ΕΡ
ΜΗ . ΕΤωΝ . Η
ΚΑΙ . ΟΚΤΑΒΙω
ΕΥΚΛΗΤΙ . ω͞
ΕΠΟΙΕCΕΝ . Ο
ΒΙC . ΤΡΟΦΙ.
ΠΑΤΗΡ . Α

Vide in BIC.

ꙍ. Gruterus pag. 1047. n. 8. teſtatur characteres iſtos M ꙍ (with H above) in marmoribus obſervari. Quandoquidem tamen neque Gruterus ipſe ullum protulit, nec ullum mihi in Scriptoribus aliis obſervaſſe contigit, eiuſmodi characterum valor definiri non poterit.



Digitized by Google

Ω. Ὀκτακόσια *octingenta*. In Oxonien. Marm. n. 28. pag. 93.

ΩΒ.

Vbi Prideauxius optime interpretatur DCCCII.

Ω. Ὀκτακοσιοστὸς *octingenteſimus*. Gruterus p. 169. num. 3.

ΕΤΟΥΣ . Ω . Λ . Δ.

Sed ibi legendum eſſe iam monui Ω . Λ . Δ. *anno* 834. Vide in Λ. Apud Muratorium pag. 268. n. 3.

ΕΤΟΥΣ Ϛ Ω Μ Β *anno* 6842.

Ω. Ὥρας. Muratorius pag. 1165. n. 10.

ΒΙΩΣΑΝΤΙ ΕΤΗ . Ζ . Μ . Α . ΗΜ . Γ . Ω . Ζ.

Ω. Ὀκτοβρίαις. Ita nimirum in Fabretti marmore pag. 590. n. 107. legi poſſe conieci, in quo ſcriptum conſpicitur:

ΠΟΠΟΥΛΗΝΙΑ ΑΠΕΘΑΝΕΝ . ΝΩ

quod ibi nempe non ſolum Νώναις, aut Νοεμβρίου, ut Fabrettus ipſe putaverat; ſed etiam Νώναις Ὀκτοβρίαις intelligi, ſupplerique poſſe videatur. Ita propemodum in Muratorii marmore pag. 1946. n. 6.

THEODOSIO
HOMO DEI
IN PACE ID

vel *In Deo*, vel *Idibus*, vel potius *Idibus Decembris* explicandum eſſe putaverim. Vide in ΝΩ.

* ΩΑΘ. Ὄαθεν ex *Oa* Atticae Populo. Sponius Itiner. pag. 51.

ΡΑΔΙΝΟΣ ΩΑΘ

In hoc Sponii marmore *Oa* ſub Hadrianide Tribu collocatur: ſed in alio marmore apud Sponium ipſum pag. 71. ſub Pandionide explicate legitur ΟΑΘΕΝ: quod nimirum Populus ille ex Pandionide in Hadrianidem nuper inſtitutam migraverat.

* ΩΡ. Ὥραις. Gruterus pag. 634. n. 1.

ΕΤΕCΙΝ . Μ . ΜΕCΙΝ . Β . ΗΜΕΡ . ΚΕ . ω Ρ . Ζ

Sic iterum pag. 1160. n. 16. & apud Murator. pag. 1139. n. 1.

Ω. Ὥρας. Lupus pag. 37.

Μ . Ζ . Η . ΙΑ . Ω . Θ

Ita apud Muratorium pag. 2058. n. 2.

ΖΗCΑΝΤΙ . Μ . ΙΗ . ΗΜΕΡ . Α . Ρ Ε.

ω . ΧΡ . Α . Apud Gruterum p. 1056. n. 2. initio Latini marmoris hae Notae reperiuntur: ibique ſacra ſolemnique formula *Chriſtum*, qui Ὠμεγα, & Ἄλφα dicitur, ſignificant. Ita prorſus apud Boldettum pag. 352. legitur

ω ☧ Α



Digitized by Google

HActenus Siglas omnes, numerales Notas, & ſi quae fuerint alia vocum compendia, quae in aereis, atque marmoreis Graecorum Tabulis, ſive ſacrae, ſive profanae illae ſint, obſervantur, alphabetica ſerie diſpoſui, indicatis ubique locis, quod me facturum promiſeram, Scriptoribus, ac Monimentis illis, ex quibus Notas ipſas excerpſeram. Ipſa tum quoque ſingulis, ſi earum obſcuritas, atque perplexitas patiebatur, interpretationes adieci; quarum quidem plurimas ex Scriptoribus aliis, qui hac in parte mihi praeluxerant, ac ubique merito nominantur, accurate ſelegi; plures autem alias ex ipſa Marmorum ſerie, verborumque contextu, aut certe ex melioribus coniecturis, quae in re difficili, miriſque interdum ambagibus impedita mihi ſubinde affulſerunt, ipſe omnium primus inveni. Denique plurima id genus eruditae Antiquitatis Monumenta, prout ipſa rerum affinitas, atque connexio poſtulabat, opportune illuſtravi; atque praeſertim voces innumeras, quae in Marmoribus luxatae, tranſpoſitae, corruptaeque fuerant, emendavi; varios errores, qui vel quadratarii, vel exſcriptorum, vel typothetarum incuria ac vitio in iis irrepſerant, expunxi; demum interpretationes etiam, & explicationes a Cl. Viris aliquando traditas ea, qua par fuerat, accuratione, & modeſtia in dubium revocavi, vel aperte quoque, ſi perſpicua ac certa ratio mihi ſuppeteret, improbavi. An autem ex voto mihi, animique ſententia res ceſſerit, riteque ſingula, atque accurate praeſtiterim, alii viderint. Non is profecto ego ſum, qui tantum ſperare, mihique temere polliceri nunc audeam, ut omnia feliciter expoſita, riteque conſtituta cenſeri debeant; atque in iis praeſertim, in quibus maxima obſcuritas perſpicaciores etiam ingenii vires eludere videbatur, ut doctiſſimi proinde Viri ingenue modeſteque teſtentur nihil propemodum certo coniici vel definiri poſſe, veram ipſe Notarum vim, verumque characterum valorem expreſſerim. Aliquam tamen apud ingenuos honeſtoſque rerum antiquarum cultores gratiam inire me poſſe confido, quod uberem hanc Notarum Graecarum ſeriem ex tot Scriptoribus, ac Monimentis una congeſſerim, interpretationes omnes a Cl. Viris expoſitas diligenter inveſtigaverim: ut facile proinde ſit acutioribus aliis, qui hoc pulcherrimo antiquae Eruditionis genere delectantur, eademque Antiquitatis Monimenta illuſtranda ſuſceperint, meliores deinde interpretationes invenire, novaſque etiam Siglas, & vocum compendia ceteris a me recenſitis adiicere. Tantum enim abeſt ut Notas omnes a me colligi, vel explicari potuiſſe exiſtimem; ut perſpicue potius experimento, aliorumque exemplo didicerim in Monimentis ipſis, quae non incurioſe ſemel iterumque perſpexeris, ſemper aliquid ſupereſſe, quod obſervari, atque in ſeriem antea contextam referri poſſe videatur. Itaque in hoc ipſo ſtudiorum genere id maximo optimoque iure uſurpari poſſe crediderim, quod in re leviſſima ab Auſonio dictum accepimus: *alius alio plura invenire poteſt, nemo omnia* [1]. Ac, ne cetera exempla vel argumenta ego proſequar, quae in *Praefatione* fuſius, atque opportunius expoſui, id unum obiter indicaſſe nunc iuverit quod abſoluta iam, typiſque commiſſa ſuperiori Notarum ſerie Siglae quaedam vel ex ineditis Schedis, vel ex ipſis etiam Scriptoribus repente mihi affulſere, quos iampridem ſerio diligenterque conſulueram: ut nullus proinde ego verear quin mihi, ceteriſque veterum Monumentorum ſtudioſis hactenus incognita, ac nova quaedam vocum compendia detegi, feliciterque exponi ſubinde debeant. Alteram hanc brevioremque Graecarum Notarum ſeriem, quae ſecundis, ut ita dixerim, curis, Appendicis inſtar, contexta fuit, eadem ipſa methodo, atque alphabetico ordine mox ſubiiciam. Interim vero Notarum hactenus inventarum, & explicatarum Indicem hic attexere, vel complecti libuit, ut univerſa demum illarum ſeries hic una diſpoſita, oculiſque fere ſubiecta videatur; adeoque, ſi cui fortaſſe in explorandis Graecis Marmoribus Nota quaedam occurrat, facile intelligi repente poſſit an illa a me recenſita, vel explicata iam fuerit; an vero potius mihi indicta cenſeri, ceteriſque adiungi illa debeat. Ducem hanc in parte ſequor eruditum hominem, atque de latinae Antiquitatis cultoribus egregie meritum Sertorium Vrſatum, qui de *Romanorum Notis* uberem illum Commentarium edidit, qui Eruditorum omnium manibus teritur, principemque locum in exponendis Latinarum vocum compendiis occupavit. Ille nimirum, cum ſingulas Romanorum Notas, quas in Marmoribus obſervavit, alphabetica ſerie digeſſiſſet, atque illarum interpretationes ex variis Scriptoribus adieciſſet, Notas ipſas ad Operis univerſi calcem breviori demum ſerie vel Indice, coronidis loco, ſubiecit; quae ſane concinnior, atque Cl. Maffeio [2] iudice utilior Notarum ſeries a Prideauxio poſt Oxonienſia Marmora recuſa fuit, ut Nieuportum, alioſque plures omittam, qui frequentiores Latinorum Notas ex hac ipſa Vrſati ſerie erudiendis praeſertim Adoleſcentibus explicarunt.

NO-

1 In Gryp. 2 De Siglis pag. 10.

Digitized by Google

# NOTARVM GRAECARVM
## I N D E X.

### A

| | |
|---|---|
| A | Ε'ς, μία, ἕν |
| * A. | Πρῶτος |
| * A. | Τὰ πρῶτον |
| * A̅. | Α῎παξ |
| * A. | Χίλια |
| A. | ὁ δεῖνα Δῆμος τῆς Α'ττικῆς |
| * A. | Α'πό |
| * A. | Α῎υλυ |
| A. | Α'υρήλιον |
| A. | Α῎λφα, vel Α'μήν |
| A. | Α'λωπεκεύς |
| A. | Α'υτοκράτορος |
| A̅. | Αὖλος |
| ΑΛΟΥΝ. | Α῎λυμνος |
| A.B.E.Δ.A.Λ Λ.A.Θ. | . . . . . . . |
| ABIΠC. | Α῎βιγις |
| A.B.K.Λ.∂. | . . . . . . . . |
| ΑΓ. | Α'γών |
| * ΑΓ. | Α'γία |
| ΑΓΑΤ. | Α'γαθάν |
| * ΑΓΓΕ. | Α'γγελεύς |
| * ΑΓΙΩ'. | Α'γιωτάτυ |
| * ΑΓΝ. | Α'γνύσιος |
| ΑΓΟΡΑΝ̊. | Α'γορανόμυ |
| ΑΔΕΛΦ. | Α'δελφόν |
| Æ pro Æ. | Πεντάκις χίλια |
| ΑΖΗΝΙ. | Α'ζηνίας |
| ΑΘΗΝ. | Α'θηναίυ |
| ΑΘΗΝΑΙ. | Α'θηναίυ |
| ΑΙ. | Αἴλιος |
| * ΑΙ. | Α'ιγεῖδαι |
| A. I. | Α'εμνήσῃ |
| A̅.I. | Τὸ ἑνδεκάτον |
| * ΑΙΘ. | Α'ιθαλίδων |
| * ΑΙΛ. | Αἴλιος |
| * ΑΙΜ. | Α'ιμιλία |
| * ΑΙΞΟ. | Αἰξωνεύς |
| ΑΚΥΛ. | Α'κύλιος |
| ΑΛ. | Α'λωπεκεύς |
| ΑΛΕ. | Α'λεξανδρεύς |
| ΑΛΥΠ. | Α'λυπίυ, vel Α'λυπιάνυ |
| * ΑΛΦ. | Α'λφηνόν |
| ΑΛΩ. | Α'λωπεκεύς |
| ΑΜ. | Α'μέρων, ſive κΑὶ Μηνῶν |
| ΑΜΜ. | Α'μμονίυ |
| * ΑΝΑΕΓΓΡΑΦ. | Α'νάεγραφέντι |
| * ΑΝΕΘ. | Α'νέθηκε |
| ΑΝΕΘΗ. | Α'νέθηκε |
| ΑΝΕΘΗΚ. | Α'νέθηκε |
| ΑΝΕΜΟΥ. | Α'νεμυρίυ |
| ΑΝΕΠ. | Α'νεπαύσατο |

| | |
|---|---|
| * ΑΝΤ. | Α'ντώνιον |
| ΑΝΤΑΓΩΝΙCΤ. | Α'νταγωνίςας |
| ΑΝΤΙΘΗΣ. | Α'ντίθησι |
| ΑΝΤΙΣΤΡΑ. | Α'ντιςρατήγον |
| ΑΝΤΩΝΙ. | Α'ντωνίνυ |
| ΑΟΥ. | Α'νθυπάτυ |
| ΑΠ. | Α'πολλωνιεύς |
| ΑΠ. | Α'ππίυ |
| * ΑΠΕ. | Α῎ππιος, vel Λύκιος Γέλλιος |
| * ΑΠΕΛ. | Α'πελευθέρῳ |
| ΑΠΕΛΕ. | Α'πελευθέροις |
| ΑΠΕΛΕΥ. | Α'πελεύθερος |
| ΑΠΕΛΕΥΘ. | Α'πελεύθερος |
| ΑΠΕΛΕΥΘΕΡ. | Α'πελεύθερος |
| ΑΠΕΛΛΙΔ. | . . . . . . . . . . |
| * ΑΠΙ. | Α'πίοντος |
| * ΑΠΟΛ. | Α'πολλωνιεύς |
| ΑΠΟΛ. | Α'πολλωνίυ |
| * ΑΠΟΛΛΙΑΡ. | Α'πολλινάρις |
| * ΑΠΡ. | Α'πρειλίων |
| ΑΠΡΕΙ. | Α'πρειλίων |
| ΑΠΡЄΙΛ. | Α'πρειλίυ |
| ΑΡΑΒ. | Α'ραβίκυ |
| ΑΡΙ. | . . . . . . . |
| ΑΡΙΣ. | Α'ριςομήδης |
| ΑΡΚ. | Α῎ρκαμ |
| ΑΡΚΑΔ. | Α'ρκαδίῳ |
| ΑΡΤΕΜΩ. | Α'ρτέμωνος |
| ΑΡΧ. | Α῎ρχων, vel Α῎ρχοντες |
| ΑΡΧΙΕΠΙCΚ'. | Α'ρχιεπισκόπυ |
| ΑΡΧΙΣ. | Α'ρχοντος |
| ΑΤΟΙΣ. | Ἑαυτοῖς |
| ΑΥΓ. | Α'υγύςων |
| ΑΥΓ. | Α'υγύςυ |
| ΑΥΓΟΥC. | Α῎υγυςος |
| A̅Y̅P̅. | Α'υρήλιον |
| * ΑΥΡ. | Α'υρήλιος |
| ΑΥR. | Α'υρήλιος |
| ΑΥΡΕ. | Α'υρελίῳ |
| ΑΥΡΕΛ. | Α῎υρέλιος |
| ΑΥΡΗΛ. | Α'υρήλιον |
| ΑΥΡΣ. | Α'υρήλιος |
| * ΑΥΤ. | Α'υτοκράτορι |
| ΑΥΤΟΚ. | Α'υτοκράτορος |
| ΑΥΤΟΚΡΑΤ. | Α'υτοκράτορα |
| * ΑΦΙ. | Α'φιδναῖος |
| * ΑΦΛ·ΦASC. | Φλαβίυ Α'ριοβίνδυ Φλαβίου Α῎σπαρος |
| ΑΦΡΟΔΕΙ. | Α'φροδείτυ |
| ΑΦΡΟΔΙCΙ. | Α'φροδισιάδος |
| * ΑΧΑΡ. | Α'χαρνεύς |
| Α ☧ Ω. | Α῎λφα & Ω'μέγα |



Notae, quibus Aſteriſcus * praefigitur, in Cl. Maſſeii Opere, vel Siglarum recenſione reperiuntur.

Digitized by Google

## B

| | |
|---|---|
| **B.** | Δύο |
| * B. | Δεύτερος |
| * B. | Τὸ δεύτερον |
| B̄. | Τὸ δεύτερον |
| B. | Δίς |
| * B. | Δισχίλια |
| * B. | . . . . . . . |
| B. | . . . . . . . |
| B. | . . . . . . . |
| -B. | Βενεφικιάριος |
| * B̄. | f. Δευτεραίᾳ |
| * B. | Βȣλή |
| ΒΑΣΙΛ. | Βασιλεῖ |
| ΒΑΣΙΛΕΟΔΩ. | Βασιλεόδωρος |
| ΒΑΣΙΛΙ. | Βασιλικῷ |
| * Β.Δ. | Βȣλῆς Δόγματι |
| * ΒΕΝΕΦ. | Βενεφικιάριος |
| * ΒΕΡ. | f. Βερενικίδης |
| * ΒΗΣ. | Βησαιεύς |
| ΒΗΣΑΙΕ. | Βησαιεύς |
| Β.Η.ΣΕΤ. | Ε'υσεΒΗΣ Ε'Τυχής |
| * ΒῙ. | Τὸ δωδέκατον |
| ΒΙC. | Βίσωμον |
| Β.Κ.Μ. | f. Βετέρανος Κλάσσις Μισηνάτις |
| ΒΡΙΤ. | Βριτάννικον |
| ΒΥΒΛΟ̄. | Βίβυλον |

## Γ

| | |
|---|---|
| **Γ.** | Τρεῖς, τρία |
| Γ. | Τρίτος |
| * Γ. | Τὸ τρίτον |
| Γ. | Τρὶς |
| Γ. | Τρισχίλια |
| * Γ. | Γερȣσίας |
| * Γ. | Γαίȣ |
| * ΓΑ. | Γαΐον |
| ΓΑΓΗ. | Γαληρίᾳ |
| * ΓΑΡ. | ) |
| ΓΑΡΓΗ. | ) Γαργήττιος |
| ΓΑΡΓΗΤ. | ) |
| ΡΑΡΓΗΤΙ. | ) |
| ΓΒ. | Γαβριὴλ |
| * ΓΕ. | . . . . . . . |
| ΓΕ. | Γέλλιος |
| ΓΕΓΡ. | Γεγραμμένȣ |
| * ΓΕΛΛ. | Γέλλιος |
| ΓΕΡ. | Γερμάνικον |
| * ΓΕΡΜ. | Γερμάνικον |
| ΓΕΡΜΑΝΙΚ | Γερμάνικον |
| ΓΗ. | Τῇ |
| ΓΛΠΡ. | f. Τρίτȣ καὶ τριακοστȣ̃ |
| * ΓΝ. | Γναῖος |
| ΓΝΑΙ. | Γναῖος |
| * ΓΝΗΣ. | Γνησίῳ |
| * ΓΟΡ. | Γορπιαίȣ |
| * ΓΡ. | Γραμματεύς |
| * ΓΡΑ | Γραφεύς |
| * ΓΡΑΦ. | Γραφομένῳ |

## Δ

| | |
|---|---|
| **Δ.** | Τέσσαρα |
| * Δ. | Τέταρτος |
| * Δ. | Τὸ τέταρτον |
| Δ. | Τετράκις |
| * Δ. | Δέκα |
| Δ. | Διονυσίȣ |
| Δ. | Interpunctio |
| ΔΑΙΜΟΝ. | Δαίμονος |
| * Δ.Ε. | Δημαρχικῆς Ε'ξȣσίας |
| ΔΕΙ. | Δίες |
| * ΔΕΙΡ. | Δειραδιώτης |
| ΔΕΚ. | Δεκεμβρίων |
| ΔΕΚΕΝΒΡΙ. | Δεκεμβρίας |
| ΔΗΜΑΡΧΙΚ. | Δημαρχικῆς |
| * ΔΕΣC. | Δεσπότȣ |
| ΔΕΣΠ̄Π̄. | Δεσποτῶν |
| * ΔΗ. | Δηίφοβος |
| ΔΗΜΟC. | Δημόσια |
| ΔΗΝΑΡ. | Δηναρίοις |
| ΔΙΔ. | Διδύμης |
| ΔΙΟΚΛ. | Διοκλέȣς |
| * ΔΙΟΝ. | Διονυσίȣ |
| ΔΙΟΣΚΟΥΡ. | Διοσκȣρίδȣ |
| ΔΙΟΣΚΟΥΡ. | Διοσκȣ́ρων |
| Δ.Μ. | Δὶς Μανίβȣς |
| * Δ.Μ.Σ. | Δὶς Μανίβȣς Σάκρȣμ |
| Δ.Ν.ς. | . . . . . . |
| Δ̄ | . . . . . . |
| Δ.Τ. | Δὶς τῷ |
| Δ.Τ̄Κ | Τετάρτῃ Τῇ |

## E

| | |
|---|---|
| **E.** | Πέντε |
| Ε. | Πέμπτος |
| Ε. | Τὸ πέμπτον |
| Ε. | Πεντάκις |
| Ε. | Ε'τῶν |
| Ε. | Ε'ς |
| Ε. | Ε'ποιεῖ, ſeu Ε'πόιησε |
| Ε. | Ετ |
| Є. | Єνθάδε, vel Єκοιμήθη |
| ΕΒΔ. | Ε'βδόμȣ |
| * ΕΓΝΑΤ. | Ε'γνάτιον |
| ΕΔ. | Εἰδῶν |
| ΕΔΙ. | Η' τεσσαρες καιδεκατάια |
| ΕΔΩ. | Ε'ξ Ω'ίȣ |
| * ΕΖ. | Ε'ζησεν |
| * ΕΖΗ. | Ε'ζησεν |
| * ΕΙ | Εἰδῶν |
| * ΕΙΔ. | Εἰδῶν |
| ΕΙ ΘΥ. | f. Ε'ν Ιρήνῃ Θεȣ̃ |
| ΕΙΝΑ. | Χείλια |
| ΕΙΣΙΔΩΡ. | Εἰσιδώρȣ |
| ΕΚ. | Ε'κοιμήθη |
| * Ε̄ΚῙ. | Πέντε καὶ δέκα |



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| * ΕΚΚΗ. | Ε'κ Κηδῶν |
| * ΕΚΚΟΙ. | Ε'κ Κοίλης |
| ЄΚΟ. | Є'κοιμήθη |
| ΕΚΤ. | Ε'κ τῆς |
| ΕΤ̄Κ. | Ε'κ τῶν |
| * ΕΛΕΤ. | Ε'λεύθερος |
| * ΕΜ. | Ε'μβόλιμος. |
| * ΕΝ. | Ε'νεκα |
| ΕΝ. | Ε'νθάδε |
| ЄΝΘ. | Є'ν Θεῷ, vel Є'νθάδε |
| ЄΝΙ. | Μηνί |
| ЄΝΟΙΡΝ. | Ε'ν εἰρήνη |
| ΕΞ. | Ε'ξ |
| * ΕΞΑΙΘ. | Ε'ξ Αἰθαλίδων |
| * ΕΞΕ. | Ε'ξάμηνον |
| * ΕΞΕΠΙΤΑΓΜ. | Ε''ξ επιταγῆς. |
| * ΕΞΟΙ. | Ε'ξ Οἴυ |
| ΕΞΤC | Ε'ξυσίας |
| * ΕΠΙΕΙΚ. | Ε'πιεικίδης |
| * ΕΠΙC. | Ε'πίσκοπος |
| ΕΠΙΣΚ. | Ε'πισκόπυ |
| ΕΠΙΣΤ. | Ε'πιςάτης |
| ΕΡΓΑ. | Ε''ργασε |
| ΕΡΕΝ. | Ε'ρέννιον |
| * ΕΡΕΝΝ. | Ε'ρέννιος |
| * ΕΡΙ. | Ε'ρικαιεύς |
| ΕΣΤΙΑΙ. | Ε'ςιαίυ |
| * ΕΤ. | Ε'τῶν |
| ЄΤЄ. | Ε'τελευτα, ſive Ε'τελευτησε |
| * ΕΤΕΛ. | Ε'τελεύτησεν |
| * ΕΤΔΑΙΜ. | Ε'υδαίμονος |
| ΕΤΗΓΗΝ̄. | ....... |
| ЄΤΘΜ. | Ε'πιθυμητῷ |
| ΕΤΟ. | Ε'υόδιος |
| ΕΤΠ. | ....... |
| * ΕΤΠΤ. | Ε'υπυρίδης |
| * ΕΤΣ. | Ε'υσέζη. |
| * ΕΤC. Κ. | Ε'υσεβείας Χάριν |
| * ΕΤΧΑ. | Ε'υχαρίδυ |
| ΕΦΛ. | Τ. Φλαούιος. |
| ΕΧΠΛΩΡ. | Ε'ξπλωρατόρων |
| ΕΧΤΟ̄. | Ε'χαρίσατο, Ε'χώσατο |


ϛ


| | |
|---|---|
| ϛ. | Ε''ξ |
| ϛ. | Τὸ ἕκτον |
| ϛ̄. | Τὸ ἕκτον |
| ϛ. | Ε'ξάκις |
| ϛ. | Ε'ξάκις χίλια. |
| ϛ. | Signum interpunctionis |


Z


| | |
|---|---|
| * Z. | Ε'πτά |
| Z. | Ε''βδομος |
| Z̄. | Τὸ ἕβδομον |
| Z Ƶ. | Ε'ξήκοντα |
| * Z. | Ε'πτάκις χίλια |
| * Z. | Ζήσαντι |
| * ΞΗ. | Ζήσας |
| * ΖΗΙ | Ζήσας |
| ΖΗΣΑΝ. | Ζήσαντι |
| ΖΝΤΑΣ. | ....... |
| ZC. | Διακόσια ϵ ἑπτά |


H


| | |
|---|---|
| * H. | Ο'κτώ |
| Η. | Ο''γδοος |
| Η. | Τὸ ὄγδοον |
| * Η. | Η'κατόν |
| * Η̄. | Τὸ ὄγδοον. |
| * Η. | Η'μέρας |
| Η̄. | Η'μέρων |
| Ħ. | Η'μέρας |
| Ψ̄. | Η'μέρας. |
| Ḿ. | Η'μέρας. |
| * ΗΓΕΜΟ. | Η'γεμόνι. |
| ΗΖΗC. | Ε''ζησεν |
| Η̄Η̄ΖΙΟΙΝ. | Η'ξίων |
| ΗΗΩ. | Η'τῳ |
| ΗΚΕΡΗ. | Η'μέρας Η. |
| * ΗΜ. | Η'μῶν. |
| ΗΜ. | Η'μέρας. |
| ΗΜΕ. | Η'μέρας. |
| * ΗΜΕΜΙΣΘ. | Μεμισθωμένων |
| ΗΜΕΡ. | Η'μέραις |
| ΗΜΗΡ. | Η'μέρων |
| ΗΜΤCΤ. | Η'μέρων ἕξ |
| ΗΡΑ. | Η'ρακλευπόλεως |
| ΗC. | Η'ν Cρίςῳ |
| ΗΤϛ. | Η''ττονα ἑξάκις |


Θ


| | |
|---|---|
| * Θ | Ε'ννέα |
| Θ. | Ε''ννατος |
| * Θ. | Τὸ ἔνατον |
| Θ. | Θήκατο |
| Θ. | Θεά |
| * Θ. | Θυγάτηρ |
| Θ. | Θάνοντα |
| ΘΕ. | ΘΕ. .... |
| ΘΕ. | Θεοῖς |
| * Θ. Ε. | Θεοῖς Ε'πιχωρίοις. |
| ΘΕΑΜΑ. | Θεᾷ Μαγαρσίσι. |
| ΘΕΟΦΑΝΕΣΤ. | Θεοφανεςάτυ. |
| ΘΕΟΦΙΛΕC. | Θεοφιλεςάτυ. |
| Θ. Η. | Θεοῖς Η''ρωσιν. |
| ΘΗ. | Θανέση |
| * ΘΚ. | Θεοτόκος |
| * Θ. Κ. / Θ. ΚΑ. / Θ. ΚΑΤ. | Θεοῖς Καταχθονίοις |
| ΘΚΟΝ. | Θεοτόκον |
| ΘΚΟΤ. | Θεοτόκυ |
| Θ ΚΤ. | Θεοῖς Καταχθονίοις. |
| * ΘC. | Θεός |
| * ΘC ΚΑ. | Θεοῖς Καταχθονίοις |
| Θ ΚΧ. | Θεοῖς Καταχθονίοις |
| * ΘΤ. | Θεῦ |


* ΘΤ.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| * ΘΥ. | Θυγατρός |
| ΘΥΓΡΙ. | Θυγατρί |
| ΘΥΓΑΤ. | Θυγατρί |
| ΘΩ̃. | Θεῷ |

I

| | |
|---|---|
| * I. | Εἷς |
| * I. | Δέκα |
| I. | Δέκατος |
| I. | Τὸ δέκατον |
| I. | Καί. |
| I. | Ἱερᾶς |
| ĪA. | f. Φηγαιεύς. |
| IAI. | Γαῖος |
| IAN. | Ἰανουαρίου |
| ΙΑΡΑΚΑΤΙ. | Παρακατατίθεται. |
| ΙΑΤΤ. | Κάτθανε |
| ΙΔΙ. | Ἰδίῳ |
| ΙΜΟΚΡΑ. | Τιμοκράτους |
| ΙΜΡ. | Ἰμπεράτωρ |
| * ΙΝΔ. | Ἰνδικτίωνι |
| ΙΝΙ (Δ above) | Ἰνδικτίωνος |
| ΙΝΔ'. | Ἰνδικτίωνος |
| ΙΟΥ. | Ἰουνίας |
| * ΙΟῩ. | Ἰουλίου. |
| ΙΟΥΛ. | Ἴουλιος |
| ΙΟΥΝ. | Ἰουνίων |
| ΙΡ. | Ἱερεύς. |
| ΙC. | Ἰν εἰρήνῃ |
| ΙΣ. | Ἰσελαστικά |
| ΙC. (mark above) | Ἰησοῦς |
| ΙΣ. | Ἰησοῦς. |
| ΙΣΘ. | Ἰσθμίων |
| ΙCΙ. | Ἴσιδι |
| ΙΣΙΔΩΡ. | Ἰσιδώρου |
| * ΙΤΕΑ. | Ἰτεαῖος |
| ΙΧΘΥC. | Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς |
| C. | Cωτήρ |
| Ι.Χ.Θ.Υ.C.Ν. | Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Νικᾷ |
| * ΙΩ. | Ἰωάννης |
| ΙΩΝ. | Ἰωνίας |
| ΙΩ̃Υ. | Ἰωάννου |

K

| | |
|---|---|
| * K. | Εἴκοσι |
| * K. | Καῖσαρ |
| * K. | Κάτθανε |
| K. | Καταχθονίοις |
| K. | Καί |
| K. | Κουίντῳ |
| K. | Κλαυδίου |
| K. | Κώμη |
| K. | Καῖος |
| * K. | Καί |
| * K. | Καί |
| * K. | Καί |
| * K. | Καί |
| * K̄. | Κατά |
| KA. | Καί |
| KA. | Καταχθονίοις |
| * KA. | Καλανδῶν |
| * KA.ΔA. | Κατὰ Δανιήλ |
| KAI. | Καίσαρι |
| KAI. | Κάτθανε |
| * KAĪNC. | Καίνισε |
| ΚΑΙΣ. | Καίσαρα |
| ΚΑΙC. | Καῖσαρ |
| ΚΑΛ. | Καλπέων |
| * ΚΑΛ. | Κάλλιστον |
| * ΚΑΛ. | Καλανδῶν |
| ΚΑΛΑ. | Καλανδῶν |
| ΚΑΛΑΝ. | Καλανδῶν |
| ΚΑΛΑΝΔ. | Καλανδῶν. |
| ΚΑΛΗ. | Καλήνιον |
| * ΚΑΛΟΚ. | Καλοκαγαθοί |
| ΚΑΛΠ. | Καλπουρνίῳ |
| ΚΑΠΠ. | . . . . . . |
| * ΚΑΣΙ. | Κασίου |
| ΚΑΤ. | Κάτθανε |
| ΚΑΤ. | Καταχθονίοις |
| * ΚΑΤ. | Κατοικοῦντες |
| ΚΑΤΑ. | Καταχθονίοις |
| * ΚΑΤΑΘ. | Κατάθεσις |
| ΚΑΤΑΧ. | Καταχθονίοις |
| ΚΑΤΑΧΘ. | Καταχθονίοις |
| * ΚΑΤΘ. | Κατάθεσις |
| * Κ.Β. | Κελεύσματι βουλῆς |
| ꝁЄ. | Καί |
| ΚЄ. | Καί |
| ΚΕ. | Καί |
| * Κε. | Κύριε |
| K̄ Ē. | Κύριε |
| * ΚΕΦ. | Κεφαλῆθεν |
| * ΚΗ. | Κηδῶν |
| * ΚΗΔ. | Κῆδος |
| * ΚΗΦ. | Κηφισιεύς |
| ΚΗΦΕΙΣΗΙ. | Κεφισιεύς |
| Κ.Θ. | Καταχθονίοις θεοῖς |
| ΚΙ. | Κῖται |
| * ΚῙ Β̄. | Κατατίθεται δευτεραίᾳ |
| ΚΛ. | Καλανδῶν |
| * ΚΛ. | Κλαύδιος |
| ΚΛΑΖ. | Κλαζομένιον |
| ΚΛΑC | Κλάσσις |
| ΚΛΑΥΔ. | Κλαύδιος |
| ΚΛΕΟΞΕΝ. | Κλεοξένου |
| ΚΛC. (mark above) | . . . . . . . |
| * ΚΝ. (ΕΟΕ below) | . . . . . . . |
| * ΚΝΘ. | . . . . . . . |
| * ΚΟ. | Κοίντος |
| ΒΟΒΡ. | Κόβρεος |
| * ΚΟΙ. | Κοίλης |
| * ΚΟΛ. | Κολλυτεύς |
| * ΚΟΜΝ. | Κομνήνου |
| * ΚΟΟΡ. | Κόορτος |
| ΚΟΡΝΗ. | Κορνήλιον |
| ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ. | Κορνηλιάνου |
| * ΚΟC. | Κονσουλίβους |

ΚΟΩΡΣ

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| ΚΟΩΡΣ. | Κόωρτος |
| Κ Π. | Κελεύσματι Πόλεως |
| ΚΡΑΟΥ. | Κρατίςυ Ἀνθυπάτυ |
| * ΚΡΑΤ. | Κράτιςον |
| ΚΡΙΣ. | Κρίσεος |
| * ΚC. | Κύριος |
| ΚC̄. | Κυρίῳ Σωτῆρι |
| ΚS. | Ἕκτη ϗ εἰκοςῆ |
| ΚCΝ. | Ἐικοςήν |
| * ΚΤ. | Καί |
| * ΚΤ. | Κυριακή |
| * ΚΤΔΑ. | Κυδαθηναιεύς |
| * ΚΤΘ. | Κυθήριος |
| * ΚΤΡ. | Κυρείνα |
| ΚΦΚΑ. | ϚΦΚΑ. |
| Κ.ΦΡ. | Κελεύσματι Φρατρίας |
| * Κ.Χ. | Κοινοῖς Χρήμασιν |
| Κ. | Κώμη |
| Ι. | Κώμη |
| ΚΩ. | Κώμης |
| ΚΩΡΑΤΛ. | Κωραύλης |
| * ΚΩC. | Κωνσυλίβυς |

## Λ

| | |
|---|---|
| Λ. | Τριάκοντα |
| * Λ. | Τριακοςός |
| L. | Πεντήκοντα |
| * L. | Λυκάβας |
| Λ. | Λυκάβας |
| Λ. | ....... |
| L. | Λύκιον |
| Λ. | Δῆμος τῆς Ἀττικῆς |
| Λ. | ....... |
| * Λ. | Λύκιος |
| L. | Λύκιος |
| Λ. | Λοιπά |
| ΛᾹΔΙΚΤC. | Λαοδικεύς |
| ΛΑΚΙ. | Λακιάδων |
| * ΛΑΜ. | Λαμπροτάτυ |
| ΛΑΜΠ. | Λαμπρεύς |
| ΛΑΜΠΡ. | Λαμπροτάτυ |
| ΛΑΜΠΡΟΤΑΤ. | Λαμπρότατον |
| ΛΓΕ. | Λύκιος Γέλλιος |
| * ΛΕΓ. | Λεγιῶνος |
| * Λ.ΕΓΝΑΤ. | Λ. Ἐγνάτιον |
| * Λ̄ΕΡΕΝ. | Λ. Ἑρέννιον |
| ΛΕΤ. | Λευκίυ |
| * ΛΕΤΚ. | Λευκονιεύς |
| ΛΕΥΡΟΝ | Λευκίυ Υἱόν |
| * ΛΕΩ̄ΝΙ | Λεωνίδυ |
| ΛΗΚΛΙΟΔΗ. | βυλὴ ϗ ὁ δῆμος |
| * ΛΙΒ. | ....... |
| ΛΙΒΑΝ. | Λίβανος |
| ΛΟ. | Λούκιος |
| ΛΟΔΙΚΕΤΙ. | Λαοδικεῖ |
| ΛΟΤ. | Λουκίυ |
| * ΛΟΤΔ. | Λῦδι |
| ΛΟΤΣΙ. | Λυσιεύς |
| ΛΤΣ. | Λυσανίας |
| ΛΤΣΑ. | Λυσανίυ |
| L.V.FA. | ...... |

## Μ

| | |
|---|---|
| * Μ. | Τεσσαράκοντα |
| * Μ. | Μυρίας |
| Μ. | Μῆνας |
| * Μ. | Μάρκος |
| Μ̄. | Μάρκον |
| * Μ. | Μνημεῖον |
| * Μ. | Μηνῶν |
| Ꙧ. | Μῆνας |
| * Μ. | Μνήμης |
| Μ. | ....... |
| Μ. | Πρό |
| * Μ (Α above) | Μνᾶς |
| * Μ (Η above) | Μηνῶν |
| Μ (Τ above). | Μνᾶς |
| ΜΑ. | Ματρί |
| ΜΑ. | Μαγαρίδι |
| * ΜΑΓΝ. | Μαγνήτων |
| ΜΑΙ. | Μαΐων |
| ΜΑΚΕΔ. | Μακεδόνων |
| * ΜΑΚΕΔΟΝ. | Μακεδονίας |
| ΜΑΝΓΟΝ. | Μανγόνων |
| ΜΑΡ. | Μαρτίων |
| ΜΑΡ. | Μάρκος |
| * ΜΑΡ. | Μαραθώνιος |
| * ΜΑΡΑ. | Μαραθώνιος |
| * ΜΑΡΑΘ. | Μαραθώνιος |
| * ΜΑΡΚ. | Μαρκέλλου |
| ΜΑΡΤ. | Μαρτίων |
| ΜΑΡΤΤΡ. | Μάρτυρες |
| * ΜΑΤ. | Ματυτίνυ |
| ΜΑΤΡΙΝ. | Ματρινία |
| ΜΒ. | ....... |
| * ΜΕ. | ...... |
| ΜΕ. | Μενῶν |
| ΜΕ. | ....... |
| * ΜΕ. | Μέγιςον |
| ΜΕΓ. | Μέγιςον |
| ΜΕΓΙΣΤ | Μέγιςον |
| ΜΕΛ. | Μελιτεύς |
| * ΜΕΛΙ. | Μελιτεύς |
| ΜΕΛΙΤ. | Μελιτεύς |
| ΜΕΛΙΤΙΝ | ....... |
| * ΜΕΜ. | Μέμμιος |
| ΜΕΜΜ. | Μέμμιος |
| ΜΗ. | ....... |
| ΜΗ. | Μῆνας |
| * ΜΗΝ. | Μηνῶν |
| ΜΗ̄ΡΟΠΟΛ. | Μητροπόλει |
| ΜΗΣ. | Μὴν, vel μείς |
| ΜΗC. | Μνήμης |
| ΜΗΤ. | Μητήρ |
| ΜΗΤΡΟΔ. | Μητροδώρυ |
| ΜΙΘΡ. | Μίθρᾳ |
| ΜΝ. | Μῆνας |
| ΜΝΕΑΣ. | Μνείας |
| ΜΝΗ. | Μνήμης |
| ΜΝΗ. | Μνημεῖον |
| ΜΝΗΜ. | Μνήμης |
| ΜΝΗC. | Μνήμης |
| ΜΝΙΑC. | Μνείας |
| ΜΝΟC. | Μηνός |

| | |
|---|---|
| MON. | Μονηταρίων |
| ΜΟΣΧ. | Μόσχυ. |
| ΜΠΗ. | . . . . . . . |
| M̄—P̄. | Μητρ |
| MP. | Μήτηρ |
| MΣ̄. | Μῆνας |
| M̄Σ. | Μάρτυρες |
| MCT^P ACI. | Ἡμέρας δέκα |
| * MTPI. | Μυῤῥινέσιος |
| MX. | Μιχαήλ |
| * M.X. | Μνήμης Χάριν |
| **N.** | N |
| * N. | Τρεισκαίδεκα |
| N. | Πεντήκοντα |
| NAΘ. | Νώνων |
| * N. | Ναιῶνε |
| * NE. | Νικηφόρος |
| N̄E. | Νεώτερος |
| N^E. | |
| * NEAΠΟΛ. | Νεαπολίτης |
| NEOKOΥ. | Νεωκόρυ |
| * NEΩ. | Νεωκόρος |
| * NI | Νικήσας |
| NIB. | Ἰνδικτιῶνος |
| NOB. | Νοβεμβρίων |
| NOBEMBP. | Νοβεμβρίων |
| NOEMB. | Νοεμβρίας |
| * N̄P. | Νεώτερος |
| * NΩ. | Νῶνας |
| * NΩ. | Νοεμβρίυ |
| NΩN. | Νώνων |
| **Ξ.** | Ξ |
| ΞΥΣΤΑΡΧ. | Ἑξήκοντα |
| | Ξυστάρχην |
| **O.** | Ο |
| O. | Ἑβδομήκοντα |
| * OI. | Ἑβδομηκοστὸς |
| OIKAT. | Οἴυ |
| | Οἱ Κατοικοῦντες |
| OKTB. | Ὀκτωβρίων |
| OKTΩBP. | Ὀκτωβρίων |
| ONHΣIM. | Ὀνησίμυ |
| * OΥAΛ. | Οὐαλήριου |
| OΥIΓIΛ. | Οὐιγίλων |
| * OΥΛ. | Οὔλπιος |
| OΥΛΠ. | Οὐλπίυ |
| OΥPAN. | Οὐρανίῳ |
| * **Π.** | Π |
| Π. | Πέντε |
| ⁘ \|Δ\|. | Ὀγδοήκοντα |
| Γ̄. | Πεντήκοντα |
| \|Η\|. | Πεντήκοντα |
| Π. | Πεντακόσια |
| Π. | Πρό |
| * Π. | Πόδες |
| * \|Η\|. | Πόβλιος |
| * \|Χ\|. | Πεντακόσια |
| | Πεντάκις χίλια |

| | |
|---|---|
| Π. | Δῆμος τῆς Ἀττικῆς |
| Π'. | Δῆμος |
| ΠΑ. | Πόβλιος Αἴλιος |
| ΠΑ. | f. Παλαιολόγυ |
| * ΠΑΙ. | Πόβλιος Αἴλιος |
| * ΠΑΙΑ. | Παιανιεύς |
| * ΠΑΙΟ. | Παιωνίδης |
| ΠΑΙΟΝΙ. | Παιωνίδης |
| * ΠΑΛ. | Παλατίνα |
| * ΠΑΛ. | Παλληνεύς |
| ΠΑΛΛΗ. | Παλληνεύς |
| ΠΑΜΦΙΛ. | Πάμφιλος |
| ΠΑΝΚΡ. | Παγκράτιον |
| ΠΑΝΤ. | Πάκτων |
| ΠΑΠ. | . . . . . . . |
| ΠΑΠΙΡ. | Παπιρίυ |
| ΠΑΡΑΚΑΤΙ. | Παρακατατεθεῖται |
| * ΠΑΡΑΜΙΘ. | Παραμυθίαν |
| ΠΑΡΑΣΚΕΥ. | Παρασκευῆς |
| * ΠΑΡΗΣ. | Παρῆσαν |
| * ΠΑΡΘ. | Πάρθικον |
| ΠΑΡΟ. | Παροδεῖται |
| ΠΑΡΟΔΟΙΙ. | Παροδεῖτα, vel Παροδᾶται |
| ΠΓΘΟΝ. | Παναγίαν Θεοτόκον |
| ΠΔ. | Πόδας |
| * ΠΕ. | . . . . . . . |
| * ΠΕΙ. | Πειραιεύς |
| * ΠΕΙΡ. | Πειραιεύς |
| ΠΕΝΤ. | Πένταθλον |
| ΠΕΡΓΑΣΗΘ. | Περγασῆθεν |
| * ΠΕΡΙΒΛ. | Περιβλήττου |
| ΠΗ. | Πήλεξ |
| ΠΙΒ. | HIB |
| ΠΙΤΘΕΥ. | Πιτθεύς |
| ΠΛΑ. | Πλάτος |
| * ΠΛΑΤ. | Πλάτος |
| ΠΛΙΛΙΑ. | Παλιλία |
| Π̊. | Πόβλιος |
| * \|Ο\| | Πόδες |
| \|Ο\|. | Πόλιος |
| \|Ο\|. | Πόβλιον |
| * Π̄Ο. | Πόβλιος |
| ΠΟ. | . . . . . . |
| * ΠΟΔ. | Ποδῶν |
| ΠΟΛΥΜΝΗ. | Πολυμνήσυ |
| * ΠΟΜ. | Πομπεῖος |
| ΠΟΜΠΕΙ. | Πομπείῳ |
| ΠΟΜΠΟΝ. | Πομπώνιον |
| ΠΟΜΠΩ. | Πομπώνιον |
| * ΠΟΠ. | Ποπιλίου |
| * ΠΟΡΙ. | Ποριεύς |
| * ΠΟΣ. | Ποσειδεῶνος |
| ΠΟΣΤΟΥΜ. | Ποστύμιος |
| Π.Π. | . . . . . . . |
| * Π.Π. | Πατρὶ Πατρίδος |
| Π. ΠΑΤ. | Πατέρα Πατρίδος |
| Π^P. | Πρό |
| PΙ. | Πρό |
| Π̄^P. | Πρεσβύτερος |
| * ΠΡ. | Πρό. |
| ΠΙ. | Πρό. |
| ΠΡ. | Προγεγραμμένων |
| ΠΡ. | |

ΠΡ.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| ℞. | Πρίμα |
| ΠΡ. | Πατήρ. |
| ΠΡΑΙΤΩΡ. | Πραιτωρίας |
| ΠΡΑΙΦΕΚΤ. | Πραίφεκτῳ |
| * ΠΡΕ. | Πρεσβύτερος |
| * ΠΡΕΣΒ. | Προσβευτήν |
| ΠΡΙΜΙΓ. | Πριμιγήνιος |
| ΠΡ. | Πρὸ |
| ΠΟ. | Πρὸ |
| * ΠΡΟΓΕΓΡ. | Προγεγραμμένη |
| ΠΡΟ ΓΙ. | Προάγει |
| ΠΡΟΞΕΝ. | Προξένω |
| ΠΡΟΣΑΓΡ. | Προσαγραῖος |
| ΠΡΟΤ. | Πρώτης |
| ΠΡS. | Πέτρος |
| ΠΣΡΓΕΕ. | Ὑπὲρ γῆς |
| * Π.Τ. | Πορίσαντες Τόπον |
| * Π.Τ.ΑΙΜ. | Πούβλιου Τίτος Ἀιμιλίῳ |

# Ρ

| | |
|---|---|
| Ρ. | Ἑκατόν |
| Ρ. | Πόπλιος |
| * ΡΑ. | Ραβίριος |
| ΡΙΓ. | Ἑκατοςὸς καὶ τρισκαιδέκαταιος |
| Ρ.Ν.Ζ. | Ἑκατοςοῦ πεντηκοςοῦ καὶ ἑβδόμου |
| ΡΝΣΤ. | Ἑκατον πεντήκοντα καὶ ἕξ |
| ΡΟΗ. | Ἑκατοςοῦ καὶ ἑβδομηκοςοῦ ὀγδόου |
| ΡΟΥΦΕΙΝ. | Ῥουφείνῳ |
| ΡΡΙΩΝ. | Ὀκτοβρίων |
| ΡΥΘΗΝ. | Ῥουφίνῳ |
| * ΡΩΜ. | Ῥωμαῖος |
| ΡΩΜΥ. | Ῥωμαίου |

# Σ

| | |
|---|---|
| * S. Σ. C. | Ἕξ |
| * Σ. | Ἕκτου |
| * Σ. | Διακόσια |
| * C. | Διακοσιοςοῦ |
| C | . . . . . . |
| C. | Σύμβιος |
| C̄. | Πέντε |
| S. | Signum interpunctionis. |
| C. | Σοῦ |
| Σ. | . . . . . . . |
| C. | Ἐνθάδε |
| C. | Σωτείρας |
| C. | Σεβαςῷ |
| Σ. | Σμυρναῖος |
| C. | Ἐις. |
| ΣΑΡΑΠΙΔ. | Σαραπίδος |
| ΣΑΤΥΡ. | Σάτυρος |
| CE. | Σεπτεμβρίου |
| ΣΕΒ. | Σεβαςά |
| * ΣΕΒ. | Σεβαςοῖς |
| CEBAC. | Σεβαςοῦ |
| ΣΕΒΑΣΤ | Σεβαςοῦ |
| ΣΕΒΒ. | Σεβαςοῖν δυοῖν |
| * ΣΕΒΒΒ | Σεβαςῶν τριῶν |
| ΣΕΙΜΗΔΕΙΚ. | Σειμηδείκου |
| * ΣΕΚ. | Σεκοῦνδος |
| ΣΕΞΤΙΛ | Σεξτιλία |
| * ΣΕΟΥ. | Σεούηρον |
| * ΣΕΟΥΑΣ. | Σεβαςοῦ |
| ΣΕΟΥΑΣΤ. | Σεβαςοῦ |
| ΣΕΟΥΙ. | Σεούηρῳ |
| * ΣΕΠ. | Σεπτεμβρίου |
| * CΕΠΤ. | Σεπτεμβρίους |
| ΣΕΠΤΙΜ. | Σεπτίμιον |
| ΣΕΡΑ. | Σεραπιῶνος |
| ΣΗΛ. | Σελήνη |
| CI. | Σοῦ |
| CKIANΘI. | Σκιάνθινοῦ |
| CKN. | Διακοσιοςήν |
| * ΣΜΥΡ. | Σμυρναίων |
| * ΣΟΥΝ. | Σουνιεύς |
| ΣΠΑΘΑΙΩ. | Σπαθαρίῳ |
| * ΣΠΕΙΡ. | Σπείρας |
| Σρ7. | Σωτῆρι |
| ΣΣ. | Συγκλήτου Συγχωρήσει |
| * SS. | Δὶς ἕκτον |
| ΣΣ. | Βίσωμον |
| ΣΣΣ. | . . . . . . |
| * Σ. Τ. | Στεφανωθείς |
| * ΣΤ. | Στατίου |
| * CΤΑ | Στάτιος |
| ΣΤΑΤ. | Στάτιος |
| * ΣΤΕΙ. | Στειριεύς |
| ΣΤΕΛ. | Στελλατίνᾳ |
| * ΣΤΕΦ. | Στέφανοι |
| CΤΕΦΑΝ. | Στέφανος |
| CΤΗ. | Ἔτη |
| * ΣΤΡΑ. | Στράτηγον |
| ΣΤΡΑΗΟΝ. | Στράτηγον |
| * ΣΤΡΑΤ. | Στρατονίκης |
| ΣΤ. | . . . . . . . |
| ΣΥΜΒΟΥΛΙΟΓ Α Ρ. | Συμβολαιογράφος |
| ΣΥΡ. | Σύρος |
| ΣΩ. | Σῶμα |

# Τ

| | |
|---|---|
| Τ. | Τριῶν |
| Τ. | Τριακόσια |
| Τ. | Τάλαντον |
| * Τ. | Τίτου |
| T̄. | Τίτον |
| Τ. | Τόν |
| * Τ. | Τῆς, τῶν |
| Τ. | Τῇ |
| Τ. | Τό |
| ΤΑΙΕΡ. | Γατὲρ |
| ΤΑΡΓΗΛ. | Ταργηλιῶνος |
| * ΤΔ̄. | Τὸ τέταρτον |
| Τ.Δ.Β.Κ.Δ.Ε. | Τῷ Δόγματι Βουλῆς καὶ Δόγματι Ἐκκλησίας |
| ΤΕ. | Τέρμων |
| ΤΕ. | Σεβαςῷ |
| ΤΕΙΒΕ. | . . . . . . . |
| * ΤΕΙΜ. | Τειμάς |
| ΤΕΣΣΑΡΑ. | Τεσσαράκοντα |



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| T.H. | Τῇ |
| TI. | Τιῶ |
| * TI. | Τιβέριος |
| TIB. | Τιβέριος |
| TIBEP. | Τιβερίυ |
| TI POI. | Πρὸ Ι |
| Ꝁ. | Ἐκ τῶν |
| T.K.I | Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Ἰνάχῳ, |
| TNEΥM. | Πνεῦμα |
| T̊. | Τό |
| TOT. | ....... |
| TPA. | Τραϊάνυ |
| TPAIAN. | Τραϊάνυ |
| TPI. | Τῇ πρό |
| * TPIE. | Τριεράρχης |
| * TPINE. | Τρινεμεύς |
| * TPIΣA. | Τρεισκαίδεκα |
| TPOΦI. | Τρόφιμος |
| TΣTI. | ....... |

## Υ

| | |
|---|---|
| Υ. | Εἴκοσι |
| Υ. | Τετρακοσιοςὸς |
| Υ. | Interpunctio |
| Υ. | Ὑπέρ |
| * Υ. | Υἱόν |
| * Ῡ. | Υἱός |
| Υ. | Τίτον |
| * Υ̋. | Ὑπατεία vel Ὑπάτυ |
| Υ.Β. | Ὑπομνήματι Βυλῆς |
| * Υ.Β.Δ. | Ὑπὸ βυλῆς Δόγματι |
| ΥΠ. | Ὑπό |
| ΥΠ. | Ὑπάτῳ |
| ΥΠΑ. | Ὕπατον |
| * ΥΠΑΤ. | Ὑπατεία |
| ΥΠΑΤ. | Ὑπάτοις vel Ὑπάτοιν |
| ΥΠΑΤΟ. | Ὑπάτον |
| ΥΠΟΔ. | Ὑποδιακόνυ |
| ΥΠΟ ΛΑΜΑ. | Ὑπόμναμα |
| ΥΠ̄Π̄. | Ὑπάτων |
| ΥΠΠΑΤ. | Ὑπάτοις |

## Φ

| | |
|---|---|
| Φ. | Εἴκοσι κ̀ ἕνα |
| * Φ. | Πεντακόσια |
| Φ. | Πεντακοσιοςὸς |
| Φ. | Interpunctio |
| Φ. | Φρυγίᾳ |
| * Φ. | Φλάβιον |
| Φ. | Φεβρυαρίων |
| * ΦΑΛΗ. | Φαληρεύς |
| * ΦΑΡΝΑ. | Φαρνάκυ, vel Φαρναβάζυ |
| * Φ̄Ε. | Ω.Ε |
| ΦΕΒΡC. | Φεβρυαρίων |
| ΦΕΙΔΙ. | Φειδίυ |
| * ΦΗΓ. | Φηγύσιὸς |
| ΦΗΓ. | Φηγαιεύς |
| * ΦΗΓΑΙ. | Φηγαιεύς |
| ΦΗΛΙ. | Φήλικος |
| * ΦΙΛΑ. | Φιλαΐδης |
| ΦΙΛΗΜΩΝ. | Φιλήμωνος |
| ΦΙΛΟCOΦ. | Φιλοσόφος |
| ΦΙΛΟΣΤΟΡ. | Φιλοςόργιος |
| ΦΙΛΟΣΤΡΑΤ. | Φιλοςράτυ |
| * ΦΙΛΟΧ̄Ῡ. | Φιλοχρίςυ |
| * ΦΛ. | Φλαβία |
| * ΦΛΑ. | Φλαβίῳ |
| * ΦΛΑΒ. | Φλάβιος |
| * ΦΛΑΜ. | Φλάμην |
| ΦΛΑΤ. | Φλάυιος |
| * ΦΛΥ. | Φλυεύς |
| ΦΟΥΛΒ. | Φυλβῦ |
| ΦΥ. | Φυλή, & Φυλέτης |
| * ΦΥ. | Φυρνεύς |
| ΦΥΛΑΡΧ. | Φυλάρχων |
| ΦΥΛΑΣΙ. | Φυλασίυ |
| * ΦΥΡΝ. | Φυρνεύς |
| ΦΧΟΒΜΒ. | ϚΧΟΒΝΙΒ |
| ΦΩΣΦ. | Φωσφόρυ |

## Χ

| | |
|---|---|
| Χ. | Δέκα |
| Χ. | Ἑξακόσια |
| Χ. | Χίλια |
| * Χ. | Χάριν |
| Χ. | Δηνάρια |
| * Ӿ. | Δηνάρια |
| Χ. | Κατάθεσις, vel Χωρίον |
| Χ̄. | Χιτώνιος |
| ΧΑΡ. | Χάριν |
| * ΧΕΙΛ. | Χειλιάρχῳ |
| * ΧΕΙΡ. | Χειρυργός |
| ΧΙ. | Χριςῦ Ἰησῦ |
| * ΧΟΛΑΡ. | Χολαργεύς |
| * ΧΟΟΡ. | Χόορτος |
| ΧΟΩΝ. | Χιλίων |
| * ☧. | Χριςός |
| ☧C. | Χριςὸς Cωτὴρ vel ΧριςὸC |
| Χ̄Ρ̄Τ̄Ō. | Χριςῷ |
| Χ̄Ρ̄Ῡ. | Χριςῦ |
| Χ̄Ρ̄Ω̄. | Χριςῷ |
| ΧΣ. | Χριςός |
| XC. | ....... |
| XS. | ....... |
| X͡C. | Χριςός |
| XC ΥΠ Γ | Κειροτονοθέντος ὑπὸ Γερουσίας |
| * ΧΩ̄. | Χριςῷ |
| ΧΩΡΕΠΙΣΚ. | Χωρεπισκόπου |

## Ψ

| | |
|---|---|
| * Ψ. | Ἑπτακόσια |
| Ψ. | Interpunctionis signum |
| * ΨΑΦΙ | Ψαφιδεύς |
| * Ψ.Β. | Ψηφίσματι Βουλῆς |
| * ΨΗ.Β. | Ψηφίσματι Βουλῆς |

## Ω

| | |
|---|---|
| Ω. | Εἴκοσι ἐ τέσσαρας |
| ω̄. | ....... |
| Ω. | Ὀκτακόσια |
| Ω. | Ὀκτοκοσιοςὸς |
| Ω. | Ὧρας |
| Ω. | Ὠκτοβρίαις |
| * ΩΑΘ. | Ὤαθεν |
| * ΩΡ. | Ὥραις |
| ω̄ | Ὥρας |
| Ω.X̄P̄.A. | Ὦμέγα Χριςὸς Ἄλφα |

Digitized by Google

# A D D E N D A

*Interim dum ſuperior Notarum Graecarum Series excuderetur, vel ubi maxima ipſarum pars recenſita iam fuerat, complures aliae contractae voces, aut Notae ſeſe mihi obtulerunt partim in editis Libris, partim etiam in Sherardianis Marmoribus, quorum exemplum a Cl. Salvinio excerptum nuper inſpexi. Itaque coronidis, vel Appendicis inſtar illas hic alphabetica ſerie diſponere, vel recenſere nunc libuit: quemadmodum ceterae ab erudito ſtudioſoque Lectore ſeligi, adiungique poterunt, quae curas, oculos, ac diligentiam meam effugerint, aut ex Marmoribus aliis in lucem prodituris affulgebunt.*

## A

*A. IN Capitolino Marmore, quod ex Muratorio iam protuli ad Notam Z, ubi Muratorius exhibet ΓΑ. CΩΚΡΑΤΗ, Cl. Maffeius legit ΤΑ CΩΡΑΤΗ, adeoque interpretatur Τίτῳ Α'υρηλίῳ Σωράτῃ; quamvis in charactere, inquit, vel ſigla A *gentilitium ab A litera incipiens latere quodcumque poſſit*. Itaque fortaſſe Α'ιλίῳ, vel Α'ιμιλίῳ hic intelligi, legique poterit.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ. Α'λεξανδρεύς. Donius Claſs. IV. num. 58. pag. 149.

ΦΛΑΟΥΙΟΣ<br>ΤΕΡΠΝΟΣ<br>ΚΙΘΑΡΩΙΔΟΣ<br>ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ

Cl. Gorius Α'λεξανδρεὺς ibi legendum eſſe iam viderat, idemque marmor a Reineſio Cl. XI. n. 13. pag. 613. prolatum eſſe monuerat. Sed in Reineſio duo verſus alii reperiuntur; adeoque marmor ita deſinit:

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ<br>ΥС. ΕΤΩΝ $\overline{\text{ΚΓ}}$.<br>ΑΦΘΟΡΟΣ.

ΑΝΤΩΝΕΙΝ. Α'ντωνείνου. Muratorius p. 242. n. 1.

Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤ<br>ΩΝΕΙΝ. ΚΑΙ. Λ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΟΥΗΡΟΥ

ΑΣΚΛΗ. Α'σκληπιείοις. In marmore Epidauri poſito, quod Diſſert. V. exhibui

ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ ΔΕΞΗ ΕΝ ΑΓΩΣΙΝ ΑΣΚΛΗ ΝΙΚΗΤΗΣ

Siquidem Epidauri *Aſclepia* Feſta, ſive Certamina peragebantur.

ΑΥC. Α'υτός. In Oxonienſi marmore n. 33. p. 306.

ЄΧЄΤΩ ΑΥC ΤΑC ΑΡ.. ΤΩΝΑΓ..

ubi perſpicue legendum eſt Α'υτὸς; ut ex integro marmoris contextu facile deprehendi poteſt. Vide Diſſert. III. pag. LIII.

## B

B. Τὸ δεύτερον. In eximio Marmore, quod a Reineſio profertur Claſ. III. num. 84. legitur:

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ Β ΥΠΑΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ

At in accuratiſſimo Sherardi apographo, quod Salvinius expreſſit, Sigla, ſive character ille ita formatur B.

ΒΩ. Βώμους. Chiſhullus in *Antiquitatibus Aſiaticis* pag. 68.

ΕΠΡΟΣΤΕΤΑΓΕΝΔΕΚΑΙΘΥΣΙΑΝ<br>ΤΩΙΘΕΩΙΙΕΡΕΙΑΧΙΛΙΑΚΑΙΒΩ. ΔΩΔΕΚΑ

Cl. Editor ibi Βώμους ſupplendum eſſe obſervaverat; ideoque latine reddidit *ſimul etiam Deo (Apollini) Sacrificium ordinavit, Victimas mille, & Aras duodecim*.

## Γ

ΓΟΝΕ. Γονέων. Heſſelius in *Appendice Praef.* inter marmora Epheſina. Vide in ΣΤΡΑΤΩ.

ΓΟΡΤΥ. Γορτύεως vel Γόρτυος. In Tegeate marmore, quod Diſſert. V. illuſtravi

ΜΙΚΙΩΝ. ΓΟΡΤΥ

Ibi nimirum *Micionis* patrem exprimi, adeoque non Γορτύνιος, ſed Γορτύος, legendum eſſe obſervavi.

ΓΟΡΤΥΝΙ. Γορτυνίων. Gruterus pag. 1090. n. 11. marmor *Gortynae* poſitum exhibet, in quo *Agorius Praetextatus Proconſul* honoratur:

ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΗΣ. ΛΑΜΠΡΑΣ. ΓΟΡΤΥΝΙ. ΒΟΥΛΗΣ

*Decreto illuſtris Gortyniorum Senatus.*

ΓΥΜΝΩ. Γυμνικῷ. Sponius Itiner. pag. 111. marmor Thyatirae poſitum exhibet, quo Senatus honorat civem

ΚΟΣΜΗΣΑΝΤΑ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ<br>ΕΝ ΤΕ ΤΩ ΘΥΜΕΛΙΚΩ ΚΑΙ<br>ΓΥΜΝΩ ΑΓΩΝΙ

Itaque, niſi vel in marmore, vel in Sponii apographo mendum irrepſerit, perſpicue certoque Γυμνικῷ legendum erit, ut *Gymnicus* Agon a *Thymelico* diſtinguatur.

## Δ

Δ. Δευτεραία *ſecundo, ſecunda vice*. Chiſhullus in *Antiquit. Aſiat.* pag. 150. Mar-

ci Antonii Triumviri Epiſtolam anno V. C. 717. ſcriptam exhibet, quae lacunis rite ſuppletis ita exorditur

M.ANTΩNIOΣAYTOKPAT
ΩPYΠATOΣAΠOΔEΔEI
ΓMENOΣTOB̄KAITOΓ
TPIΩNANΔPΩNTHΔ...
TΩNΔHMΩΣIΩNΠPA
ΓMATΩNΔIATAΞEΩΣ

*M. Antonius Imperator Coſ. deſignatus iterum & tertio; III Vir ſecundo Reipublicae conſtituendae*. Itaque doctiſſimus Editor feliciter obſervavit charactere Δ, ſive nota ΔEYT, intelligendum eſſe τῇ δευτεραίᾳ; quod nimirum Antonius anno V. C. 717. *Conſul. ſecundo*, & *Triumvir ſecundo* proceſſerit.

ΔΔΔΔΔ. Reineſius Claſs. XX. num. 384. pag. 986.

SABBAJO IN PACE
ΔΔΔΔΔ KK DECEMBRIS

Niſi characteres illi ΔΔΔΔΔ ſolius ornatus cauſſa exarati fuerint, ut in Aringhio Lib. IV. c. 37. pag. 327. alibique ſaepius characteres alii V, I, & O in marmoribus obſervantur, fortaſſe coniicere, vel ſuſpicari quis poſſit illos *unitatis* vices hic gerere; adeoque *quinto Kalendas* legendum eſſe; ſicuti character etiam Z interdum *unitatis*, vel characteris I, locum obtinere conſpicitur.

ΔEΞH. Δεξηράτῃ. In Tegeate marmore, quod Diſſ. V. expoſui, inter victores alios habetur

ΔEΞHPATHΣ ΔEΞH

ubi *Dexeratis* patrem intelligendum, ideoque Δεξηράτȣ ſupplendum eſſe conieci; quemadmodum prorſus in alio marmore nominatur ΞENOΦANHΣ ΔEΞH, ibique ſimiliter Δεξηράτȣ *Dexeratis* legendum erit. Vide in AΣKΛH.

ΔЄTON. Δέκατον. Donius in Schedis adhuc ineditis pag. 63. marmor exhibet *in Eccleſia D. Pancratii extra Vrbem* poſitum, atque in *Nicolai Alemanni Schedis* exſcriptum

H ΠOΛΛA AΓPYΠNOYCA NYN EYΔEIC AμЄPIμNOC
KAPTEPIA ΓΛYKYTATH ЄIPHNH μЄN ЄTω COI ЄN K̄
ACKΛHΠIOΔOTOC CYMB:ωC AC ΠЄKЄΔЄTON ЄTOC
ANTI ΠOΛΛωN ЄYЄPΓЄCIωN MNHMHC XAPIN ЄΓPAΨA
K.AμH ΦЄBPAPIω ΠPO.Δ. NONNωN

Elegans Epitaphium iſtud latine reddi ſic poteſt; *Quae multum vigilaſti, nunc tranquilla dormis, Carteria dulciſſima. Pax quidem tibi ſit in Domino. Aſclepiodotus, qui una* cum coniuge Carteria *vixi quintum, & decimum annum, pro beneficiis multis memoriae gratia* titulum *ſcripſi. Obiit menſe Februario IV. Nonas*

ΔH. Δηνάρια. Inter inedita Sherardi Marmora a Salvinio exſcripta ſepulcralis titulus Smyrnae poſitus exhibetur ita deſinens

AΠOTEIΣEI TΩ NAΩ TΩ
ΣMYPNAIΩN ΔH ✳ AΦ.

*ſolvet templo Smyrnaeorum denarios MD.* Etenim, cum Marmoris autor, aut quadratarius vocem Δηνάρια nitide explicateque ſcribere coepiſſet, conſuetam quoque *Denariorum* notam appingere maluit; adeoque denariorum nomen Sigla, ſimulque etiam contractae vocis ope expreſſit.

ΔHΛ. Δηλίο, pro Δηλίȣ. In Sandvicenſi Marmore, quod Diſſert. VI. proferetur, verſu 33. habetur

YΠEP YΓOKΛEOYΣ ΔHΛ

ibique in ſpatiis adhuc ſuperſtitibus numerales ſolum notas TH inſeri, vel reſtitui poſſe demonſtravi; ut proinde vox Δηλίο non explicate exarata, ſed contractionis ope ibi indicata videatur.

ΔIAK. Διάκονος. In Marmoribus Sherardianis, quae ex Salvinii Schedis exſcripſi,

ΔIAK' ΓEOPΓIΣ

ubi perſpicue certoque Διάκονος Γεόργις ſuppleri debet; quum Γεόργις pro Γεόργιος, ſicuti Κύρις pro Κύριος, ſequioribus temporibus diceretur.

E

E. Ἐκ. Muratorius pag. 1715. n. 13.

NEIKH. ΔΩPΩΘEOY. EMEΛIΘEΩN

ubi perſpicue reddi debet *Nice Dorothei ex Melitenſibus*.

Θ

Θ. Χίλια *mille*. Gruterus pag. 896. n. 10.

...SERVEIS. CONTVL. HS. Θ. Θ. Θ. Ψ. V
...MAG. X. DEDIT HS. S. S

Scaliger in Gruterianis Indicibus c. xx. ibi legendum eſſe putavit *tria millia quingentos Victoriatos*. Aegre tamen adducor ut in Latino antiquo Marmore *Seſtertiorum* ſumma graecis characteribus exprimatur. Fortaſſe priori loco CIↃ. CIↃ. CIↃ. exaratum fuerat, quae *millenarii* nota apud Romanos erat, cuius loco graecum Θ facile irrepſiſſe potuit.

Θ. M. Θεοῖς Μανίβοις *Diis Manibus*. Muratorius pag. 1486. n. 10.

Θ. M.

Digitized by Google

Θ . Μ
ΟΝΗCΙΜΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ
ΜΝΗΜΗC ΕΙΝΕ
ΚΕΝ ΕΠΟΙ
ΗCΕΝ

*Diis Manibus Oneſimi Alexandra memoriae cauſſa poſuit.*

ΘΕΟΘ. Θεόθεν *divinitus*. In Oxonienſi marmore num. 33. pag. 306.
ΤΩΝ ΑΓ . . ΗΘΕΟΘΟΡΠΡΩΝ
In eiuſmodi perplexo, obſcuroque marmoris loco de *tercentis octodecim* Nicaeni Concilii *Patribus*, qui τὰς ὅρους *definitiones*, aut *canones* poſuerunt, agi rationibus, exempliſque variis oſtendi Differt. III. pag. LIII. Itaque legendum, ſupplendumque putavi Τῶν Αγίων ΡΙΗ Θεόθεν Ορισάντων Πατρῶν *Sanctorum CCCXVIII. Patrum, qui divinitus definierunt.*

I

I. INter Sherardianas Inſcriptiones a Salvinio excerptas ſepulcralis hic titulus reperitur

ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ Ι Ο ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΣ
ΕΡΜΙΠΠΟΣ Ι ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ
ΕΠΟΙΗΣΑΝ Ι ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ

Character I, qui vocibus interiicitur, certe non aliud, quam interpunctionis ſignum, eſse videtur; quemadmodum prorſus characteres alios Δ, Υ, S interpunctionis inſtar uſurpatos eſſe iam vidimus.

ΙΔΙΟ. Ἰδιώτων. In Sandvicenſi Marmore ver. 27.
ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΙΔΙΟ . ΤΟ Τ . ΚΟ ΑΠΕΔΟΣΑΝ
ubi perſpicue integra vox Ἰδιώτων, quae ſemel iterumque in ipſo Marmore reperitur, intelligi, ſupplerique debet, ut Differt. VI. oſtendetur.

K

K̄. Κυρία. Donius in Schedis adhuc ineditis pag. 63. Vide ſupra in ΔΕΤΟΝ.

Κ. Α. Κάτθανε, ſive Κατέθηθε. Donius in Schedis adhuc ineditis pag. 63. Vide in ΔΕΤΟΝ.

ΚΑΡ. Καρμίνιον. Sherardianum Marmor, quod ex ineditis Salvinii Schedis exſcripſi
ΜΑΡ. ΟΥΑ. ΚΑΡ. ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ
Quamvis enim eadem Sigla ſaepius in Marmore reperiatur, alicubi tamen explicate legitur ΚΑΡΜΙΝΙΟΝ.

ΚΕΝΤΙΝΑΡ. Κεντηναρίων. Gruterus pag. 1160. num. 17. Vide in ΧΟΩΝ. De *Centenarii* vero nomine, ac ſignificatione videndi Cedrenus, Meurſius, aliique plures in *Gloſſariis*.

ΚΛΑ. Κλαύδιος. Muratorius pag. 1685. n. 15.
Θ Κ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΕΘΑ ΕRΜ
ΙΟΝΗ ΕΥΤΙΚΗ ΙΙΙΙΙ ΑΟΥ
ΚΑ . ΚΛΑ . ΕΡΜΙΑΝΟC

*Diis Manibus. Hic iacemus Hermione Eutbyche . . . ai, & Claudius Hermianus.*

ΚΥΙΝΤ. Κύιντος. Inter Sherardi Inſcriptiones, quas ex Salvinii Schedis excerpſi, eximium Marmor reperitur, in quo legitur:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΥΠΕΡ ΥΓΕΙΑΣ ΚΑΙ ΣΡΙΑΣ ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΥ
ΔΙΑΜΟΝΗΣ ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΗΜΩΝ
ΦΛ. ΙΟΥΛ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ
ΑΗΤΗ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΥ
ΚΑΙ ΓΕΝΝΑΙΟΤΑΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΛ. ΚΥΙΝΤ
ΕΡΩΣ ΜΩΝ ΑΞΙΟΣ Ο ΔΙΑΣΗΜΟΤΑΤΟΣ ΕΓΕΜΩΝ

N

ΝΕΟΣ. ΝΕώτερος. Cyriacus pag. 39. n. 253. marmor exhibet Spartae poſitum, in quo cives, ae magiſtratus aliqui recenſentur, atque inter illos memorantur

ΝΕΙΚΟΚΛΗΣ . ΔΗΜΟΣΙΟΣ
ΝΕΙΚΟΚΛΗΣ . ΝΕΟΣ . ΔΗΜΟΣΙΟΣ

Quum Leichius marmor ipſum ex Muratorii pag. 595. n. 1. protuliſſet, interpretatur: *Nicocles Actuarius iunior*: quod eo ſenſu Δημόσιον vocem, a Demoſthene uſurpatam eſſe Reineſio duce obſervaſſet; adeoque vocem Νέος alteri voci Δημόσιος coniungendam exiſtimat: perinde quaſi Spartae Demoſius *ſenior*, a Demoſio *iuniore* diſtingueretur. Ego vero vocem Νέος ad *Nicoclem* referendam eſſe, atque in illa, veluti compendio, integram vocem aliam Νεώτερος deliteſcere exiſtimavi, quae frequentiſſime in Graecis, ac Latinis marmoribus obſervatur, ut ex duobus cognominibus civibus in marmore memoratis unus ab altero diſtinguatur. Itaque, cum uterque *Demoſius* uno eodemque *Nicoclis* nomine vocaretur, ipſorum ſecundus Nicocles Νεώτερος *iunior* hic dictus erit.

O

ΟΡ. Ορισάντων. In Oxonienſi Marmore num. 33. pag. 306. quod protuli, ac illuſtravi Differt. III. pag. LIII.

Π

ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ. Παραπροστάτα. In aerea Gelenſium Tabula apud Gruterum pag. 401.
ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΑ
ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ
ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΥΣΑΣ ΤΑΣ ΦΥΛΑΣ
ΤΩΝ ΥΛΛΕΩΝ &c.



Digitized by Google

Ibi perſpicue ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑΤΑ Dorice pro ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑΤΟΥ exarari debuerat; ut nempe exprimeretur Nymphodorum illum, qui *Hierothyta*, vel *Sacerdos* erat, Senatus etiam *Praeſidem* fuiſſe dum *Hylleorum* Tribus praerogativa Prytaniae, vel praecedentia fungeretur.

ΠΕ. Πέμπτον. Donius in Schedis adhuc ineditis pag. 63. Vid. in ΔΕΤΟΝ.

ΠΙΤΤΑ. Πιττάκȣ. Inter Sherardi Marmora, quae Salvinius exſcripſit, epigraphe reperitur ita deſinens;

ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥ ΖΗΝΩΝΟΣ Γ ΠΕΛΕΩΣ
ΕΥΓΕΝΕΤΟΡΟΣ ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΟΥ
ΕΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΠΙΤΤΑ ΠΕΛΟΠΙ
ΔΟΥ ΤΟΥ ΕΥΝΟΥ ΝΕΟΠΟΙΩΝ.

Facile hic integra Πιττάκȣ vox intelligi, ſupplerique debet; quemadmodum in Sigla Γ nomen aliquod deliteſcet, quo civis *Pelei* filius indicetur. De ΝΕΟΙΣ autem, ac ΝΕΟΠΟΙΟΙΣ videndae Epiſtolae ad Magliab. Tom. III. pag. 354.

ΠΡΕΣΒΥ. Πρεσβυτέρȣ. In Schedis adhuc ineditis Donii Marmor Panormi poſitum exhibetur ita deſinens

ΔΙ ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ ΚΑΙ ΠΑΡΑϹΤΑϹΕϹΩϹ ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ .... ΠΡΕΣΒΥ ΚΑΙ ΤΑΒΟΥΛΑΡΙΟΥ ✝ ΕΝ ΕΤΕΙ,, ϚΦΠΘ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟϹ ΔΕΥΞΑϹΘΕ ΑΥΤΩ ..✝.

Poſtremis vocibus, ac numeralibus notis exprimitur annus Mundi ϚΦΠΘ 6589. ſive Chr. 1081. quo Indictio Δ, hoc eſt IV. decurrebat. Perſpicuus autem ſenſus omnino poſtulat ut in ſuperiori verſu legatur ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ.

* ΠΡΙ. Πατρί. Cl. Maffeius Notam hanc protulit, diſſimulato marmore, in quo reperiatur. Alterius tamen marmoris, Siglaeque exemplo mox proferendo facile eiuſdem valor, & uſus oſtendi poterit.

ΠΡΙΔΙ. Πατρίδι. Inter Sherardi Marmora a Salvinio exſcripta

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ . ΑΥΡ . ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ ΤΟΥΣ ΠΕΝΤΕ ΕΡΩΤΑΣ ΤΗ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ ΠΡΙΔΙ

ΠΡΩΝ. Πατρῶν. In Oxonienſi marmore p. 306. num. 33.

ΤΩΝΑΓ . . ΙΗΘΕΟΘΟΡΠΡΩΝ

ubi legendum eſſe conieci ΤΩΝ ΑΓίων ΡΙΗ ΘΕΟΘεν ΟΡισάντων ΠατΡΩΝ *Sanctorum CCCXVIII. divinitus definientium Patrum*. Vide Diſsert. III. pag. LIII.

P

ΡΟΥ. Ρουφίνου. Muratorius pag 1397. n. 1.

ΡΟΥ
ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ ΤΑΦΟΣ ΟΥΤΟΣ ΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΠΟΤΕ ΚΑΛΗΖΟΝ

Nullus hic dubito quin mutila, vel imperfecta voce ΡΟΥ integrum *Rufini* nomen exprimatur; ſive quod tumulati viri nomen, quod mox explicate exprimitur, in ipſa tituli fronte contractionis ope indicatum fuerit; ſive potius quod, cum quadratarius primam nominis ſyllabam exaraſset, ceteraſque voces in eadem ipſa linea contineri, vel inſcribi non poſſe conſpiceret, rurſus integrum *Rufini* nomen ceteraſque voces in ſequenti verſu exaraverit.

Σ

ΣΕΠΤΕ. Σεπτεμβρίων. Muratorius p. 1928. num. 5.

ΠΡΟ . ΕΙΔ . ΣΕΠΤΕ

*Pridie Idus Septembres*.

ΣΡΙΑΣ. Σωτηρίας. In Sherardiano marmore. Vide ſuperius in ΚΥΙΝΤ.

* ΣΤΕΙ. Στειριεὺς *Stirienſis*, ex *Stiria* Atticae Populo. Sponius Itin. pag. 48.

ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙ ΣΤΕΙ

*Aphroditus Aphroditi* fil. *Stirienſis*.

ΣΤΡΑΤΩ Στρατωνίκης. Heſſelius inter Epheſina marmora num. 66. inſcriptionem exhibet, qua cives *Vlpiam Evbodiam Mudianam* honorant

ΤΗΝ ΙΕΡΕΙΑΝ ΤΗ. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΘΥ-
ΓΑΤΕΡΑ ΜΟΥΔΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΕΥΟΔΙΑΣ
ΕΚΓΟΝΗΝ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΙ
ΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΕΧΟΥΣΑΝ ΑΝΩΘΕΝ ΙΕ
ΡΕΙΩΝ ΚΑΙ ΚΟΣΜΗΤΕΡΩΝ Α
ΔΕΛΦΗΝ ΟΥΛΠΙΑΣ .. ΣΤΡΑΤΩ ΚΟΣ
ΜΗΤΕΙΡΗΣ ΤΕΛΕΣΑΣΑΝ ΤΑ ΜΥ
ΣΤΗΡΙΑ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΑΝΑΛΩ
ΜΑΤΑ ΠΟΙΗΣΑΣΑΝ ΔΙΑΤΩΝ ΓΟΝΕ.

T

ΤΕ. Muratorius pag. 1847. n. 9. ex Donio titulum exhibet in Eccleſia S. Pancratii poſitum

ΕΝΘΑΔΕ ΚΑΤΑΚΙΤΕ
ΤΕΟΤΗϹ ΜΑΚΑΡΙΑϹ
ΜΝΗΜΗϹ ΚΑΛΙΝΙ
ΚΟϹ ΧΩΡΙΟΥ ΤΟΥΤΟΥ
ΤΕΩΝ ΖΗϹΑϹ ΕΤΗ ΚΕ

Perſpicue apparet quod Sigla, vel potius ſyllaba ΤΕ ſola marmorarii oſcitantia redundat, iterato nempe exarata fuit; adeoque

que non Siglis, ſed ſyllabis, aut vocibus illis acceaſenda erit, quae temere in marmoribus repetitae ſubinde occurrunt. Itaque latine reddendum: *Hic iacet beatae memoriae Calinicus*. Quandoquidem vero in autographis Donii Schedis praeter Monogramma ☧ quod primae voci praemittitur, ita vox, aut characteres illi ΤΟΥΤΟΥ exprimuntur, ut potius ΓΟΥΓΟΥ legendum videatur, ambigere quis poſſit an ΤΟΥΤΟΥ ΤΕΩΝ, ſive ΓΟΥΓΟΥΤΕΩΝ exaratum olim fuerit. Quaecumque tamen lectio admittatur, dubitari vix poterit quin eiuſmodi voce, quaecumque illa ſit *Calinici* patria demonſtretur: quemadmodum ſaepius in Chriſtianorum illorum titulis, qui procul a patria tumulati fuerant, natale ipſorum ſolum hac ipſa formula exprimitur. Vide in Κω.

Υ

ΥΝ. Muratorius pag. 1776. n. 1. hoc marmor Palmyrae poſitum exhibet

ΑΦΙΕΡωΘΗ ΑΛΙΛΥΝΔΙΟΥ ΤΟΥ ΑΜΦΕΤΟΥC
ΔΙΑ ΜΑΤΕΡΝΟΥ ΚΑ(ΙΠ)ΑΠΠΟΥ ΚΑΙΜΑΙΚΟΥΚΝΕΤΜΗ
Υ Ν

Perſpicuum eſt quod in ſecunda voce refingi, legique debet ΑΥΔΥΝΑΙΟΥ, ut nempe *Audinaeus* Syro-Macedonum, adeoque Palmyrenorum, menſis exprimatur. Itaque latine reddiderim: *Dedicata eſt Audynaeo menſe DXXXXI. anni a Materno, & Pappo, & Marco*... Annus autem ille 541. in notiſſima Palmyrenorum aera cum anno V. C. 982. ſive Chr. 230. concurrit. Quandoquidem vero poſtrema Marmoris verba mire vitiata videntur, facile intelligi, vel definiri non poteſt quid characteribus, aut Siglis illis ΥΝ indicetur. Fortaſſe, & ipſae quoque numerales annorum notae cenſeri poterunt, ut annus CCCCL in eadem Palmyrenorum aera exprimatur, ſicuti in aliis Palmyrenis Marmoribus annus ipſe ΝΥ 450. reperitur.

Φ

ΦΑ. Φάβιος. Heſſelius inter Epheſina marmora num. 35.

Τ ΦΑΜΟΥΝΑΤΙΟΣ ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ
Ο ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗΣ

ubi *Titus Fabius Munatius* intelligi exponique debet; niſi fortaſſe ΦΛ. exaratum, & Φλάβιος legendum ſit.

ΦΛ. Φλυεὺς, ſive Φλιάσιος. Cyriacus pag. 14. num. 18.

Η. ΕΞ. ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Η. ΒΟΥΛΗ.
ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ. Ο. ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΤΟΥ. ΑΤΤΑΛΟΥ. ΦΛ

Quum *Attali* nomen civis illius patrem exprimat, cui honores ab Athenienſi Senatu Populoque decreti fuerant, Sigla ΦΛ. quae proxime patris nomen conſequitur, uſitata Athenienſium methodo Atticae Populum indicabit, cui civis ille, eiuſque pater Attalus inſcriptus erat; adeoque, ſi ad aliquem ex Populis hactenus exploratis referri ille debeat, vel ex *Phlyunte*, vel ex *Phlia* cenſendus erit.

ΦΛ. Φλάβιος. Muratorius pag. 153. n. 3.

ΦΛ. ΖΗΝΩΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ

ΦΛΑΥ. Φλάυιον. Sherardianum Marmor ex Salvini ſchedis exſcriptum

ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΦΛΑΥ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΥΙΟΝ
ΑΝΤΙΟΧΟΝ.

IN-

Digitized by Google

# INDEX SCRIPTORVM
## EX QVIBVS
## GRAECORVM NOTAE
### *aereis, atque marmoreis Tabulis inſcriptae proferuntur.*


*Arringhius*. Paulus. *Roma Subterranea*. *Romae*. 1651.

*Bartolus* - Ioſeph. *Diſſertationes duae*. *Veronae*. 1745.

*Bertolus* - Ioannes Dominicus. *Antiquitates Aquileienſes*. *Venetiis* 1739.

*Chishullus* - Edmundus. *Antiquitates Aſiaticae*. *Londini*. 1728.

*Corſinus* - Eduardus. *Faſti Attici*. *Florentiae* 1745. & 1747.

—— *Diſſertationes Agoniſticae*. *Florentiae*. 1747.

*Cyriacus* - *patria* Anconitanus, *familia* Pizecollius.

—— *Epigrammata reperta per Illyricum apud Liburniam*. Edenda curavit Carolus Moronus. *Romae circa an.* 1654.

*Donius* - Io. Baptiſta. *Inſcriptiones Antiquae editae, notiſque illuſtratae ab Antonio Franciſco Gorio*. *Florentiae*. 1731.

—— *Inſcriptiones adhuc ineditae in autographis Donii Schedis repertae*.

*Diarium Literatorum*. *Florentiae anno* 1742. *&c.*

*Diarium Literatorum*. *Venetiis anno* 1710. *&c.*

*Douſa* - Georgius. *Epiſtola de Itinere ſuo Conſtantinopolitano*. *Lugduni Batavorum*. 1608.

*Fabrettus* - Raphael. *De Columna Traiani Syntagma*. *Romae* 1690.

—— *Inſcriptionum Antiquarum, quae in aedibus paternis aſſervantur, explicatio*. *Romae* 1702.

*Falconerius* - Octavius. *Inſcriptiones Athleticae*. *Romae*. 1668.

*Fleetvoodus* - Guillelmus. *Inſcriptionum Antiquarum Sylloge*. *Londini*. 1691.

*Gorius* - Antonius Franciſcus. *Inſcriptiones Antiquae in Etruriae Vrbibus extantes*. *Florentiae Par. I.* 1727. *&c. P. II. P. III.*

*Gronovius* - Iacobus. *Theſaurus Antiquitatum Graecarum*. *Venetiis* 1730. *&c.*

*Gruterus* - Ianus. *Inſcriptiones Antiquae totius Orbis Romani*. *Amſtelodami* 1707.

*Gualtherius* - Georgius. *Siciliae, eique adiacentium Inſularum, atque Bruttiorum Tabulae Antiquae*. *Panormi* 1624.

*Gudius* - Marquardus. *Antiquae Inſcriptiones tum Graecae tum Latinae*. *Leovardiae*. 1731.

*Hagenbuchius* - Io. Caſpar. *De Graecis Theſauri novi Muratoriani Marmoribus quibuſdam Metricis Diatriba*. *Tiguri* 1744.

*Heſſelius* - Franciſcus. *Appendix Praefationis ad Inſcriptiones Gudii*.

*Leichius* Io. Henricus. *Specimen Notarum, & Emendationum ad Graecas Inſcriptiones a Cel. Muratorio editas*. *Lipſiae*. 1742.

*Lupus* - Antonius Maria. *Diſſertatio, & Animadverſiones ad nuper inventum Severae Martyris Epitaphium*. *Panormi* 1734.

*Mabillonius* - Ioannes. *Muſeum, & Iter Italicum*. *Pariſiis* 1724.

*Maffeius* - Scipio. *Galliae Antiquitates*. *Veronae* 1734.

—— *Obſervationes Literariae*. *Veronae* 1737. *&c.*

—— *Graecorum Siglae Lapidariae*. *Veronae*. 1746.

*Marangonius* - Ioannes. *De rebus Ethnicis, & profanis ad Eccleſiarum uſus, & ornatum translatis*. *Romae*. 1744.

—— *Appendix ad Acta S. Victorini*. *Romae*. 1740.

*Margarinus* - Cornelius. *Inſcriptiones Antiquae Baſilicae S. Pauli ad Viam Oſtienſem*. *Romae*. 1654.

*Marmora Oxonienſia, ex Arundellianis, Seldenianis, aliiſque conflata*. *Oxonii* 1676.

*Montfauconius* - Bernardus. *Palaeographia Graeca*. *Pariſiis* 1708.

—— *Diarum Italicum*. *Pariſiis*. 1702.

*Muratorius* - Ludovicus Antonius. *Novus Theſaurus Veterum Inſcriptionum*. *Mediolani*. 1739 *&c.*

*Noriſius* - Henricus. *Epiſtola Conſularis*. *Bononiae*. 1683.

*Oudendorpius* - Franciſcus. *Marmora Papenbrockiana*. *Lugduni Batavorum*. 1745.

*Oliverius* - Hannibal *Marmora Piſaurenſia*. 1738.

*Placentinus* - Gregorius. *Epitome Graecae Palaeographiae*. *Romae* 1735.

*Prideauxius* - Humphridus. *Vide Marmora Oxonienſia*.

*Reineſius* - Thomas. *Syntagma Inſcriptionum Antiquarum*. *Lipſiae, & Francofurti*. 1682.

—— *Epiſtolae*, *Lipſiae*. 1660.

*Relandus* - Hadrianus. *Faſti Conſulares*. *Traiecti Batavorum*. 1715.

*Scaliger* - Ioſeph. *De Emendatione Temporum*. *Coloniae Allobrogum*. 1629.

*Seldenus*. Ioannes. *Vide Marmora Oxonienſia*.

*Smithus* - Thomas. *Notitia ſeptem Eccleſiarum Aſiae*.

—— *Monumenta Palmyrena*.

*Sponius* - Iacobus. *Itinerarium in Italiam, Illyricum, Graeciam, & Orientem*. *Lugduni*. 1678.

—— *Rei Antiquariae Quaeſtiones ſelectae*. *Lugduni* 1683.

—— *Miſcellanea eruditae Antiquitatis*. *Lugduni*. 1685.

*Van-dale* - Antonius. *Diſſertationes IX Antiquitatibus, & Marmoribus quum Romanis, tum Graecis illuſtrandis inſervientes*. *Amſtelodami*. 1702.

*Victorius* - Eques Franciſcus. *Diſſertatio de Septem Dormientibus*. *Romae* 1742.

*Vignolius* - Ioannes *De Columna Antonini Romae* 1705.

*Vrſatus* - Sertorius. *Monumenta Patavina*. *Patavii*. 1652.




Digitized by Google

# CORRIGENDA

QVamvis ubique typorum nitor, ac emendatio exoptanda, adeoque curanda maxime ſit; nullibi tamen maior, atque ſeverior illa requiritur, quam ubi Veterum Monimenta, vel Inſcriptiones aliquae proferantur; ut proinde in exſcribendis illis characteres omnes, ſiglae, laciniae, numerales notae, errores etiam ipſi accuratiſſime exhiberi debeant, qui Monimentis iſtis adperſi fuerint. Quemadmodum enim ex iis omnibus rite accurateque expreſſis plurimus aliquando ſplendor in explicandis Monimentis illis exoritur; ita viciſſim, ſi quidpiam temere exaratum, vel perturbatum fortaſſe fuerit, maxima ſubinde perplexitas, & errandi occaſio Lectoribus ipſis obtruditur. Ingenue tamen fatendum eſt quod in hoc ipſo typorum, vel Librorum genere faciliùs & frequentius etiam errores irrepere conſueverunt: ubi praeſertim Auctor ipſe typographorum ſchedas praelo mox ſubiiciendas inſpicere, operiſque adeſſe non poſſit. Hinc optimo maximoque iure Cl. Muratorius obſervavit ne ipſi quidem Scaligero, acerrimo alioquin, accuratiſſimoque Viro, Gruterianos Indices ubique defaecatos, & perfectos edere licuiſſe; adeoque Muratorius ipſe, dum poſtremam *Theſauri* ſui partem ederet, ab aequis honeſtiſque Viris ſibi ignoſcendum merito exiſtimavit; non modo *quod Operis editionem ſub oculis ſuis procurare ſibi non licuit*; verum etiam quod *ad haec omnia amicorum ſubſidium implorare coactus fuit*: quemadmodum certe ſingulos Muratoriani Theſauri Indices non ab Auctore ipſo, ſed ab eius Amico, concinnatos accepimus. Itaque, ſicuti Cl. Scriptor ille Lectores ingenue modeſteque etiam atque etiam rogavit ne quis *aſper exactor, aut rigidus caſtigator* eſſet; ſic ego quoque humanos, ac benevolos Lectores meos exoratos velim, ut quidquid in hoc Opere vel typographi vitio, vel interdum etiam ingenii mei imbecillitate minus accuratum, vel depravatum offenderint ea, qua par eſt, humanitate excipere, ignoſcere, ac emendare velint; quum mihi quoque neceſſaria interdum praeſidia defuerint; praeſertim vero maxima Operis pars iis temporibus Florentiae excuſa ſit, quibus ego aut Piſis morabar, aut cum adverſa valetudine conflictabar; ut proinde mihi quoque ſaepius Amicorum ope, ac praeſidio utendum fuerit. Vt Operis tamen iam excuſi nitori, Lectorumque commodo meliori, qua poterat, ratione conſuleretur, graviora typothetarum menda hic recenſere, vel emendare nunc libuit; ſimulque nonnulla accuratius exponere, in quibus a me quoque peccatum eſſe deprehendi; minutiora cetera, quae Lectorem morari, vel ſenſum perturbare certe non poterant, ipſius ingenio, ac diligentiae corrigenda relinquendo.

## DEDICATIO.

| | | |
|---|---|---|
| Pag. VI. | *ſuſcipere* | *ſuſpicere* |
| VIII. | *excuſſum* | *excuſum* |

## PROLEGOMENA.

| | | |
|---|---|---|
| X. | σεμεῖα | σημεῖα |
| | Vticenſi | Vticenſis |
| XI. | ἀνθρόπους | ἀνθρώπους |
| XII. | ut Siglis | ut in Siglis. |
| | ἑαυτὺς | ἑαυτοὺς |
| XIII. | χρόμενον | χρωμένον |
| XV. | ceteras | cetera |
| | que | quae |
| XVI. | *inveniens* | *invenies* |
| | ΜΕΛΕΔΑΙΝΗΗΝ | ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΝ |
| XVII. | ΛΙΤΟ | ΛΙΘΟ |
| XVIII. | Ε'πραχθέντων | Ε'ισπραχθέντων |
| | in Inſula Delo | Athenis |
| XXIII. | character | charactere |
| | *Hic & interdum etiam alibi legitur* Sadvicenſe | *legatur ubique* Sandvicenſe *ut Diſſert.* VI. |
| Pag. XXV. | ϛ 90. | Ç ϛ 90 |
| XXVI. | λακῦσ' | λαχῦσ' |
| XXVII. | ut a' | ut ad |
| XXIX. | Marmoris | Marmoribus |
| XXX. | character | charactere |
| | charactere | character |
| XXXI. | ἀναγράφας | ἀναγράψας |
| | Aſſiae | Aſiae |
| | ΕΙΚΟCΤΕΝ | ΕΙΚΟCΤΗΝ |
| XXXIV. | quae | quo |
| XXXVI. | 6670. | 6760. |
| XXXVII. | ΑΛΕΞΑΝΔΡΗΙC | ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙC |
| XXXVIII. | ΑΦΡΟΔΕΙC ΕΤC. | ΑΦΡΟΔΕΙCΕΤC |
| XXXIX. | quippe quae | quippe eae |
| XXXXV. | receptum | recepturum |
| | ſeriem | ſerie |

NO-

Digitized by Google

| Pag. Errores | Emendatio |
|---|---|
| 1. in A εἰς. Vide in ΣΣ. | Vide in Σ.Σ. |
| 4. in AI. ΤΟΣ | ΤΙΟΣ |
| 6. in ΑΝΤΙΣΤΡΑ. pag. 161. | pag. 158, n. 3. |
| 7. in ΑΠΕΛ. ΑΙΞΩ | ΑΞΙΩ |
| in ΑΠΕΛΕ. ΓΝΕΣΙΟΙΣ | ΓΝΗΣΙΟΙΣ |
| in ΑΠΟΛΛΙΑΡ. ΧΕΛΙΑΡΧΩ | ΧΕΙΛΙΑΡΧΩ |
| 8. in ΑΡΙ. Grut. p. 1050. n. 1. | Grut. p. 1050. n. 11. |
| 9. in ΑΥΡ. ΕΝΤΑΔΕ | ΕΝΘΑΔΕ |
| 10. in B. δὶς χίλια Grut. p. 1116. n. 5. | Grutero p. 1096. n. 5. |
| 11. in B... ΕΠΟΙΗΣΕ | ΕΠΟΙΗΣΕΝ |
| 12. in B. K. M. pag. 78. n. 4. & 8. | pag. 781. n. 4. & 8. |
| ϹΥΜΒΕΙΟϹ. | ϹΥΜΒΕΙΟS |
| 14. in Γ. Γαῖος. legerit Γαῖος | legerit Γναῖος |
| in ΓΑΓΗ. pag. 556. n. 2. | pag. 566. n. 2. |
| 15. in ΓΡΑ. ΣΥΜΒΟΛΑΙΟΓ$^{Α}_{Ρ}$ | ΣΥΜΒΟΥΛΙΟΓ$^{Α}_{Ρ}$ |
| 17. in ΔΙΔ. ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ | ΧΕΛΙΑΡΧΟΝ |
| in Δ Μ. ΙΣΜΕΝΙ | ΙΣΜΗΝΙ |
| 20. in Ε Κ Ι. pag. 159. | pag. 158. n. 1. |
| 22. in ΕΞΕΠΙΤΑΓΜ. Donius p. 271. | Donius in Schedis p. 271. |
| in ΕΠΙΣΤ. ΚΕΡΚΤΡΑΙΩΝ | ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ |
| in ΕΡΓΑ. Vide in ΣΣ | Vide in Σ.Σ. |
| 23. in ΕΤΟ. ΧΡΗΣΤΕ | ΧΡΗΣΤΗ |
| in ΕΦΑ. ΣΙΜΩΝΕΣ | ΣΙΜΩΝΗΣ |
| in ΕΧΤΟ. ΥΠΑΤΕΙΑ | ΥΠΑΘΕΙΑ |
| 24. in ϛ ἐξ. Part. III. Inſcr. Praef. pag. 34. | Par. III. Inſcr. pag. 314. n. 4. |
| ΗΜΙΣ | ΗΜΙS |
| *vixit annos* ϛ Η | *ſedit Epiſcopatum an.* ϛ ΙΙ, |
| in ϛ ἑξάκις χίλια ΜΙ.ΝΙ Ι | Μ.ΙΝΙ Ι |
| 25. in ΖΗΣΑΝ. ΑΝΘΙΜΙΑΝΩ. | ΑΝΘΕΜΙΑΝΩ, |
| ΕΠΗΚΟΩ | ΕΠΗΚΟΑ |
| ΕΤΗ Δ. | ΕΤΕΙ Δ. |
| 26. in Η ἡμέρας. ΤΡΕΠΤΩ | ΘΡΕΠΤΩ |
| 27. in ΗΜΕ. Fabrettus n. 203. | n. CX. |
| 28. in Θ Θεά. ΧΑΙΡΕ | ΧΑΙΡΕ |
| in Θ θάνοντα. ΜΝΗΜΗΣ | ΜΝΗΝΗΣ |
| 29. in ΘΕ. *Iſis* Ε'πικόο | *Iſis* Ε'πίκοος |
| 30. in ΘΥ. ΓΑΡΓΕΤΤΙΟΥ | ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥ |
| 31. in ΙΔΙ. in ΑΚΤΛ | in ΑΚΤL |
| in ΙΜΡ. ΑΤΙΟΧΩΣ | ΑΤΙΟΧΟΣ. |
| 32. in ΙΟΤΑ.ΙΟΤΑ.ΦΙΛΟΚΡΑΤΙΔΗΣ | ΙΟΥ. ΦΙΛΗΡΑΤΙΔΑΣ |
| in ΙΟΤΝ. Ita pag. 330. n. 5. | *delenda* |
| 34. in ΚΑ. καλανδῶν ... CEZHSEN | CEZHCEN |
| Grut. pag. 140. | Grut. pag. 141. |
| 40. in ΚCΝ τηρῆσαι | τηρῆσθαι |
| μισθὸν ϛατιῶνος | μισθὸν τῆς ϛατιῶνος |
| in ΚΥΡ. ΚΟΤΙΡΕΝΑΙ | ΚΟΤΙΡΕΙΝΑΙ |
| 41. in ΚѠϹ. ϹΕΒΗΡѠ ΚѠϹ | ϹΕΒΕΡѠ ΚѠϹ |
| in Α... ΣΠΟΝΔΑΙΟΝ Α | ΣΠΟΝΔΕΙΟΝ Α |
| 43. in ΛΕΓ. ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ | ΧΕΛΙΑΡΧΟΝ |
| 46. in ΜΑΚΕΔΟΝ. Montf. p. 167. | pag. 164. n. 14. |
| 47. in ΜΕΛ. ΕΜΕΛΙΟΕΩΝ | ΕΜΕΛΙΘΕΩΝ |
| in ΜΕΛΙΤΙΝ. Murat. p. 1508. n. 5. | 1058. n. 5. |
| in ΜΕΜΜ. ΕΥΤΙΧΟΙΤΟΥ | ΕΥΤΥΧΟΙΤΟΥ |
| 49. in ΝΑΘ. ΔΥΛΚΙϹϹΙΜѠ | ΔΥΛΚΙϹϹΙΜѠ |
| ΕΥΔѠΚΙΑ | ΕΥΔѠΚΙΑ |
| 50. in ΝΙΒ. ΕΤΟΤϹ | ΕΝ ΕΤΕΙ |
| 51. in Π. πόδες. *Lupus* pag. 64. | pag 67. |
| 52. in ΠΑΙ. Marm. Oxon. p. 93. | pag. 264. n. 129. |
| 53. in ΠΑΡΑΜΙΘ. | ΠΑΡΑΜΥΘ |
| in ΠΑΡΑΣΚΕΥ. ΒΑΛΗΝ | ΒΑΛΕΝ |
| ΕΣΚΑΜΕΝΟΥ | ΕΣΧΑΜΕΝΟΥ |
| 54. in ΠΗ. ΙΣΙΓΕΝΟΣ ΠΗ | ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΠΗ |
| 55. in ΠΟ. ΠΕΣΤΤ | ΠΕΣΤΘ |
| in ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥΧΩΣ ΔΑΔΟΥΚΟΥ | ΔΑΔΟΥΧΟΣ ΔΑΔΟΥΧΟΥ |
| 65. ϹΤΗ Grut. pag. 1270. n. 8. | Murat. pag. 1270. n. 8. |
| ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ | ΑΙΛΙΑ. ΑΙΛΙΑΝΗ |
| 67. in ΤΕΙΜ. ΑΡΙϹΤΟΠΟΛΙΤΕΙΑϹ | ΑΡΙϹΤΟΠΟΛΕΙΤΕΙΑϹ |
| 68. in ΤΡΑΙΑΝ. ΠΟΛΕΜѠΜ | ΠΟΛΕΜѠΝ |
| in ΤΡΙΕ. pag. 86. | pag. 91. |
| in Ѱ. ΕΖΕϹΕΝ | ΕΖΗϹΕΝ |
| 69. in ΥΠΟΔ. ΕΝΤΑ | ΕΝΘΑ |
| 70. in Φ. Φρυγία. ϹΥΠΥΛΗΝΗ | ϹΙΠΥΛΗΝΗ |
| 71. in ΦΙΛΟΣΤΟΡ. ΘΡΑΤΣΙΟΣ | ΘΡΑΟΥΣΙΟΣ |
| 72. in Χ. ἑξακόσια. ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ | ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ |
| in ✕ δηνάρια. Grut. p. 1116. n. 5. | Grut. pag. 1096. n. 5. |
| 73. in ΧΙ | ubique ſcribendum ΧΙ |
| in ΧΟΟΡ. Siglam hanc quidem Grutero tamen legitur ΚΟΟΡ | exhibet Maffeius; in |
| in ΧΡΥ Murat. p. 1921. n. 7. | pag. 1964. n. 7. |
| 74. in ΧϹΥΠΓ. ΤΡΟΠΕΟΥΚΟϹ | ΤΡΟΠΕΟΥΧΟϹ |
| in Ω. Π. Ω. ΙΝ. AGR. Π. Φ | Π. Ω ΙΝ. AGR. Π. Φ |
| 75. in ΩΑΘ. Itin. pag. 51. | Pop. Attic. pag. 71. |

## DISSERTATIONES.

| Errores | Emendatio |
|---|---|
| IV. floruerat | floruerant |
| quippe qui | quippe |
| XI. quippe quae | quippequum |
| XXII. a Societate | e Societate |
| *quadraginta* | *quinquaginta* |
| XXIII. Stratonica | Stratonice |
| XXVIII. qui | cui |
| XXXVII. P. E | P. F |
| XLVI. Georgii | Gregorii |
| XLVII. ; ſed | . Sed |
| XLVIII. Epilius | C. Apilius |
| LI. Vaticani | Lolliniani |
| LIII. veni | venit |
| LIV. fere | fuſe |
| LXVII. Pſylacem | Scylacem |
| LXVIII. ΕΠΑΝΑΘΑΝΑΙΑΝ | ΕΠΑΘΑΝΑΙΑΝ |
| LXIX. ἦν | ἐν |
| LXX. Ι'πποθυ | Ι'πποθόω |
| LXXIII. Μεγαλακληπτεῖον | Μεγαλασκληπιείων |
| LXXIV. R. I | P. I |
| *circumſpectum* | *circumſeptum* |
| LXXV. Argiis maenia | Argus moenia |
| LXXVI bouum | boum |
| LXXVII. Α'ρτὶς | Α'ςτὶς |
| LXXVIII. quippe qui | quippe quum |
| Ω'ρισόμενενες | Ω'ρισομένες |
| Α'γείων | Α'ργείων |
| dixerit | differit |
| LXXIX. defendere | deſcendere |
| LXXX. *locum* | *lucum* |
| LXXXIV. *bonorat* | honorat |
| LXXXV. conſenſu | cenſu |
| ἱερέας | ἱερεὺς |
| LXXXVII. Alcandrides | Alcandridas |
| XCII. *Reipublica* | Republica |

AP-

# APPENDIX
## AD
# NOTAS GRAECORVM
### IN QVA

GRAECA QVAEDAM MARMORA PARTIM EDITA PARTIM INEDITA PROFERVNTVR, AC VARIIS DISSERTATIONIBVS ILLVSTRANTVR.

Digitized by Google

Digitized by Google



REVERENDISSIMO PATRI

# IOSEPHO AVGVSTINO DVLBEQVIO

## CLER. REG. SCHOLARVM PIARVM

PRAEPOSITO GENERALI

# EDVARDVS CORSINVS

EIVSDEM ORDINIS

FELICITATEM.

QVod optime, & eleganter a Cicerone dictum accepimus, Artes omnes, atque honeſtiſſimas Facultates, quae erudiendis hominum mentibus inſtitutae ſunt, cognatione quadam inter ſe, ac neceſſitudine contineri, nullibi fortaſſe clarius, aut uberius effulget, quam ubi veterum Monimentorum cognitio ſuis ex fontibus haurienda, atque dilucide exponenda contigerit. Etenim, ut a Cl. Viris obſervatum, atque innumeris fere exemplis demonſtratum eſſe conſpicimus, pulcherrima id genus eruditae Antiquitatis Monimenta rite, feliciterque explicari non poſſunt, niſi plurimus ſubinde ſplendor ex Grammatica, Geographia, Chronologia, ex ſacris etiam, profaniſque Nationum ritibus oriatur; adeoque eximiae Facultates illae ad eiuſmodi cognitionem, ac ſtudium facem praeferant, atque in explorandis, illuſtrandiſque Monimentis ipſis inito veluti foedere ſimul conſpirent. Exinde vero fieri conſpicimus, ut qui praeclarum aliquod Antiquitatis Monimentum illuſtrandum ſuſceperit ex cognitione una ſenſim ad aliam digredi videatur, atque ex una ad Facultatem aliam tacite ſe rapi ſentiat: perinde quaſi pulcherrimum hoc eruditionis genus nullis fere finibus circumſcribi velit; ſed diligens, atque accuratus Antiquitatis inveſtigator novam ſubinde rerum ſegetem exoriri videat, in quam opportune, nec ſine maxima honeſtiſſimaque voluptate, libere exſpatietur. Id certe mihi,

re finibus circumſcribi velit; ſed diligens, atque accuratus Antiquitatis inveſtigator novam ſubinde rerum ſegetem exoriri videat, in quam opportune, nec ſine maxima honeſtiſſimaque voluptate, libere exſpatietur. Id certe mihi, quamvis ingenio, veterumque Monimentorum cognitione ceteris, qui in hoc erudito pulvere verſantur, minime ſim comparandus, tum in *Faſtis Atticis*, tum in *Agoniſticis* etiam *Diſſertationibus*, quas ſuperiori anno in lucem edidi, concinnandis ſaepiſſime contigit; ut facile profecto intelliget qui in illas oculos perhumaniter coniecerit. Longe tamen uberius, ac frequentius id obſervavi in Opere de *Notis Graecorum*, cui iampridem in Faſtis ipſis adornandis, variiſque Graecis Marmoribus opportune explicandis, manum admoveram, quodque nuperrime typis editum evulgavi. Etenim plurimas, atque obſcuriores in primis Notas, quae in Marmoribus ipſis occurrunt, facile percipi, vel explicari non poſſe obſervavi, niſi Populorum, Vrbiumque nomina, quae Marmoribus inſcripta fuerant; Magiſtratus etiam, ac Menſes a variis olim Gentibus uſurpati; Feſtorum quoque, Ludorum, Deorumque varietas, atque conditio, qui ab ipſis peragi, vel honorari conſueverant, apprime perſpecta foret; quemadmodum verus characterum, & compendiorum valor ex peculiaribus interdum ritibus expiſcandus erat, qui apud Ethnicos, aut Chriſtianos ipſos floruerat. Quin etiam Notae ipſae accurate legi, Marmorumque voces saepius luxatae depravataeque rite corrigi, reſtitui, vel emendari certe non poterant, niſi ex Geographia, vel Chronologia, vel ſacra, profanaque Hiſtoria praeſidium, plurimuſque ſplendor accederet. Itaque in obſcurioribus quibuſdam Notis explicandis, illuſtrandiſque Marmoribus aliquando plura, neque inutilia, neque iniucunda repente mihi affulſerunt; quae licet aliquo fortaſſe in pretio haberi, atque eruditae Antiquitatis cultoribus probari poſſe viderentur, in ipſa tamen Notarum explicatione commode interſeri non poterant; ne alphabetica nimirum ipſarum ſeries temere perturbaretur, aut oratio ex praecipuo Operis argumento ad aliena digrederetur. Hinc e re futurum putavi ſi de nobilioribus eiuſmodi Monimentis uberius quidem, atque accuratius, ſed ſeorſim tamen, atque abſoluta iam univerſa Notarum ſerie, vel recenſione diſſererem; ut proinde haec Marmorum explicatio, ſive Diſſertationum faſciculus veluti Mantiſſa quaedam, aut Appendix ad Opus ipſum accederet. Ita vero Diſſertationes ipſas diſponere, ſimulque complecti nunc libuit, ut principem quidem locum iis concederem, quae ſacris, Chriſtianis nimirum, Marmoribus illuſtrandis inſerviunt; deinde vero ceterae conſequerentur, quae profana Monumenta continent; ac Diſſertationum ipſarum ſingulae Cl. Viris eruditione, ac dignitate praeſtantibus inſcriptae forent, qui me, ſtudiaque haec mea perhumaniter excipere, ac fovere conſueverunt.

II. Vndenam vero potius aut ſeriem hanc auſpicari, aut in quem primum oculos, animumque convertere me deceat, quam in Te unum, *Vir Praeſtantiſſime*, qui ſapientiae laude, ceteriſque praeclaris animi dotibus, quam qui maxime commendaris; & quem veluti ſupremum Moderatorem ac Patrem Scholarum Piarum Ordo veneratur? Certe, ſi quid in me vel ingenii, vel doctrinae unquam fuerit, ſi quae fortaſſe in iis ſtudiorum generibus, quibus ego latinas, graecaſque literas, aut egregias Facultates alias erudiendae Iuventuti adornandas ſuſcepi, optimarum artium cognitio, vel ſplendor ullus appareat, id omne profecto intelligo, publiceque profiteor Scholarum Piarum Ordini a me deberi, qui me vel a primoribus etiam annis doctiſſimorum hominum inſtitutione, & exemplo ad eam ſapientiae, ac eruditionis laudem, quam in ipſo ſinguli profitentur, ita ſemper aluit, excitavitque, ut quidquid in ullo ſtudiorum genere eniti ego poſſim, Collegis meis amantiſſimis, atque univerſo demum huic Ordini dedicatum, optimoque iure conſecratum eſſe videatur. Memorem autem hunc, gratumque animum meum neque illuſtrius oſtendere, neque opportunius teſtari fortaſſe ego poſſim, quam ſi Te unum hic alloquar, Teque potiſsimum ſtudiis hiſce meis auſpicem, atque patronum deſiderem: quippe qui Scholarum Piarum Ordinem auctoritate, conſilio, pruden-

tia-

Digitized by Google

tiaque tua moderaris; nihilque magis aut in amoribus, aut in votis habere Te oſtendis, quam ut ipſi novus ubique ſplendor accedat. Eximium ſane, atque perenne amoris huius conſiliique tui monimentum poſteris etiam aetatibus eſt futurum Collegium illud, quod liberalibus diſciplinis omnibus rite ac feliciter excolendis, Te potiſſimum duce, atque auctore, nuper Romae excitatum, magnificeque praeſidiis omnibus inſtructum, & exornatum conſpicimus: ne quid ego de Collegiis illis hic loquar, quae iampridem Panormi, ac Meſſanae, dum Siciliae Provincia tibi regenda obtigiſſet, incredibili ardore, civium plauſu, regiiſque auſpicis, ac nomine decoraſti. Sed nihil eſt tamen, in rebus omnibus a Te magnifice & preclare geſtis, quod aut Ordini huic noſtro carius, aut Tibi honorificentius eſſe unquam poſſit, quam quod aſſiduis praeſertim curis, induſtria, ſtudiiſque tuis ſupremi demum honores Auctori, Parentique noſtro ſanctiſſimo IOSEPHO CALASANCTIO, cuius iampridem fama virtutum ſplendore patratiſque prodigiis mirifice confirmata floruerat, ab Apoſtolica Sede decreti fuerint; iſque ſacro ſolemnique ritu Beatorvm Faſtis nuperrime inſcriptus Scholarum Piarum Ordinem, quem maximo, atque incredibili Reipublicae Chriſtianae commodo & fauſtitati inſtituerat, nova hac honoris, & ornamenti acceſſione veluti praeſentiſſimum ſidus illuſtret, praeſidioque ſuo tueatur. Qua quidem in re noſtrum quilibet optime profecto intelligit quantum amori, clementiaeque tribuendum ſit, qua BENEDICTVS XIV. Pontifex vere Maximus, Optimuſque Scholas Pias complectitur, ipſarumque Auctorem virtutum omnium laude, atque heroica inprimis, invictaque in adverſis rebus conſtantia ſpectatiſſimum veneratur; ſed una quoque intelligit quo ſtudio, atque ardore amantiſſimi Patris gloriae, Ordiniſque ſplendori, atque ornamento Ipſe conſulueris. Etenim, cum veram Scholarum Piarum gloriam pietate, atque ervditione, quas praeſtantiſſimus Ordinis Inſtitutor concordi pace ligavit, contineri perſpiceres, incredibile eſt certe quantum utrique confirmandae, augendaeque qua virtutum tuarum ſplendore, qua conſilio, & imperio ſemper inſtiteris; quove amore, atque humanitate eos excipere, ac fovere conſueveris, qui Spartam hanc divinitus nobis oblatam impenſius colere, atque pro viribus adornare conantur. Atque utinam quidem ea in me foret ingenii vis, atque alacritas, quae conſiliis hiſce tuis, ſuſceptiſque iampridem a me lucubrationibus pro rei dignitate perficiendis par eſſet; adeoque amori propenſaeque voluntati in me tuae plenius aliquando, atque illuſtrius reſpondere ego poſſem! Quandoquidem vero ſplendidius aliud obſervantiae in Te meae, gratique animi monimentum extare modo non poterat, quaeſo obteſtorque Te, ut hoc ipſum, quod humillime nunc offero, conſecroque, perhumaniter excipias: ut haec ipſa Chriſtiani Marmoris explicatio, vel Diſſertationum mearum prima tuo inſcripta nomini prodire poſſit; eamque laudem, quam ex ingenio viribuſque meis ſperare vix poterat, auſpicio, nomine, praeſidioque tuo conſequatur.

III. Reineſius inter Chriſtiana Marmora Claſſe XX. num. 454. pag. 1006. ex Chorerii Hiſtoria Delphinatus eximiam hanc Inſcriptionem exhibet *Viennae Allobrogum in Aede S. Severi* poſitam

| | |
|---|---|
| ΕΙΡΗΝΗϹ ΕΤΗ | |
| ΤΕϹϹΑΡΗΚΟΝ | |
| ΤΑ ΚΑΙ ΕΝΙΟΤΕ | |
| ΛΕΥΤΤΑ ϹΕ ΤΑΤΗΝ | *leg.* ΜΕΤΑ |
| ΥΠΑΤΙΑΝ ΤΟΝ | ΤΟΥ |
| ΔΕϹΠΟΤΟΝ | ΔΕϹΠΟΤΟΥ |
| ΗΜΩΝ ΒΑΛΕΝ | |
| ΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ | |
| ΠΕΜΠΤΟΝ ΚΑΙ ΑΝΑ | A.D. 440. |
| ΤΑΛΙΟΥ ΤΟΥ ΛΑΜ | |
| ΠΡΟΤΑΤΟΥ. ΕΝΙΟ | |
| .... ΠΕΡΙΤΙΟΥ ΕΚΤΗ | |
| ΚΑΙ ΤΗ ΕΡΑ ΟΜΗϹΤΟ | *leg.* ἐρασμιωτάτῃ |
| ΦΗ ΗΜΕΡΑ ΠΑΡΑΣ | ἡμέρᾳ παρασκευῆς |
| ΚΕΥ. ΚΑΙ ΑΝΑϹΤΑ | *nimirum Paſchalis* |
| ΕΝΤΗ ΗΜΕΡΑ ΧΡΙϹ | |
| ΤΟΥ ΕΧΑΜΕΝΟΥ. | |

Quid

Digitized by Google

Quid accuratiſſimus Auctor ille in Marmore depravatum, adeoque corrigendum eſſe putaverit ex variis lectionibus apparet, quas ad Marmoris latus exhibuit; quemadmodum Reineſius ipſe in notis Marmori ſubiectis poſtremas in illo voces ita refingendas eſſe arbitratur ΚΑΙ ΑΝΑCΤΑCΙΝ ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΧΡΙCΤΟΥ ΔΕΞΟΜΕΝΗC. Itaque ex Cl. Viri ſententia, & emendatione ita latine reddenda foret Inſcriptio: *Irene annos quadraginta & unum* nata *obiit* anno *poſt Conſulatum Domini noſtri Valentiniani V, & Anatolii ſplendidiſſimi* Viri die *menſis Peritii ſexta, & deſideratiſſima die Paraſceves* Paſchalis, *& reſurrectionem in die Chriſti accipiet*. Ceterum haec *Irene*, ſubdit Reineſius, *cuius apud Viennenſes defunctae iſta memoria, e civibus Conſtantinopolitanis fuit; idque apparet e Computo ab Eccleſiae Gallicanae more diverſo. Nominat enim menſem* Περίτιον *Macedonibus, & Conſtantinopolitanis uſitatum, teſte Evagrio, reſpondentem Februario, & Martio Romanorum*. Reineſii veſtigiis in exhibendo, explicandoque Marmore inſtitiſſe videtur Fleetvoodus pag. 518. n. 1. quemadmodum Relandus ipſe in concinnanda Conſulum ſerie, Faſtiſque Conſularibus Scriptorum, ſimulque Marmorum praeſidio accuratiſſime contexendis ita Marmor illud ad annum Chr. 440. ex Gudii Schedis exſcripſit ΔΕΣΠΟΤΟΝ. ΗΜΩΝ. ΒΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ. ΠΕΜΠΤΟΝ. ΚΑΙ. ΑΝΑΤΑΛΙΟΥ. ΤΟΥ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ. cumque Fleetvoodi exemplar a Gudiano differre conſpiceret, in illo nimirum μετὰ τὴν ὑπατείαν τοῦ δεσπότου ἡμῶν a Fleetvoodo emendari, ſubdit Relandus quod *tunc* Marmor *ad annum ſequentem pertineret*, hoc eſt incertum eſſe putavit an Irenes obitus ad annum Chr. 440. ſive 441. referri debeat. Denique Marmor ipſum ex Chorerio quidem, ſed iuxta tamen exemplar a Cl. Viro Bimardo ſibi tranſmiſſum, protulit Muratorius pag. 405. Cl. V. n. 4. ut aliqua proinde in illius apographo a ſuperiori varietas reperiatur, ut in ſubiecto Muratorii exemplo conſpicitur.

Ο Ι Ρ Η Ν Η Σ Ε Τ Η
Τ Ε C C Ε Ρ Α Κ Ο Ν
Τ Α Κ Α Ι Ι Ε Ρ Ω C Τ Ε
Λ Ε Υ Τ Α C Ε Τ Α (lege Μ Ε Τ Α) Τ Η Ν
Υ Π Α Τ Ι Α Ν Τ Ω Ν
Δ Ε Σ Π Ο Τ Ω Ν
Η Μ Ω Ν Β Α Λ Ε Ν
Τ Ι Ν Ι Α Ν Ο Υ Τ Ο
Π Ε Μ Π Τ Ο Ν Κ Α Ι Α Ν Α
Τ Ο Λ Ι Ο Υ Τ Ο Υ Λ Α Μ
Π Ρ Ο Τ Α Τ Ο Υ Ε Ν Ι Ο
Ν Ι Π Ε Ρ Ι Τ Ι Ο Υ Ε Κ Τ Η
Κ Α Ι Τ Η Ε Ρ Α Ο Μ Η Ε Τ Ο
Φ Η Η Μ Ε Ρ Α Π Α Ρ Α C
Κ Ε Υ Κ Α Ι Α Ν Α C Τ Α ||||||||
Ε Ν Τ Η Η Μ Ε Ρ Α Χ Ρ Ι C
Τ Ο Υ Ε Σ Κ Α Μ Ε Ν Ο Υ

Clariſſimus autem Editor hic optime feliciterque obſervavit in *undecimo* verſu ΕΝ ΜΗΝΙ legendum eſſe, atque in *tertiodecimo* ſuſpicatur pro ΕΡΑ ΟΜΗ ΕΤΟΦΗ levi, facilique mutatione reſcribendum eſſe ΩΡΑ ΟΜΗ ΕΤΑΦΗ; adeoque ſingula Inſcriptionis verba latine ita reddidit: *Irene annos* nata *quadraginta poſt* vitam *ſancte* actam, *diem* ſuum *obiit poſt Conſulatum Dominorum noſtrorum Valentiniani quinctum, & Anatolii Viri Clariſſimi Menſis Peritii die ſexta, & hora ſimili tumulata eſt die Paraſceves, & Reſurrectionis die Chriſti* .... Quandoquidem vero Muratorius ipſe *Paraſcevem* illam, ac *Reſurrectionem*, quae in Marmore nominatur, ad Paſchalia Feſta ſpectaſſe, Reineſio duce, putavit, facile dirimi, vel explicari non poſſe obſervavit quî ſolemnis Paſchatis dies in Peritium Macedonum menſem inciderit, ſi Peritius ipſe Ianuario Romano reſpondiſſe debuerit. Itaque ingenue, modeſteque teſtatur, *quid ſit ſepulturae mentio die Paraſceves, & Reſurrectionis, non aſſequor. Eoque difficilior nodus inſur-*

Digitized by Google

*ſurgit, ſi Peritius Macedonum menſis Ianuario Romanorum reſpondet, ut Eruditi quidam cenſent. Sed fortaſſis in Martium cadebat, atque hinc eorum opinio emendanda*. Certe Reineſius ipſe, qui Cl. Muratorio facem praetulerat, ſimulque tamen impoſuit, Peritium illum Februario, & Martio Romanorum reſpondiſſe, immerito ille quidem, ſed perſpicue tamen, aperteque iam dixerat. Atque iſta quidem a Cl. Viris eximio huic Marmori explicando ſubtiliter excogitata, ingenioſeque tradita conſpicimus. Quum tamen perplexitas illa, & errores, qui in ſingulos fere Marmoris verſus irrepſerant, operiſque conſilium pati vix poſſet, ut Scriptores illi de Literis, atque eruditae Antiquitatis cultoribus praeclare meriti ſingula ſubtilius excuterent, uberioremque lucem eximio huic monumento afferrent; e re futurum putavi ſi Marmor ipſum paullo diligentius exponerem; luxatas in illo, vitiataſque voces reſtituerem, verum ipſius ſenſum exponerem, atque exinde plura tum Chronologiae, tum ſacris etiam Chriſtianorum ritibus illuſtrandis accomodata opportune deducerem.

IV. Itaque, ut a primo Marmoris verſu, vel ab ipſo faeminae tumulatae nomine, exordiar, quamvis illa a Reineſio ΕΙΡΗΝΗϹ, a Muratorio ΟΙΡΗΝΗΣ, dicatur, quolibet tamen hic ego pignore contenderim primum in Marmore ϵΙΡΗΝΗ ſculptum fuiſſe; nimirum characterem Ε ea potius lunata forma expreſſum, quae iam ſecundo Eccleſiae ſeculo uſurpari conſueverat, ut uberrime, invicteque Lupus oſtendit ad Epitaphium Severae pag. 152. Itaque ab exſcriptore facile ΟΙΡΗΝΗϹ pro ϵΙΡΗΝΗϹ exprimi deinde potuit; quemadmodum prorſus in latini Marmoris titulo apud Boldettum pag. 369. ſcriptum conſpicitur ϵΝ ΟΙΡΝ, quod in opere *de Notis Graecorum* pag. 21. ϵΝ ϵΙΡήΝη legendum ac ſupplendum eſſe iam monui. Quod vero pro recto caſu ϵΙΡΗΝΗ patrius ϵΙΡΗΝΗϹ in Marmore reperiatur, barbarae iam, depravataeque methodo adſcribi debet, quae ſequioribus iis temporibus, non in Graecis ſolum, ſed in Latinis etiam, nominibus inflectendis irrepſerat: ut facile exemplis innumeris oſtendi poſſet. Id optime, ingenioſeque Lupus obſervavit, qui quum in Severae Martyris Epitaphio legiſſet ΛϵΤΚϵϹ. ΦϵΛϵΙϵ. ΚΑΡϵϹϹϵΜϵ. ΠΟϹΟΤϵΙϵ, ibi *Leuces* nomen, non virile patris, ſed muliebre potius matris, nomen eſſe coniecit, quod contra ſeveriores Grammaticae leges in recto caſu in ΕΣ deſineret. Itaque pag. 157. longam nominum ſeriem clariſſimus Vir ille ex Marmoribus contexuit, quae ita in obliquis caſibus efferuntur, ut in recto caſu in ΗΣ deſinere debuerint. Sed clarius exemplum aliud adiecisse nunc iuverit ex Latino marmore apud Murat. Cl V. n. 5. pag. 383. ubi in recto caſu MATER LEOPARDES memoratur: quemadmodum apud Muratorium ipſum Cl. XXV. n. 2. pag. 1951. & Marangonium in *Appendice de Coemeterio SS. Thraſonis, & Saturnini* pag. 72. legitur

| | |
|---|---|
| ΘΡΗΠΟΛΕΝΗϹ | *Tripolenis* |
| ΤΗϹ ΦΟΙΝΙΚΗϹ | *ex Phoenicia* |
| ΛΕΟΝΤΗΙϹ | *Leontis* |
| ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ | *in pace* |

Sed quamvis iſta barbara vocis inflexio perſpicuis exemplis illis mirifice confirmetur; fortaſſe tamen coniicere, vel ſuſpicari quis poterit characterem Ϲ, qui in voce ϵΙΡΗΝΗϹ poſtremo loco nobis occurrit, in ϵ refingendum eſſe; ut nimirum eiuſmodi ſigla ϵ integra vox ἔζησεν exprimatur; quemadmodum prorſus hic ipſe valor in aliis Marmoribus characteri Ζ tributus conſpicitur, ut Ζήσαντι ſignificet. Certe in hac hypotheſi nomen *Irene* cum vocibus pone ſequentibus aptiſſime componi poſſet, nitidumque ſenſum efficere; quod nimirum ϵΙΡΗΝΗ ϵ ϵΤΗ ΤΕϹϹΑΡΑΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΝ *Irene vixit annos quadraginta & unum*. Sin vero, ſublata ſigla ϵ, ſolum ϵΙΡΗΝΗϹ, vel ΕΙΡΗΝΗ legatur, eadem tamen vox illa ἔζησεν tacite intelligi, ſupponique debebit; niſi barbare hic ΕΤΗ pro ΕΤΩΝ ſcriptum dicatur. Quod vero ad Irenes aetatem attinet, cum in

Mu-

Muratorii textu TECCEPAKONTA ſolum legatur, *quadraginta* anni cenſeri debent; ſed annos *unum, ac quadraginta* Reineſii exemplar hic poſtulat, in quo TECCAPHKONTA KAI ENIO ſcriptum conſpicitur. Quamvis enim Muratorii lectio concinnior, longeque clarior appareat, inſueta tamen haec formula ἱερῶς τελευτῇ argumento eſſe poterit cum Reineſio potius KAI ENIO legendum eſſe; quod ita corrigi, refingique deberet, ut KAI EN haberetur. Ac mirari ſane non poſſumus ſi in brevi hoc Marmore frequenter adeo, vel exſcriptoris, vel quadratarii vitia nobis occurrant, cum in ſexcentis Marmoribus aliis graviora quoque menda ſubinde obverſentur; ut apud Gruterum. pag. 1037. n. 11. legitur ZHCANTI.ENIATTO.ENOC.MHNAC.OKTω; longeque clarius, Marmorique noſtro accommodatius in latino Marmore apud Gruterum ipſum occurrit pag. 1057. n. 3. DEPOSITIO. PAVLI. FAMVLVS. DEI. VIXIT. ANNOS. L. ET. VNO. REQVIEVIT. IN. PACE.

V. Expoſita iam Irenes aetate, mortis annus in Marmore, expreſſis Conſulum nominibus, qui magiſtratu proxime functi fuerant, indicatur. Itaque in quarto verſu pro CETA, quae nihili vox eſt, META reſcribendum eſſe Reineſius optime, feliciterque iam viderat; ac error ille, niſi mea me fallit opinio, exinde manavit quod character M fortaſſe tranſverſim, hac facie Σ, depictus exſcriptori facile impoſuit, perinde quaſi non M, ſed Σ, ille foret; quod certe vitium alibi quoque irrepſiſſe conſpicitur. Exinde vero, ut id obiter moneam, Relandi anxietas, atque ſuſpicio facile dirimi, refellique debet, qui incertum eſſe putavit an Irenes obitus ad annum Chr. 440. quo Valentinianus Auguſtus *quinto* Conſul cum Anatolio proceſſerat, ſive ad ſequentem 441. referri debeat. Etenim, ſi Irene μετὰ τὴν ὑπατείαν *poſt Conſulatum Valentiniani V. & Anatolii* e vivis exceſſit, iique Conſules ad an. Chr. 440. certiſſime referri debent, quo ipſorum nomina Faſtis omnibus inſcribuntur, dubitari certe non poterit quin Irene ſequenti anno 441. obierit, qui, quamvis *Cyri* Conſulis nomine in Legum ſubſcriptione deſignari conſueverit; aliquando tamen in Legibus etiam ipſis *Valentiniani*, atque *Anatolii* nomine diſtinguitur: ut apud Gothofredum Tit. 19. nov. 2. legitur *Poſt Conſulatum Valentiniani* A. & Tit. 21. *Poſt Conſulatum Valentiniani* A. *& Anatolii*. Sed haec illuſtrius adhuc, longeque accuratius ex Dominicali annorum Litera inferri poterunt, ut opportune mox oſtendetur. Interim vero obſervaſſe nunc iuverit, quod Conſulum nominibus in Muratorii exemplo titulus iſte praefigitur ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΗΜΩΝ cum in Gudio, Fleetvoodo, ac Reineſio TON ΔΕΣΠΟΤΟΝ ΗΜΩΝ legatur; idque Reineſius ipſe in ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ refinxerit: quod ille nimirum, ut opinor, coniecerit Anatolio, qui neque Caeſar, neque Auguſtus erat, *Domini* titulum concedi non poſſe; adeoque vocem illam Valentiniano ſolum, qui Caeſaris, Auguſtique honore potiebatur, adſcribi oportere. Ita propemodum Muratorius ipſe cum Marmor, quod apud Gudium pag. 372. n. 3. reperitur Cl. V. num. 3. pag. 405. ex Donio protuliſſet, in cuius initio legitur

P CC DD NN VALENTINIANI V ET ANATOLI
DIE XV KALENDAS MAIAS

ita ſiglas illas expoſuit: *Poſt Conſulatum Dominorum Noſtrorum Valentiniani Quinctum, & Anatolii*; repente tamen adiecit: *ſed* Anatolius *nunquam Caeſar, vel Auguſtus fuit. Quare contra morem* DD NN *interpretari opus erit* Domini noſtri. Sed clarius etiam, longeque accuratius opinionem hanc, quae hactenus Eruditorum omnium animis inſedit, nimirum *Domini noſtri* titulum ſolis Auguſtis, atque Caeſaribus tributum eſſe, Muratorius ipſe nobis expreſſit illuſtrando Marmori, quod *Lugduni in Sancti Irenaei* reperitur, atque ab illo ex Marchione Maffeio exhibetur Claſſe V. pag. 410. n. 5.



Digitized by Google

IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
XXV RECESSIT VI
KAL OCTOB DN N
SEVERO ET IORD
ANE VV CC

Etenim Cl. Editor, cum Marmor ipſum ad annum Chr. 470. retuliſſet, quo *Iordanis*, & *Severi* nomina in Conſularibus Faſtis occurrunt, haec adnotavit: *Sane ad hunc annum Cl. Maffeium ſequutus retuli Inſcriptionem iſtam conſonam quoque Faſtis. Verum animadverte* Severum *appellari* Dominum noſtrum. *Hoc nomine ſignati Imperatores, aut Caeſares. Itaque aut Inſcriptio retrahenda videtur ad annum Chr.* 462. *quo in Occidente* Imp. Fl. Libius Severus Aug. *Conſul proceſſit, & excogitandus eſt eius Collega* Iordanes; *aut* Severus *hoc anno Conſul in conſortium Imperii ab* Anthemio Auguſto *adſcitus fuerit, quod nemini perſuadeatur, cum ne unum quidem de re tanta verbum fecerint antiqui Scriptores*. Doctiſſimi tamen, atque immortalis viri pace, neque perſpicua, ſibique conſtans Conſulum ſeries hic perturbari, nec ulla Severo dignitas concedi, nec aliquid in noſtro Marmore corrigi, refingique debet. Etenim, ut hinc exordiar, quamvis Anatolius, neque Caeſar, neque Auguſtus eſſet, facile tamen ab imperito Scriptore *Domini* vox ita efferri, exprimique poterat, ut illa Anatolio quoque tribui videretur. Ita propemodum in Margarini Marmore, quod in Opere *De Notis Graecorum* protuli in KOBP, legitur τῶν δεСΠΩΤΩΝ ΗΡΩΩΝ ΛΕΟΝτος, ϗ ΠΡΟΒΙΑΝΟΥ; una nimirum, eademque voce, honoriſque titulo uterque Conſulum, qui anno Ch. 471. Faſtos ſignarunt, in eiuſmodi Marmore decoratur; cum tamen Leo ſolum Auguſtus eſſet. Sic Ticinenſis etiam Marmoris notas ΕΝ ΥΠΑΤΤ. ΔΕϹΠ ΗΜ ΛΕΩΝΤΟϹ Τ͞Δ ϗ ΠΡΟΒΙΑΝΟΥ ita ſupplendas eſſe conieceram, ut non modo Δεσπότυ ἡμῶν, quod Cl. Maffeio videbatur, ſed etiam Δεσπότων ἡμῶν, legi poſſet; quod iis nimirum temporibus privatis etiam Civibus una cum faſcibus, aut conſulatu *Domini* quoque titulus concederetur. Sed quid coniecturis aliis, aut obſcurioribus monimentis iſtis hic immoror, cum facile perſpicuis, certiſque monimentis oſtendi poſſit *Domini noſtri* titulum privatis etiam Civibus, qui conſulatus munere fungebantur, attribui conſueviſſe? Sic ut exemplum unum ex ipſo Muratorii Theſauro proferatur, Claſſe V. n. 1. pag. 390. latinum marmor ex Boldetto exhibetur, in cuius initio, vel titulo reperitur

DD. NN. CLEARCO ET RICOMEDE VV. CC.
CONSVLIBVS

Itaque, ſi *Fl. Ricimer*, qui hic *Ricomedes*, atque in Excerptis Hiſtoricis apud Scaligerum *Ricomedus*, in Paſchali quoque Laterculo *Ricomedes* vocatur, & *Fl. Clearcus*, qui anno Chr. 384. conſulatum geſſere, *Domini noſtri* titulo nitide diſerteque decorantur; cur idem ille honoris titulus anno 441. *Anatolio* quoque concedi non potuit; in eo praeſertim Marmore, in quo Caeſar, & Auguſtus Valentinianus, veluti Anatolii collega, nominandus erat? Nec alia certe ratione Notas ipſas DD NN in alio Marmore explicandas eſſe putaverim, quod ex ineditis Donii Schedis hic profero

MARCVS..................
FECERVNT.............
PETRVS. VIXIT.........
X KAL. APR DD NN.......
GRATIANO IIII. ET. MET...
ANASTASA. DEC. III.....
QUAE VIX. ANN. IIII. D. XX.
MARCVS. QVI. VIXIT. A..

In quinto verſu certiſsime reſcribi debet MEROBAVDE, cum Gratianus Auguſtus una cum *Merobaude* anno Chr. 377. *quarto* Conſul proceſſerit; adeoque *Domini Noſtri* titulus non Auguſto ſolum, ſed Merobaudi quoque ipſius Collegae concedi videtur. Atque utinam quidem latinum Marmor, quod a Reineſio Cl. XX. n. 416. pag. 993. profertur, integrum foret, utriuſque nempe Conſulis nomina in illo exprimerentur! Sic enim facile oſtendi poſſet an *Auguſtis* ſolum, an vero *privatis* etiam Conſulibus *Domini* titulus concederetur. Eiuſmodi Reineſii Marmor ita deſinit

DEPOSITVS IN PACE
VI. KAL. FEBRARIAS
DOMINIS NOSTRIS
FL. BALENTINIANO
CONSVLIBVS.

Quis hic aperte non videat alterius Conſulis nomen exſcriptoris, aut quadratarii oſcitantia excidiſſe, obſcurumque fore an princeps in Marmore locus Valentiniano Caeſari, vel alteri Conſuli concederetur? Certe, ſi Valentiniani Caeſaris nomen ſecundo ſolum loco exaratum fortaſſe fuerat, Theodoſii Auguſti nomen, cum quo Valentinianus ipſe *quater* Conſul proceſſerat, in Marmore reſtitui debebit. Sin vero Valentiniani nomen priorem in Marmore locum obtinuit, *Anatolii*, vel *Nonii*, vel *Avieni*, vel *Anthemii* nomen inſerendum erit; cum ipſorum quilibet una cum Valentiniano Auguſto conſulatum geſſerit. Quum vero nulla iterati conſulatus nota poſt Valentiniani Caeſaris nomen adiungatur, veriſimilius exiſtimo de primo ipſius conſulatu Marmor illud intelligendum eſſe, adeoque Theodoſii Auguſti nomen in ipſo reſtituendum, qui Conſul XI. una cum Fl. Valentiniano Caeſare Faſtis inſcribitur an. Chr. 425.

VI. Quandoquidem vero Valentiniani Caeſaris, eiuſque Collegarum mentio in explicando ſuperiori Marmore facta fuit, quid prohibet quin Marmor etiam aliud illuſtrem, quod ambiguum certe, vel depravatum eſſe conſpicio? Apud Muratorium pag. 2001. n. 4. Marmor Romae poſitum exhibetur

HIC DEPOSITVS EST ANTIOCHVS CANDIDATVS PRIMICERIVS
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
☧ POLICIO . . . QVI VIXIT ANVS PM LZ IN PACE VI. KAL
(ſic)
MAR. CONS DOMINI NOST. VALENTINIANI AVG VI ET
ABINIO CONS SEVERISSIMVS BENEMERITVS

ubi Cl. Editor adnotavit: *Quid eſt quod Valentiniani Collega* Abinius *appellatur?* Certe in Faſtis omnibus *ſextus* Valentiniani conſulatus una cum *Nomi*, ſive *Nomii* conſulatu coniungitur. Marmor ipſum, & quidem in ceteris, opinor, accuratius apud Donium occurrit Claſ. XX. num. 44. pag. 532. ſed in exprimendo tamen conſulatus numero, exempli ſuperioris inſtar, depravatum; ibi nimirum legitur

HIC POSITVS EST ANTIOCCHOS CANDIDATVS PREMECERI
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . QVI VISIT ANVS PML . . . N PACE ϚI KAL. MART
. . . . DOMINI NOSTRI VALENTINIANI AVGG. I ET ABINIO COS
. . . . . . . . . . . . .

Ergone *primus* Valentiniani Auguſti conſulatus cum *Abinii* conſulatu coniungi debet, quum perſpicuo potius Faſtorum omnium teſtimonio compertum ſit Abinii, ſive potius *Avieni* conſulatum cum *ſeptimo* ſolum Valentiniani Caeſaris concurriſſe? Minime id quidem; nec id, opinor, in Marmore legebatur; in quo non AVGG. I. ut Donii Amanuenſis expreſſit, ſed AVG ϚI exara-



Digitized by Google

ratum erat: quemadmodum prorſus in ſuperiori verſu ϚI KAL ſcriptum eſſe conſpicitur, ut *VI. Kalendas* exprimatur. Itaque, ſi character Ϛ, adeoque vera lectio Marmori a me reſtituta, admittatur, *ſeptimus* Valentiniani Auguſti conſulatus habebitur, quem ille anno Ch. 450. una cum *Gennadio Avieno* ſuſcepit.

VII. Atque iſta quidem de Conſulibus, quorum nomine, veluti charactere, Irenes obitus deſignatur, ſive de emortuali ipſius anno. Etenim menſis nomen in Marmore perſpicue recenſetur; quamvis in Reineſio ΕΝΙΟ... ΠΕΡΙΤΙΟΥ; in Muratorio vero, ſublata lacuna, ΕΝΙΟΝΙ ΠΕΡΙΤΙΟΥ legatur. Vtrobique tamen peccatum eſſe putaverim, atque olim in Marmore ſcriptum fuiſſe ſuſpicor ΕΜЄΝΙ pro ΕΝ ΜЄΝΙ, ſive ΕΝ ΜΗΝΙ. Eiuſmodi contractionum, vitiorumque genera in Marmoribus etiam aliis occurrunt: ut apud Gruterum pag. 313. n. 1. legitur ΕΜΜΥΚΗΝΑΙΣ pro ΕΝ ΜΥΚΗΝΑΙΣ; & pag. 216. ΕΜΜΕΛΔΙΝΑΙΣ pro ΕΝ ΜΕΛΔΙΝΑΙΣ; & ΕΜΜΗΝΙ pro ΕΝ ΜΗΝΙ; ut proinde facile in hoc ipſo Marmore barbaris fere temporibus exarato vox ЄΜЄΝΙ duplici vitio faedata fortaſſe irrepſerit, eademque rurſus in deteriorem aliam, ſed maxime tamen affinem, ЄΝΙΟΝΙ proclivi literarum ductu facile declinaverit. Ceterum Peritius ille, qui in Vienneſi hoc Marmore nominatur, non *Macedonibus* ſolum, & *Conſtantinopolitanis* communis erat, ut Reineſius obſervavit; ſed a pleriſque etiam omnibus Aſiae Populis, aliorum Menſium inſtar, in civilibus annis adhibebatur: ut immerito proinde Reineſius ipſe coniecerit Irenem hanc ex Coſtantinopolitanis civibus fuiſſe; quippequae facile eodem ipſo iure ad plurimas Orientis Vrbes referri potuerit. Quin etiam Peritius ipſe, quo Irene e vivis erepta fuit, non ad Macedonas, aut ad Conſtantinopolitanos, qui non aliis, quam veteribus Macedonum, menſibus utebantur; ſed ad Syro-Macedonas ſolum referri debet; ut perſpicuis oppido, certiſque characteribus poſtremo loco mox oſtendetur. Sed, ut accuratius id aſſeri, oſtendique poſſit, prius vitiatae Marmoris voces ita reſtitui, exponique debent, ut exinde cetera nitida quadam ſerie deducantur. Poſtquam in Marmore dictum fuerat Irenem *ſexta Peritii die obiiſſe*, repente ſubiicitur ΚΑΙ ΤΗ ΕΡΑ ΟΜΗ ЄΤΟΦΗ ΗΜΕΡΑ ΠΑΡΑΣΚΕΥ. Cl. Muratorius ibi legendum eſſe putavit ΤΗ ΩΡΑ ΟΜΗ ΕΤΑΦΗ latineque reddidit *& hora ſimili tumulata eſt die Paraſceves*. Reineſius autem legerat ΚΑΙ ΤΗ ΕΡΑΣΜΙΩΤΑΤΗ ΗΜΕΡΑ ΠΑΡΑΣΚЄΥῆς, hoc eſt *deſideratiſſima die Paraſceves*, idq ue de *Paſchalis Paraſceves* tempore intelligendum eſſe putavit. Ego vero neque ΕΡΑ ΟΜΗ, neque ΕΡΑΣΜΙΩΤΑΤΗ legi poſſe contenderim; cum utrumque a perſpicuo literarum ductu prorſus abhorreat; atque ex eiuſmodi lectione commodus ſenſus aliquis exſculpi non poſſit. Itaque levi, faciliqne duarum literarum mutatione reſcribendum aſſero ΤΗ ΕΒΔΟΜΗ *ſeptima;* ut nempe exprimatur Irenem *ſexta* quidem Peritii menſis die obiiſſe, ſeptima vero, nimirum proxima ſequentique, die tumulatam fuiſſe, quae ſeptima Peritii dies eo anno in Paraſcevem, hoc eſt, ut inferius oſtendam, in Veneris diem ſextamque feriam inciderat. Ac nihil eſt certe cur in Reineſii, aliorumque ſententiis uberius refellendis hic immorer, veramque Marmoris lectionem a me reſtitutam eſſe demonſtrem. Argumentis aliis, quae facile exponi congerique poſſent, hoc etiam accedat, quod quamvis Reineſius, aliique plures *depoſitionis* nomine *mortem* deſignari crediderint; ſacro tamen, ſolemnique ritu apud Chriſtianos *obitus* dies ab ipſo depoſitionis, vel ſepulturae die ita diſtingui conſueverat, ut ſepulturae, vel depoſitionis dies obitus, mortiſque diem proxime conſequeretur; adeoque, ſi Irenes obitus *ſexta* contigerat, ſepulturae dies in *ſeptimam* Peritii diem incidere, ideoque ΕΒΔΟΜΗ in Marmore reſcribi debeat. Sacris eiuſmodi Chriſtianorum ritibus oſtendendis exempla innumera ex latinis, graeciſque Marmoribus afferri poſſent; ſed aliqua ſolum ſubieciſſe nunc libet, ut eadem Marmora, vel depravata reſtitui, vel perperam explicata accuratius exponi, commodeque illuſtrari poſſint. Apud Gudium pag. 369. n. 7. ſepulchralis Chriſtiani viri Inſcriptio ita definit

ЄΤЄΛЄΥΤΗϹЄΝ ЄΤΟΝ Ο ΠΡ ΙΔ ЄΙΔΩΝ
ϹЄΠΤЄΜΒΡΙΩΝ ЄΤΑΦΗ
ЄΙΔΩΝ ϹЄΠΤЄΜΒΡΙΩΝ

Si nota, ſive character ille ΠΡ in eximio hoc Marmore, prorſus ut in aliis, ſignificet Πρὸ, dubitari certe non poterit quin in characteres alios ΙΔ error irrepſerit; ut proinde alterutra ex notis illis, & facilius ſecunda Δ, deleri debeat, aut ſublata prima Ι, ſecunda in Α refingenda ſit, adeoque in Marmore πρὸ Ι, ſive πρὸ Α legatur: hoc eſt, ut alterutra ex notis illis innueret, Πρὸ μιᾶς εἰδῶν *Pridie Idus* intelligatur. At, ne temere Marmoris voces ſollicitaſſe ego videar, longe veriſimilius eſſe, cenſerique poſſe iam dixi, quod quadratarius ille, qui Romae Marmor exſculpſerat, inſolita, barbaraque formula characteribus ΠΡΙΔ latinam vocem ΠΡΙΔΙΕ exponere voluerit. Quaecumque tamen hypotheſis eligatur, perſpicuum fiet *Vaeſsyrum*, qui *Pridie Idus* obierat, *Idibus* ipſis, hoc eſt proxima ſequentique die, tumulatum fuiſſe. Hic ipſe ritus ex Muratorii Marmore deprehendi poteſt pag. 1822. n. 7. ubi nunc legitur

☧ ΑΓΑΘΗ
Ϲ ΕΤΕΛΕΥΤΗϹΕΝ ☧
ΕΤΩΝ Ξ ΠΑΡΑ Ϲ
ΕΚΕΥΗΤΕϹ Θ ΑΠΟ ΚΑ
ΛΑΝΔΩΝ ϹΕΠΤΕΜ
ΒΡΙΩΝ ΕΞΕΚΟΜΙϹΘΗ
ΔΑΙ ϹΑΒΒΑΤΟΙϹ
ΧΑΡΙϹΟΥ ΤΩ ΚΥΡΙΩ
ΚΑΙΤΩ ΧΡΙϹΤΩ

Menda, quae in Marmor iſtud irrepſerant, nihil moror, quippequae opportunius alibi a me indicata, & fortaſſe quoque non infeliciter ſublata iam fuerint. Id unum obſervaſſe nunc iuverit, quod Agatha, quae *Paraſceves* die, hoc eſt *feria ſexta*, e vivis exceſſerat, *Sabbato*, adeoque ſequenti die elata, vel tumulata fuit. Ita prorſus in latino Marmore apud Gruterum pag. 1054. n. 8. de Matrona legitur

QVAE RECESSIT DIE MERCVRI
ORA VIII ET DEPOSITA DIE IOVIS
IDVVM MAIARVM

quemadmodum Marmor aliud apud Boldettum pag. 398. habet

ASVRIVS VICTOR DECESSIT XI KAL APR. DEPOSSONE X KAL APRI

atque in eximio Marangonii Marmore, quod apud Muratorium ipſum occurrit pag. 1999. n. 2. rariori formula dicitur

III IDVS MAIAS FATVM FECIT LEO
ET DEPOSITVS PRIDIE IDVS MAIAS

Quid vero ſi morem ipſum ex breviſſimo quidem, ſed inſigni tamen Marmore confirmem, atque ipſum a Cl. Viris editum, ſed hactenus tamen, ut opinor, minime intellectum illuſtrem? Marangonius in *Appendice ad Acta S. Saturnini* pag. 101. Marmor anno 1732. in Coemeterio *SS. Proceſſi, & Martiniani* repertum exhibet

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII. IDVS IVL.
D. P. POSTERA DIE MARTVRORV

Doctiſſimus Editor hic obſervavit: *Puto certiſſime legendum eſſe* In Cimitero Marturoru, *non vero* Poſtera die Marturorum: *tum quod immediate ſub verbo* Cimitero *habeatur* Marturorum: *tum quod nulli Martyres nominentur poſt verba* Poſtera die; *neque de Titularibus huius Coemeterii intelligi poſſit, nempe Proceſſo, & Martiniano, cum eorum Natalis occurrat ſexto nonas Iulii*. Deni-

que

Digitized by Google

que concludit quod vocibus illis: *In Cimitero* Marturoru *explicatur haec loca ſpecialiter fuiſſe deſignata ad Martyrum Corpora excipienda, ac propterea appellata fuiſſe* Concilia Martyrum, *ut fuſe Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ſub die* 23. *Iunii*. Lapidem ipſum exſcripſit Cl. Lupus pag. 181. ut oſtenderet *Marturi* vocem in ſepulcralibus eiuſmodi monimentis *archaiſmo non admodum alieno ab Latinorum antiquorum pronunciatione*, *&* *ſcriptura* ſaepiſſime reperiri; nihilque tamen de vero Inſcriptionis ſenſu adiecit. Denique Muratorius Claſ. XX. pag. 1922. n. 5. ex Marangonio Marmor ipſum exhibuit; quamvis ille non *VII. Idus*, ut perſpicue in Marangonio reperitur, ſed Lupi fortaſſe veſtigiis inſiſtens *VI. Idus* expreſſerit. Deinde vero explicando Marmori, atque perſpicuae Catholicorum ſententiae uberius confirmandae, doctiſſimus, ſimulque piiſſimus Auctor haec adnotavit: *Si cum* CIMITERO, *hoc eſt* Coemeterio *coniungenda eſt, uti plane videtur, vox* MARTVRORV, *ideſt* Martyrum, *agnoſcere hinc etiam poſſumus quantam Martyrum copiam complecterentur Romana Coemeteria* (*nunc* le Catacombe *appellamus*) *quando ex eorum tumulis nomen accipiebant*. *Dodvvelli Anglici pro* Paucitate Martyrum *pugnantis opinioni toties a Catholicis confoſſae iſtud quoque monumentum obiicias*. *Atque hinc praeterea diſcas a vero deflectere qui* Depoſitionis *diem pro die* Obitus *accipiunt*. *Pecorius iſte, ſive Martyr fuerit, ſive tantum Chriſti Fidelis, vita functus in Coemeterium illatus eſt una die, atque altera* D. P. *hoc eſt* Depoſitus, *ſeu* ſepultus.

VIII. Atque optime id ille quidem, ingenioſeque quod *obitus* diem a *depoſitionis* die diſtinguendum eſſe, ſacrumque eiuſmodi Chriſtianorum morem huius etiam Marmoris praeſidio probari poſſe putaverit. Quod vero Marangonio duce *Marturorum* vocem ad *Cimitero* referendam, ipſique coniungendam eſſe coniecerit, adeoque *Martyrum*, ſeu *Marturorum* nomine Chriſtianos illos hic appellatos fuiſſe dixerit, qui in SS. Proceſſi ac Martiniani Coemeterio condebantur liberioris, opinor, coniecturae genus haberi fortaſſe poterit, quod a perſpicuo Marmoris ſenſu facile abhorreat: cum vox *Marturoru* ab alia voce *Cimitero* adeo ſeiuncta ſit, ut vix ad illam referri, apteque cum illa coniungi poſſe videatur. Itaque, niſi plurimum hic ego fallor, *Martyrum* voce non certe quidem *Proceſſus* ac *Martinianus*, ut optime Marangonius ipſe obſervavit, ſed Martyres tamen alii intelligi profecto debent, qui eximio quodam honore a Romanis colebantur, adeoque κατ' ἐξοχὴν ibi *Martyres* appellantur: ut proinde anniverſarius ipſorum dies in eximio hoc Marmore, veluti perſpicua temporis nota, exprimatur. Ii vero quinam alii eſſe poterunt, quam *Septem Fratres*, ac Martyres illi, qui una cum *Felicitate* ipſorum matre Antonini Caeſaris aetate variis tormentorum generibus cruciati VII. Idus Iulias Romanam Vrbem glorioſo ſanguine conſecrarunt; tantoque ſemper in pretio, atque honore ſunt habiti, ut *decima* Iulii die ſolemnis, atque anniverſaria ipſorum celebritas ſplendide perageretur, ipſorumque nomina Romanis Tabulis inſcriberentur? Si id ego rite feliciterque coniecerim, nullus piiſſimi Scriptoris coniecturis locus, nulla perplexitas in eximio Marmore ſupereſſe iam poterit; ſed nitide diſerteque exprimetur Pecorium in Coemeterium veniſſe, hoc eſt e vivis exceſſiſſe, *VII. Idus Iulias*, hoc eſt *nona* Iulii die; ſequentique, ſeu *decima*, pro veteri nimirum Chriſtianorum more, ſepultum fuiſſe, quae *decima* menſis dies non modo *poſtera dies*, ſed etiam *dies Martyrum* hic appellatur quod in diem ſeptem *Martyribus* ſacram incideret. Quod ſi fortaſſe cui libeat non VII. ut Marangonius accuratius expreſſit, ſed cum Muratorio & Lupo *VI. Idus* legere, adeoque Pecorii mortem non *nonae*, ſed *decimae* potius, Iulii diei tribuere; tunc poſtera, hoc eſt *undecima* menſis dies, qua depoſitus ille fuit, adhuc *poſtera* Martyrum dies, ſed alio ſenſu, diceretur; quod illa nimirum diem Martyribus ſacram proxime conſequeretur. Quaecumque tamen hypotheſis, aut lectio ſeligatur, Marmoris etiam huius praeſidio perſpicuum fiet depoſitionis diem mortis diei

pro-

Digitized by Google

proxime ſucceſſiſſe; adeoque in Marmore, quod illuſtrandum ſuſcepi, ea quoque de cauſſa ΕΒΔΟΜΗ reſcribendum eſſe, ut Irene, quae *ſexta* Peritii die defuncta fuerat, *ſeptima* tumulata dicatur.

IX. At neque ſolum *ſeptima* Peritii Macedonici menſis dies, qua Irene depoſita, vel tumulata fuerit, in Marmore demonſtratur; verum etiam hebdomadis dies nitide, diſerteque indicatur; quod nimirum depoſitionis dies in *paraſcevem*, vel *ſextam feriam* inciderit. Clariſſimus quidem Muratorius *paraſcevem* illam, atque *reſurrectionem*, quae in Marmore nominatur, Reineſio duce, ad Paſchalia Feſta ſpectaſſe credidit. Itaque facile dirimi, vel explicari non poſſe obſervavit quî ſacra Paſchatis dies in Peritium Macedonum menſem incidiſſe potuerit, cum Peritius ille ex civilis Macedonici anni lege cum Ianuario ſolum Romanorum menſe concurreret. Hinc nodo huic ſolvendo, explicandoque Marmori ſuſpicatur Peritium ipſum aliquando in Romanum Martium incidiſſe; quemadmodum Reineſius ante dixerat Peritium Februario, ac Martio reſpondiſſe. At doctiſſimis viris ambiguum illud *paraſceves*, ac *reſurrectionis* nomen impoſuit, nihilque tale cogitantes abripuit, ut Macedonicorum menſium ſedem, & Paſchales etiam Cyclos immerito perturbarent. Etenim, ut a primo exordiar, *paraſceves* nomine non modo celebrior illa, ac Paſchalis Paraſceve, ſexta nimirum feria, quae Paſchatis diem proxime praecedebat, verum etiam quaelibet ſexta feria, quae in hebdomada qualibet haberi, alioque nomine *Veneris dies* appellari conſueverat, exprimebatur. Id facile exemplis aliis, variiſque Scriptorum teſtimoniis oſtendi poſſet: ſed omnium inſtar haberi merito poterit Marmor illud, quod ſuperius etiam exhibui, in quo legitur

ΑΓΑΘΗ
ΕΤΕΛΕΥΤΗϹΕΝ
ΕΤΩΝ Ξ ΠΑΡΑϹ
ΚΕΥΗΤΕϹ Θ ΑΠΟ ΚΑ
ΛΑΝΔΩΝ ϹΕΠΤΕΜ
ΒΡΙΩΝ ΕΞΕΚΟΜΙϹΘΗ
ΔΑΙ ϹΑΒΒΑΤΟΙϹ

Etenim, ſi *paraſceve* illa, qua Agatha obiiſſe dicitur, in *diem nonam Kalendas Septembris* inciderat, quis unquam paraſcevem illam ad Paſchalia feſta ſpectare, vel referri poſſe arbitretur? Si Agatha *paraſceves* die defuncta, *Sabbato* vero tumulata dicitur, quis aperte non videat *paraſceves* nomine nihil aliud intelligi, quam *feriam ſextam*, Veneriſque diem, quae proxime *Sabbatum* ipſum praeceſſerat? Ex plurimis vero Scriptorum teſtimoniis, quae proferri facile poſſent, inſignis unus Athanaſii locus ſufficiet perſpicuis adeo, certiſque characteribus expreſſus, ut nulla perplexitas ſupereſſe iam poſſit. Alexandrinus Populus in *Proteſtatione* Syriani Ducis impetum deſcribens, quo is Athanaſium ex ſede ſua deturbavit anno μετὰ τὴν ὑπατείαν Α'ρβαιτιῶνος, κὴ Λολλιᾱνȣ ait: ἐπιφοσκȣσης γὰρ τῆς πρὸ πέντε Εἰδῶν Φεβρȣαρίων, τȣτέςι τῆς ΙΔ τȣ̃ Μεχεὶρ μηνὸς, ἀγρυπνȣ́ντων ἡμῶν ἐν τῷ Κυριακῷ, κὴ ταῖς ἐυχαῖς σχολαζόντων, σύναξις γὰρ ἔμελλε τῇ παρασκευῇ γίνεσθαι: *illuceſcente enim quinto Idus Februarias die, hoc eſt decimo quarto menſis eius, qui ab Aegyptiis Mechir dicitur, vigilantibus nobis in Dominico, & precibus vacantibus, eo quod Synaxis Paraſceves die celebranda eſſet*. Haec paraſceve, que V. Idus Februarias contigerat, non alia profecto eſſe potuit, quam *ſexta feria*, quae anno Chr. 356. qui *Arbetionis*, & *Mavortii Lolliani* Conſulatum proxime eſt inſequutus, in nonam Februarii Romani menſis inciderat; quemadmodum prorſus in aureolo Athanaſianae Hiſtoriae Fragmento, quod Tomo III. Obſerv. Literar. pag. 65. Cl. Maffeius edidit, perſpicue dicitur quod *poſt Conſulatum Arbitionis, & Loliani ingreſſi ſunt Dux Syrianus, & Notarius per noctem Eccleſiam Theonae, Mechir XIII. die per noctem*

*item ſupervenientem XIV.* quae ſane XIV. Aegyptii Mechir, adeoque *nona* Februarii Romani, dies in *ſextam feriam* incidit: cum Paraſceve Paſchatis ſequentis ſolum Romani menſis die contigiſſe potuerit. Addi poſtremo poterit, quod Paſchalis Paraſceves dies a Graecis μεγάλη Παρασκευὴ *magna Paraſceve* appellari conſueverat, ut ex Cedreni Gloſſario, aliiſque pluribus erudimur: quo perſpicue ſatis apparet ſolo *paraſceves* nomine non Paſchalem ipſam, ſed quamlibet potius ſextam feriam, deſignari. Quod vero ad *Anaſtaſis*, vel *Reſurrectionis* vocem attinet, quae mox in Marmore reperitur, ΚΑΙ ΑΝΑCΤΑCΙΝ ΕΝ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΧΡΙCΤΟΥ ........ tantum abeſt, ut ſolemnem Paſchatis diem exprimere fortaſſe illa poſſit, ut oppoſitum potius oſtendat. Ibi nimirum nitide, diſerteque non Chriſti, ſed Irenes, *reſurrectio* memoratur. Accedit etiam quod Paſchatis dies nullibi, quod noverim, in monimentis iſtis Ἡμέρα Χριςῦ, ſed Πάσχα vocatur, ut praecipue in marmorea S. Hippolyti Cathedra conſpicitur, in qua ſaepiſſime Πάσχα, vel ΙΔ τῦ Πάσχατος, nullibi vero Ἀνάςασις vel Ἡμέρα Χριςῦ vocatur. Sed quid argumenta, vel coniecturas alias hic perſequar, cum in ſacris etiam diviniſque Literis vera vocis huius, ac formulae ſignificatio ſemel iterumque expreſſa nobis occurrat? Etenim Apoſtolus ad Philippenſes c. 1. ver. 6. ſcribens ait πεποιθὼς ἀυτὸ τῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Ἰησῦ Χριςῦ. *confidens hoc ipſum, quia qui coepit in vobis opus bonum, perficiet uſque in diem Chriſti Ieſu;* pauciſque interiectis ver. 10. ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς, κ̀ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριςῦ *ut ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti*: ſequentique capite ver. 16. εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριςῦ *ad gloriam meam in die Chriſti*: in quibus ſane, ceteriſque locis omnibus extrema iudicii, vel Iudicis Chriſti, dies ab Apoſtolo ſignificatur. Itaque Marmoris voces ſacram ſolemnemque formulam a Chriſtianis uſurpatam perſpicue continent, Irenem nempe ibi tumulatam in *die Chriſti*, hoc eſt in extremo iudicii die, futuram carnis *reſurrectionem* ſperare, ſibique fauſtam exorare. Hinc poſtrema Marmoris vox non, cum Reineſio ΔΕΞΑΜΕΝΗϹ legi (quid enim Irene tumulata ſimulque in Chriſti die, quaecumque illa fuerit, *reſurrectionem ſortita* dicatur?) ſed ΕΥΧΑΜΕΝΗΣ, ſive potius ΕΥΧΑΜΕΝΗ *rogans*, reſtitui debet: quae ſane voti, chriſtianaeque ſpei formula in ſacris Scriptoribus, ac Marmoribus etiam obſervatur. At non facile profecto ego dixerim an in eiuſmodi cenſu Marmor illud haberi debeat, quod a Grutero pag. 1050. n. 3. exhibetur

D M
AVRELIO BALBO &c. QVIETIORIS . PERFECTIORISQVE
VITAE . DESIDERIO . EX . NEGOTIIS . CIVILIBVS
IN . QVIBVS . FVERAT . CVM . LAVDE . VERSATVS
IOVIS . OP . MA . BENEFICIO . DVCTO . HIC . IN . SPE
RESVRRECTIONIS . QVIESCENTI . LOCVS . PVBLICE . DATVS . EST

Scaliger quidem in *Indicibus Gruterianis* cap. 24. Chriſtianis Inſcriptionibus Marmor iſtud inſeruit, eamque phraſim ceteris Chriſtianorum formulis accenſendam eſſe putavit. Caſaubonus vero Inſcriptionem hanc Chriſtianam eſſe negavit: *nam* inquit Τὸ IN SPE RESVRRECTIONIS *Chriſtianum quidem, ſed a Paganis, ut alia Chriſtianorum, uſurpatum. Tertullianus quorundam meminit.* Optandum tamen ut aliquem Tertulliani locum Caſaubonus ipſe indicaſſet, in quo reſurrectionis ſpes a Paganis ipſis concepta, atque uſurpata videretur. Certe tantum abeſt, ut Tertullianus aliquam reſurrectionis ſpem Paganis affulſiſſe, vel tenuem ipſius opinionem illorum animis inſediſſe putaverit; ut potius ſententiam hanc in Libro *de Teſtimonio Animae* c. 4. peculiarem Chriſtianorum *praeſumptionem* fuiſſe ille dixerit: atque in *Apologetico* umbatilem ſolum inanemque immortalitatis, ac veluti *reſurrectionis* imaginem a Paganis expreſſam Paganis ipſis obiecerit. *Statuas*, inquit, *defunditis*, *&*

*ima-*

Digitized by Google

*imagines inſcribitis, & titulos inciditis in aeternitatem: quantum de monimentis poteſtis ſcilicet praeſtatis & ipſi quodammodo mortuis reſurrectionem. Hanc qui veram a Deo ſperat, ſi pro Deo patiatur, inſanus eſt?* Itaque doctiſſimi Caſauboni pace vix ac ne vix quidem ſepulcralem hanc formulam Ethnico viro adſcribi poſse putaverim; cumque altera ex parte *Iovis optimi maximi* nomen, cuius ſe beneficio *Aurelius Balbus* ad quietioris perfectioriſque vitae deſiderium ductum eſse teſtatur, Chriſtiano viro prorſus indignum videatur, facile abriperer, ut Inſcriptionem hanc inter apocryphas ablegarem, niſi profanas etiam Ethnicaſque formulas a Chriſtianis ipſis, vel imperitia, vel elegantioris interdum, ut ipſi temere exiſtimarunt, ſtyli gratia, & amore uſurpatas eſse conſpicerem; quemadmodum certe Bembus Leonem X. P. O. M. *Deorum immortalium beneficio* Pontificem renunciatum eſse ſcripſit; aliaſque id genus dicendi formas in Epiſtolis Leonis ipſius nomine exaratis uſurpavit, quas ipſi merito Lipſius obiecit. Sed haec alii, ſi libeat tantique ſint, ſubtilius ac diligentius inquirant. Etenim mihi ad Irenes titulum, ſuſceptumque Marmor uberius illuſtrandum ita reverti nunc libet, ut ipſius praeſidio novus Chronologiae ſplendor oriatur; & nova civilium menſium Periodus, annique forma a Syro-Macedonibus uſurpata ipſius teſtimonio confirmetur, quae Scriptoribus, ac Monimentis aliis rite explicandis inſerviat.

X. Iampridem Eruditis omnibus exploratum erat Macedonum menſes annique Periodum ita a ſingulis ferme Orientis Vrbibus uſurpari conſueviſse, ut civilis ipſarum annus ab autumnali aequinoctio inciperet, primuſque anni dies in 24. Septembris Romani diem incideret. Hoc uno tamen diſcrimine Nationes illae diſtinguebantur, quod Macedones quidem Europaei, Epheſii, & Pergameni veterem menſium ordinem accuratiſſime conſervarunt, ideoque primum in menſium ordine locum ſemper *Dio* conceſsere; ceteri vero, qui *Syro-Macedones* appellabantur, anni cardinem ad Hyperberetaeum, qui *duodecimus* poſtremuſque iam fuerat, tranſtulerunt; hoc eſt civiles annos ab Hyperberetaeo menſe veluti primo duxerunt. Hinc menſis Dius apud Macedones Europaeos ceteroſque Populos, qui veterem Periodum conſervarunt, *primus*; apud Syromacedonas *ſecundus* erat; adeoque Peritius iuxta Macedonas *quarto*, at iuxta Syro-Macedonas *quinto* ſolum loco numerabatur. Itaque Peritius ipſe apud Macedonas quidem 24. Decembris; apud Syro-Macedonas vero 23. Ianuarii Romani die incipiebat: ut proinde *ſeptima* Peritii dies in veteri Macedonum Cyclo cum 30. Decembris; at in Syro-Macedonum Periodo cum 29. Ianuarii die concurreret. Sed anno Chr. 441. quo Irenem tumulatam eſſe iam vidimus, neque 30. Decembris, neque 29. Ianuarii dies, in *paraſcevem*, ſextamve feriam incidiſse potuit: cum annus ille, ſive Ianuarius menſis, a *quarta feria*, vel Mercurii die inceperit; adeoque 29. Ianuarii dies in eandem ipſam Mercurii, & 30. ſequentis Decembris in Martis diem inciderit. Ergo Peritius ille, qui in Marmore nominatur, non a veteri Macedonum, vel Syro-Macedonum cardine ducebatur; ſed ab alio ſolum termino exordiebatur, atque ea lege & periodo conſtitutus erat, ut *ſeptima* ipſius dies eo anno in paraſcevem incideret. Quae vero Periodus, aut facilius hic concipi, aut veriſimilius admitti poteſt, quam ut Macedonici menſes ab ipſis Romanorum menſium calendis inciperent; Macedonici nimirum, Iulianique menſes accuratiſſime ſic conſpirarent, ut in ſolis menſium nominibus varietas haberetur? Certe novam hanc prorſuſque Iulianam civilis anni menſiumque formam a Graecis aliquando receptam eſse Scaliger, Petavius, aliique plurimi iam obſervarunt; licet immerito Scriptores illi eam ab Aſianis omnibus uſurpatam eſse putaverint. Etenim Noriſius in aureo, atque immortali Opere *de Anno, & Epochis Syro-Macedonum* pag. 15. & 34. contra Scaligerum, atque Petavium perſpicuis certiſque Scriptorum teſtimoniis, atque eximio inprimis Epiphanii loco demonſtravit Aſiaticos illos, qui ab Epiphanio *Macedones* appellantur, ipſius aetate veterem adhuc anni Periodum uſurpaſse, in qua Dius men-

menſis, adeoque civilis annus a 24. Septembris Iuliani die inciperet: Tyrios autem Hyperberetaei menſis annique exordium a 19. Octobris, Gazenſes vero a 28. Octobris eiuſdem Romani die duxiſſe; Antiochenos denique, Laodicenos, Caeſarienſes, alioſque Syros, qui ab Epiphanio *Graecorum* nomine deſignantur, novam illam anni rationem invexiſſe, in qua civilis annus a Dio, ſimulque a calendis Novembribus initium duceret. Eiuſmodi vero Norſii, aliorumque ſententia, quae obſcurioribus interdum, aut perplexis Scriptorum teſtimoniis inniti fulcirique ſolet, ut mox oſtendetur, pulcherrimo Marmoris huius exemplo, & autoritate confirmari iam poterit, in quo nitide demonſtratur in Irenes patria, hoc eſt in Graeca quadam, vel Aſiatica civitate, quaecumque illa fuerit, menſem Peritium non aliunde, quam ab ipſis Februarii calendis, incoepiſſe. Ita nimirum *ſeptima* Peritii dies in *paraſcevem* ſextamve feriam anno Chr. 441. incidiſſe debuit, cum Februarius menſis certiſſime a Sabbato exordiretur. Quod ſi periodus, annique forma, vel hypotheſis alia eligatur, conſtans illa Macedonicorum, vel Syro-Macedonicorum menſium ſeries a Scriptoribus tradita perturbanda foret, atque perſpicui temporis anni, dierumque characteres in Marmore deſignati ulla ratione intelligi vel explicari non poſſent. Exinde quoque manifeſtiſſime deduci poteſt quod Peritius ille, qui in Marmore nominatur, non ad Macedonas, aut Tyrios, aut Sidonios, aut Gazenſes, aut Aſiaticos alios; ſed ſolum ad Syro-Macedonas alios ſpectaſſe potuit; ideoque Irene non ad Coſtantinopolitanos, ut volebat Reineſius, ſed ad Gentium illarum aliquam referri debet, quae ita Syro-Macedonum menſibus utebantur, ut civilis ipſarum annus a Dio, ſimulque calendis Novembribus, adeoque Peritius a Februarii calendis inciperet.

XI. Atque hactenus quidem eximiam hanc Irenes epigraphen in Reineſii, Bimardique exemplis expreſſam partim coniecturis, partim perſpicuis certiſque rationibus explicavi; cum Marmor ipſum, ut ex humaniſſimi, doctique Viri literis Vienna datis acceperam, periiſſet; adeoque ipſius conſulendi exſcribendique ſpes adempta foret. Itaque id unum, coronidis loco, ſubieciſſe nunc libet, quod in edito Chorerii Opere, cuius copia mihi nuperrime ſuperioribus iam excuſis facta fuit, eodem prorſus ordine Lib. I, pag. 44. & 45. Marmor exprimitur, qui in Bimardi, adeoque Cl. Muratorii, Schedis conſpicitur: ut proinde Reineſius non ex Chorerio ipſo, ſed ex vitiato potius apographo, Marmor exſcripſerit; quemadmodum Chorerius ipſe non ex Marmore, ſed ab Amici ſchedis illud acceperat. Ita nimirum Scriptor ille in explicando illuſtrandoque Marmore ait: *Duverdier, Scaliger, & Gruterus l'ont ignorée, quoique elle fût dans la même Chapelle de S. Theodore, d'où elle a eté tirée a ma priere. On ne la trouve plus dans l'Egliſe de S. Severe, ou etoit la Chapelle de S. Theodore, la quelle ne ſubſiſte plus.* Vbi vero de Peritio menſe, de Valentiniani Conſulatu, & Anatolii nomine Chorerius ipſe varia obſervaſſet, Marmoris verba latine ita reddidit: *Irene annos quadraginta. Sancte obiit ſub Conſulatu Dominorum noſtrorum Valentiniani quintum, & Anatolii clariſſimi plena Februarii ſexta, & terrae conſepulta die Paraſceves, reſurgat die Chriſti egredientis.* Interpretationem hanc a perſpicuo veroque Marmoris ſenſu abhorrere ex iis, quae ſuperius expoſui, deprehendi facile poterit; cum praeſertim Chorerius in vocibus ΕΝΙΟΝΙ, & ΤΗ ΕΡΑ ΟΜΗ ΕΤΟΦΗ explicandis maxime erraverit. Commode id tamen, praeclareque factum, quod in tertio verſu ubi Reineſius ΕΝΙΩ, Bimardus ΙΕΡΩϹ exhibuit, Chorerius hiatum eſſe obſervavit, in quo characteres Ι, & Ω conſpiciantur; ut ibi proinde Ἱερῶς legendum eſſe coniecerit; prorſus ut a Plutarcho dicitur Lycurgum ἱερῶς *ſancte* obiiſſe. Ac ſubtiliter iſta quidem, & ingenioſe, cum in Latino etiam Marmore apud Fabrettum C. III. n. 590. pag. 222. ut exemplis aliis abſtineam legatur BENE VIXSITI, VENE CONSVMMASTI. Mihi vero ſuſpicio ſuboritur ibi non Ἱερῶς, ſed ΔΥΩ, vel ΟΚΤΩ reſtitui ſuppleri-



Digitized by Google

riquę etiam poſſe; niſi fortaſſe ſuperſtitum characterum ſitus, aut ductus obſiſteret: quod modo explorari, vel definiri non poteſt. Ceterum ſi ΙΕΡΩΣ, aut ΔΥΩ, aut ΟΚΤΩ in Marmore refingatur, quaecumque ad locum hunc obſervavi opportune corrigi mutarique debent. Viciſſim vero, cum in Chorerii apographo, quod ceteris ego iure praetulerim, perſpicue diſerteque legatur ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΗΜΩΝ *Dominorum noſtrorum*, nullus, opinor, dubitandi locus ſupererit quin *Domini noſtri* titulus tum in Graecis, tum in Latinis quoque Marmoribus privatis etiam civibus aliquando concederetur; quod ipſe omnium primus contra Reineſii, aliorumque ſententiam oſtendi. Ac ne temere ſuſpicari quis poſſit Siglas illas DD NN, quae in Marmore ſuperius expoſito repetiuntur, ita explicandas eſſe, ut ad ſolum Caeſarem referantur, ceteris hoc exemplum aliud accedat; quod apud Cl. Muratorium pag. 2101. n. 3. reperitur.

MAXIMA IN PACE QAE VIXIT AN
NVS PLVS MINVS XXXV. CONS.
DOMINIS NOSTRIS ONORIO IIII. COS
ET EVTICIANO CONS. PRIDIAE
NONAS SEPTEMBRES

Itaque, ſi *Flavius Eutychianus*, qui anno Chr. 398. una cum Honorio Auguſto Conſul proceſſit, *domini* titulo hic nitide explicateque inſignitur; nihil eſt certe cur titulus ipſe *Anatolio* negetur, quem Λαμπροτάτῳ *ſplendidiſſimi*, ſive potius *Clariſſimi* nomine, atque honore exornatum eſſe conſpicimus.

XII. Denique, cum Chorerius poſtremam Marmoris vocem reddiderit *egredientis*, perſpicue apparet, quod ipſe in Marmore non ΕΞΑΜΕΝΟΥ, vel ΕΞΑΜΕΝΗ, vel ΕΥΞΑΜΕΝΗ, ſed ΕΡΧΟΜΕΝΟΥ legendum eſſe putavit: quemadmodum in *quintodecimo* epitaphii verſu non ΑΝΑϹΤΑϹΙΝ, ſed ΑΝΑϹΤΗϹΕΤΑΙ, ex Chorerii hypotheſi ſcribendum eſſet. Atque optime id quidem expoſitum, feliciterque reſtitutum eſſe putaverim; cum facili levique mutatione perſpicuus alius, nativuſque ſenſus oriatur; quo nimirum Irene non *reſurrectionem exorans*, ſed illam, certo in Chriſti venturi die habitura, exprimatur. Itaque, ſi cui concinnior iſta Chorerii explicatio magis arriſerit, hanc amplectatur per me licet; cum utraque phraſis, aut formula Chriſtianae feminae digna, Chriſtianoque monumento inſcribenda merito videatur. Quemadmodum enim ſuperius obſervavi, *reſurrectionis* opinio, ſpes, ac fiducia ſolis Chriſtianorum animis inſederat, & veluti perſpicua quaedam, & conſtans ipſorum teſſera haberi conſueverat; nec ullibi certe ab Ethnicis uſurpata, vel in monimentis expreſſa probari oſtendique illa poterit. Palmae quidem, ac phoenices aves rogis impoſitae in Ethnicorum tumulis aliquando conſpiciuntur; ſed eiuſmodi ſymbolis, ut Fabrettus Cap. V. pag. 378. & Muratorius Diſſertat. LVIII. pag. 42. obſervavit, felicior quidam vitae ſtatus poſt mortem futurus, ipſa quoque animorum immortalitas indicatur, quae pleriſque Philoſophorum ſectis probata, Ethnicis ipſis credita, atque mirifice inculcata fuit: ut proinde SPES AETERNA, PERPETVA FELICITAS, AETERNA ANIMA in aliquibus Ethnicorum monumentis occurrat. Fruſtra tamen, aut *reſurrectionis* vocem, aut *redivivi* corporis ideam, & opinionem in monimentis ipſis inquiras, ſi illud unum *Aurelii Balbi* titulum exceperis; quem aegre dixeris an ad Ethnicum, an ad Chriſtianum virum referri debeat, cum praeſertim in Schedis aliis, quas Cl. Muratorius Cyriaci fuiſſe exiſtimat, non IOVIS OP. MA. ſed DEI MAXIMI ſcriptum legatur. Ne tamen quidpiam diſſimulem, quod illuſtrando Marmori, vel controverſiae dirimendae conferre poſſe videatur, eximium Laertii locum hic proferam, ex quo facile inferre, vel ſuſpicari quis poſſit veram *reſurrectionis* ideam Ethnicis etiam viris affulſiſſe. Laertius de Theopompo Lib. I. ſeg. 9. differens ait: Ὃς ϗ ἀναβιώσε-

σθαι,

Digitized by Google

σθαι, κατὰ τὺς Μάγυς, φησὶ τὺς ἀνθρώπυς, κ̀ ἔσεσθαι ἀθανάτυς, κ̀ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμενεῖν: *qui a Magorum ſententia in vitam quoque redituros homines dicit, immortaleſque futuros, & univerſa illorum invocationibus permanſura.* Ita nimirum locum iſtum Ambroſius latine reddidit; nec alio certe ſenſu vocem ἐπικλήσεσι ſumendam hic eſſe Mericus Caſaubonus exiſtimavit, quam ut Magorum *preces*, & *invocationes* exprimat, quarum vires omnes exiſtere ac permanere poſſint. Iſaacus vero Caſaubonus, & Carpentarius ταῖς αὐτῶν, vel ταῖς αὐταῖς legendum, latineque reddendum exiſtimant *omnia ſuas appellationes retentura*: quod nimirum omnia priſtinam indolem, formam, ac naturam conſervare, adeoque iiſdem prorſus nominibus exprimi, vel appellari debeant. Mihi vero ſubtilior, longeque accuratior videri ſolet Holſtenii ſententia, qui reſcribendum aſſerit: ταῖς αὐτῶν ἐπικυκλήσεσι *ſuis revolutionibus*, quod nempe univerſa ex Magorum hypotheſi, certa quadam periodo, ac revolutione peracta, redire, reviviſcere, eoque ſenſu immortalia eſſe debeant. Ut enim praeteream Magos, non adeo ſtupidos effingi poſſe, ut univerſa ipſorum precibus conſiſtere, conſervari, eandemque prorſus naturam, ac nomen retinere putarent, Magorum hypotheſis in Holſteni ſenſu ad Platonis, aliorumque ſententiam propius accederet, qui univerſa in orbem reditura dixerunt: &, quod ad humanos quidem animos ipſorumque immortalitatem, ac reditum attinet, facile cum *metempſychoſis* opinione confundi poſſet; quae, licet a Pythagora inventa dicatur a Laërtio Lib. VIII. ſeg. 14. longe tamen antiquius ab Aegyptiis tradita fuit, ut perſpicuo Herodoti teſtimonio erudimur. Itaque dum Magi, & Aegyptii quoque, ſi libeat, Pythagorici, ac Platonici ἀναβιώσεσθαι τὺς ἀνθρώπυς *homines reviviſcere*, ſive phoenicis inſtar reſurgere exiſtimarunt, humanos animos a corpore iam ſolutos humano cuidam corpori iterum coniungendos putarunt. Quid tamen inanis iſte animorum circuitus, aut tranſmigratio, ſi cum vera, perfectaque reſurrectione conferatur? cuius ſpes, ac certiſſima perſuaſio Chriſtianis ipſis divino fidei lumine affulſerat; quaeque tantum abeſt, ut ſolo rationis lumine ab Ethnicis percipi, credique potuerit, ut illa omnes potius ingenii vires excedat, plurimiſque difficultatibus obnoxia ſit, quas acriter quidem a liberioris ingenii viris propoſitas, ſed incredibili tamen doctrinae copia a cordatioribus aliis noſtris hiſce temporibus accuratiſſime diremptas eſſe conſpicimus.

ILLVSTRISSIMO CLARISSIMOQVE VIRO

# INNOCENTIO FLISCO

## PATRICIO GENVENSI

## EX COMITIBVS SAVINIONIS.

## EDVARDVS CORSINVS.

SI in omnibus fere Latinis, Graeciſque Marmoribus explicandis maxima utilitas, atque iucunditas eſſe ſolet, puriori certe nobiliorique voluptatis, & cognitionis genere perfundi ille debet, qui Chriſtianae Religionis myſteriis initiatus, & ſacris praeſertim ſtudiis addictus varias illas eruditae ſacraeque Antiquitatis memorias accuratius inſpexerit, quae in Chriſtianorum Marmoribus obſervantur. Vt enim ommittam profanis ſtudiis, ac diſciplinis omnibus praecipuum fere ſplendorem nobilioremque fructum eſſe defuturum, niſi ipſa, veluti praeſidia quaedam, ad ſacrarum divinarumque rerum cognitionem, atque Catholicae religionis ſtudia dirigantur, veteribus certe Chriſtianorum monimentis auguſtior quaedam, ſincerior, longeque amabilior Antiquitatis, & eruditionis ſpecies ineſſe conſpicitur. Non is profecto ego ſum, INNOCENTI Doctiſſime, qui nobiliora Chriſtianorum Monimenta cum Ethnicis ita conferri poſſe exiſtimem, ut haec illis aut numero, aut elegantia, aut utilitate concedere videantur. Optime nimirum intelligo in immenſa illa Ethnicorum Marmorum copia, veluti inexhauſto quodam uberrimoque theſauro, plurima contineri, quibus, & Latini ſermonis caſtitas, & Nationum ritus, & Magiſtratuum varietas, & auguſta illa Imperii Romani maieſtas effulgeat, ut proinde maximus exinde Chronologiae, Hiſtoriae, Geographiae, & politioribus Diſciplinis aliis ſplendor accedat. Hoc unum tamen aſſerere non dubitaverim, quod plurima quoque Diſciplinis illis illuſtrandis ex Chriſtianis etiam Marmoribus feliciter eruuntur; quod rudis illa, incompta, ac inelegans verborum ſtructura, quae in ipſis frequentiſſime occurrit, Fidelium animos allicere, & delectare etiam poteſt; quod aurea fere ſimplicitas, quae primis Eccleſiae temporibus in pretio fuerat, in pleriſque Marmoribus, in variis ipſorum vocibus, phraſibus, & acclamationibus effulget; ut in iis proinde legendis, excutiendiſque primaeva illa Chriſtianorum indoles, & Eccleſiae facies veluti rediviva omnium oculis obverſetur. Itaque merito conqueri, vel indolere nos poſſumus, quod pauca

ſo-

ſolum id genus Monimenta ſuperſint; pleraque vero, vel in ſubterraneis locis, antiquis nimirum Martyrum Coemeteriis diſpoſita adhuc deliteſcant, vel ipſis Templorum pavimentis inſcripta mutila iam abraſa, vel informia ſint; praeſertim vero quod ſerius, ac remiſſius, quam par fuerat, in exſcribendis, ac illuſtrandis illis docti Viri animum operamque collocaverint: cumque renatis in Italia literis de Ethnicorum Monimentis una colligendis, illuſtrandiſque plurimi cogitaverint, pauci admodum ſacris, aut Chriſtianis ipſis animum adiecerint. Plurimum tamen nobis, Chriſtianaeque doctrinae cultoribus gratulandum, quod iacturam hanc ſuperiori ſaeculo maxima ingenii doctrinaeque gloria repararunt Boſius, Arringhius, Donius, Fabrettus, Margarinus, aliique plurimi, qui Chriſtiana monimenta accuratiſſime collecta, variiſque obſervationibus explicata protulerint. Ceteros autem, qui aetate noſtra hanc ſpartam adornarunt, excellere, omniumque diligentiam, ac laudem ſuperaſſe merito exiſtimatur Cl. Muratorius: quippe qui non modo innumeras veterum Chriſtianorum *Inſcriptiones* in novo *Theſauro* ſuo collegerit; ſed etiam ipſarum plurimas brevibus doctiſque adnotationibus illuſtraverit; praeſertim vero in aureo aeternoque Opere, in quo *Antiquitates Italicas Medii Aevi* complectitur, plurimis Chriſtianorum Marmoribus novam lucem affuderit; atque viciſſim ex Marmoribus illis ſacros Chriſtianorum ritus explicaverit, aut opportune confirmaverit. Clariſſimis viris iſtis facem praeferentibus ipſe quoque nonnulla Chriſtianorum Marmora aliquot Diſſertationibus, explicanda ſuſcepi: & quamvis in ipſarum limine Graecum Marmor, velut operis argumentum, attulerim, ſubinde tamen pro re nata Latinis etiam Marmoribus aliquam lucem efferre volui; ſi vitiata mutila, vel obſcura illa fuerint, ea corrigere, ſupplere, vel explicare conatus; ut ex iis omnibus una collatis ſacri quidam Chriſtianorum ritus intelligi, vel accuratius exponi probarique poſſent. Quod vero Diſſertationem hanc illuſtrando explicandoque *Stratonices* Epitaphio Tibi, Vir ſapientiſſime, inſcripſerim, eamque nomine, & auſpicio tuo decorare decreverim, in cauſſa fuit eximia prorſus humanitas, qua me ſtudiaque haec mea excipere probare, complectique conſueveras; atque ex profanis ſtudiis, Faſtiſque Atticis, quibus immorabar, ad haec ſacra ſubinde digredientem hortari, atque impellere ſolebas. At neque conſilio ſolum, iudicioque tuo graviſſimo ad illa excitari me decuit; ſed exemplo quoque, & praeclara ſapientiae gloria, qua in iis praeſertim ſtudiorum generibus excellere videbaris: quippe qui politioribus literis, ac diſciplinis omnibus, quibus ab ineunte aetate mirifice inſtructus eras, ſacrarum quoque rerum cognitionem ita coniunxeris, ut nihil deinde carius, & antiquius habere Te oſtenderis, quam ut in veterem Eccleſiae Diſciplinam in Theologorum dogmata, in Divinarum Literarum ſcientiam, in Sacram Hiſtoriam accuratius inquireres, adeoque uberrimam Tibi ſacrae Eruditionis copiam comparares. Quem quidem eximium in literas, & ſacras praeſertim diſciplinas amorem, ac ſtudium non tam ego, Vir praeſtantiſſime; ex praeclaris animi ingeniique tui dotibus derivatum, quam ex Maioribus tuis immortalis gloriae Viris hauſtum, atque expreſſum putaverim. Vt enim ceteros ex Fliſca Gente pacis etiam artibus, ac literarum gloria illuſtres viros praeteream, nihilque de Patruo tuo loquar, qui maximum Romanae Purpurae, & Patriae Infulis decus attulit; ſola Innocentii IV. Pontificis Optimi, Maximique gloria facem tibi praeferre, Teque acrius incendere profecto poterat. Ille nimirum egregiae morum ſanctitati, prudentiae, ceteriſque virtutibus inſignem adeo divinarum rerum, ſacrorumque Canonum ſcientiam coniunxit, atque in aureis ſuis Operibus expreſſit, ut inter illuſtriores Pontificii Iuris Interpretes haberi, atque communi, conſtantique Iuriſconſultorum omnium voce *Pater*, *&* *Organum veritatis* appellari meruerit. Itaque vereri certe non poteram quin tenuis iſta ſtudiorum meorum pars ſacraeque eruditionis ſpecimen Tibi iucundum accedere; probarique poſſet, ſi in illo

non

non modo memorem gratumque animum, & obſervantiam in Te meam; ſed ipſum quoque Operis argumentum inſpicias, & quo cetera id genus complecti ſoles, amore, & humanitate proſequaris.

II. Clariſſimus Antonius Maria Lupus a Societate Ieſu, acerbo nimium fato nuper ſublatus, in eximio praeſtantique Opere, quo *Severae Martyris Epithaphium* anno MDCCXXII. Romae in *Coemeterio Thraſonis, & Saturnini* repertum feliciter explicavit, Marmor alíud pag. 34. accuratiſſime exhibuit; quod anno MDCCXXXIII. in eodem ipſo Coemeterio effoſſum, atque in Pronaum Sanctae Mariae trans Tiberim Boldetti cura translatum fuerat, ea prorſus Characterum forma vitiataque methodo, quae in ſubiecto ſchemate coſpicitur. Vbi vero Cl. Scriptor *barbare conceptum, ſed pie ſcriptum hoc epitaphium cum iiſdem omnino mendis apographi, quod excerptum fide ſumma ex ipſo lapide eruditus amicus Roma tranſmiſit*, attuliſſet, ingenue modeſteque ſubdit: *neſcio an ita interpretari poſſim incultum epitaphion*

verſ. 1. *Aurelius Imerius cum filio meo Getha* hic iaceo.
2. *Poſtquam vixit cum me* ſuo *Viro*
3. *Stratonice Neophyta, exivit e ſeculo.*
4. *Illius* aetas acta *bene, ac modeſte* fuerunt *anni triginta.*
5. *Et depoſui* eam *in Martyrio precatus* CVM PACE (1).
6. *Et recordatus illius erga me modeſtiae, &*
7. *quinque*
8. *annorum quinquaginta* (2)
9. *Feci bene cum Filio meo, & requievit*, vel obdormivit.

Itaque, licet hic Lupus *confuſum, ac nubilum ſenſum in annis aetatis ſuae ſuaeque coniugis enumerandis* ab Aurelio uſurpatum obſervet; Stratonici tamen *triginta*, Aurelio vero, *quinque, & quadraginta* aetatis annos adſcribit, quos ille, vel omnes, vel ipſorum plures cum filio Getha peregerit. Sex annis poſtquam Cl. Lupus in lucem protulit hanc Epigraphem, rurſus eam evulgavit V. C. Iohannes Marangonius poſt Acta S. Victorini Epiſcopi Amiterni, & Martyris, quae Notis illuſtravit, nempe in Appendice de Coemeterio SS. Thraſonis, & Saturnini nuper detecto Via Salaria Nova p. 78. & 79. ubi eandem ipſam P. Lupi verſionem iterum propoſuit; at in ipſa producenda epigraphe in quarta linea pro ЄΤΗΤΡΙ∂, ut habet Lupianum autographum, ſcripſit ЄΤΗΙΡΙ∂. Hoc ipſum Marmor, ſed ex vitiatis Lupi ſchedis, apud Muratorium quoque occurrit pag. 1838. num. 1. niſi quod ibi vulgata characterum Graecorum forma adhibetur, palmae ramus, qui ſiniſtrum Marmoris latus exornat, inter quartum quintumque verſum tranſverſus in Muratorio depingitur: quodque gravius eſt, poſtremi tres verſus ita efferuntur:

ΚΑΙ ΕΜΝΕϽΙΟΝΕΥCΑ ΑΥΤΗC ΕΜΕC CωΦΡΟCΥΝΗC
ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΙ ΕΤωΝΤΙ ΕΝΤΗΚΟΝΤΑ
ΕΠΟΙΗCΑ ΚΑΛωC ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΤΙΟΥ ΜΟΥ ΚΑΙ ΕΚΥΜΗΘΗ

Itaque latinus Marmoris huius interpres ita epigraphem reddit: *Aurelius Imeris una cum filio meo Zetho, poſtquam vixit iuncta mihi ſuo Viro Stratonice Neophyta, egreſſa eſt de hoc ſeculo. Egit illa bene, ac modeſte annos triginta; eamque deſpoſui in ſacrum Martyrium . . . . . . in pace; & recordatus illius erga me modeſtiae, & quinque annorum quinquaginta, feci bene cum filio meo. Et requievit.* Habes hic, optime doctiſſimeque INNOCENTI, quidquid eximio huic Marmori illuſtrando explicandoque Clariſſimi Viri monimentis aliis colligendis, & exponendis intenti obiter protulerunt. Quandoquidem vero maxima vocum perplexitas, perturbatus non modo vocum, ſed etiam verſuum ordo, aliaque id genus vitia, quibus inficitur, pati vix poterant,

ut

(1) Id eſt, *precatus illi in pacem.* (2) Scilicet, *annos LV. feci bene cum filio meo, poſt quos requievi.*

Digitized by Google


ΖΗΘΟΥ
ΟϹ
ΕΚΤΟΥ ΚΟϹΜΟΥ
ΚΟΝΤΑ
ΝΕΥΚΕΙΤΕΙϹΙΕΤΑΕΙΡΗΝΗϹ
ΟϹΥΝΗϹ ΚΑΙ
ΠΕΝΤΑΙ
ΕΝΤΗΚΟΝΤΑ
ΕΚΥΜΗΘΗ

ut Scriptores illi de literaria republica immortaliter meriti commodiorem exinde, verumque ſenſum exculperent, ſacroſque Chriſtianorum ritus in illo indicatos fuſius exponerent, quidquid ab iis neglectum indictumque fuerit explicare enitar, ut in tanta vocum perplexitate, ac barbarie, concinnior, ac, niſi mea me fallit opinio, verus Epitaphii ſenſus oſtendatur; ſimulque plurima tum noſtro, tum pluribus etiam Monimentis aliis, opportune lux affundatur. Itaque Marmoris verſus temere a quadratorio perturbatos nativo ordini, quo exarandi fuerant, ita reſtituendos, integramque Inſcriptionem ita latine reddendam, atque explicandam eſſe putaverim:

1. Αὐρήλιος Εἴμερις μετὰ τῦ ὑιῦ μου Ζήθυ.
2. Ἐπειδὴ συνέζησεν μετ᾽ ἐμῦ τῦ ἀνδρὸς
3. Ἑαυτῆς καλῶς, καὶ σωφρόνως ἔτη τριάκοντα.
4. Ἡ Στρατονείκη Νεόφυτα ἐξῆλθεν ἐκ τῦ κόσμου.
5. Καὶ κατεθαίμεν εἰς τὸ ἀγεῖον Μάρτυριν. Εὐχεῖτε μετὰ εἰρήνης.
6. Καὶ ἐμνεμόνευσα ἀυτῆς εἰς ἐμὲ σωφροσύνης, καὶ
7. Ἐποίησα καλῶς μετὰ τῦ ὑιῦ μου. Καὶ ἐκυμήθη
8. Ἐτῶν πεντήκοντα
9. Πέντε.

*Aurelius Himerius una cum filio meo Zetho* monumentum hoc poſui. *Poſtquam vixit* una *cum me viro ſuo bene, ac modeſte annos triginta Stratonice Neophyta, exivit e mundo; &* ipſam *depoſui in ſanctum Martyrium. Bene quieſcat cum pace. Et recordatus ſum ipſius erga me modeſtiae, &* monumentum hoc *feci decore* una *cum filio meo. Et obdormivit* Stratonica *annorum quinquaginta quinque*. Quid vero me impulerit, ut Epitaphii verſus ita refingendos, diſponendos, ac explicandos eſſe cenſerem, breviſſime oſtendam.

III. Stratonices defunctae maritus, ut hinc exordiar, Αὐρήλιος Εἴμερις in Marmore nominatur, quod *Aurelius Imeris* a Muratorio, *Aurelius Imerius* a Lupo redditur, mihique *Aurelius Himerius* interpretandum eſſe videtur: prorſus, ut in Muratorio pag. 1865. n. 7. *Himeria* nominatur. Etenim hic Εἴμερις pro Εἰμέριος, ſive potius Ἱμήριος, vitioſe expreſſum, vel a quadratario exaratum fuiſſe plurima id genus exempla oſtendunt, quibus in eiuſmodi nominibus efferendis peccatum eſſe conſpicimus. Ita apud Gruterum p. 987. n. 12. Λύκρητις, pro Λυκρήτιος, & pag. 21. n. 1. Οὔλπις pro Οὔλπιος legitur, atque ſaepiſſime Κύρις pro Κύριος uſurpatum occurrit. Filio vero nomen, quod a Lupo *Getha* vocatur, perſpicue certoque *Zethus* cum Muratorio reddendum erit. Siquidem character ille Ƨ non graecum Γ, aut latinum G, ſed graecum Z, in Marmore deſignat; eoque valore in proxima ſubiectaque voce ἔζησεν uſurpatur. Ceterum, ne levioribus his immorer, ea de cauſſa Aurelii, Zethique nomen Marmori inſcriptum Lupus putavit, quod ipſorum uterque uno eodemque tumulo conderetur; ideoque prima Epitaphii verba ille reddidit; *Aurelius Imerius cum filio meo Getha* hic iaceo: perinde quaſi in ſarcophago non Stratonice, ſed eius vir, ac filius tumulati forent; atque Aurelii defuncti, tumulatique aetas in Marmore exprimeretur. Ego vero titulum, marmor, aut tumulum non Aurelio, & Zetho defunctis, ſed Stratonici ſolum, ab Aurelio ipſo, Zethoque vivis, ac ſuperſtitibus excitatum eſſe contendo. Quid enim Stratonices iam defunctae nomen, aetas, religio, coniugium, modeſtia, mors, ac ſepulcri locus in Marmore deſcriberetur, ſi Marmor ipſum, aut tumulus non Stratonici, ſed Aurelio, Zethoque poſitus foret? Quid Aurelii mors, atque aetas, quae nulla ratione reticenda fuerat, omitteretur; cum tamen in ſepulcralibus titulis annorum numerus, qui forteſſe exprimatur, ad hominis tumulati aetatem referri conſueverit? Video quidem Cl. Lupum poſtrema Marmoris verba: Καὶ εκοιμήθη ἐτῶν πεντήκοντα πέντε: *& requievit annorum quinquaginta quinque* ad Aurelium ipſum referre: perinde quaſi Aurelius cum filio Zetho, hoc eſt: poſt Zethi nativitatem, *quinque, & quinquaginta* annos exe-

ge-

gerit. Sed certe ille fallitur. Vt enim diſſimulem vocem *requievit*, cum iis, quae praeceſſerant *feci bene cum filio meo*, coniungi, adeoque ad Aurelium referri non poſſe, qui fieri potuiſſe putemus, ut non integra, ac univerſa Aurelii aetas, ſed ſola potius ipſius pars, exprimatur; adeoque obſcurum ſuperſit, quotnam Aurelius annos impleverit? Sin vero Marmoris verba eo ſenſu, & ordine intelligantur, quem ſuperius expoſui, adeoque *quinque, & quinquaginta* annorum aetas ad Stratonicem referatur, omnia ſibi mirifice conſtare poterunt, & nulla prorſus in titulo obſcuritas, atque perplexitas eſt futura. Itaque Aurelius, qui in Epigraphis initio loquens inducitur, id unum innuere, vel declarare videtur, quod una cum filio ſuo Zetho, Stratonici coniugi titulum, aut tumulum excitavit: ut quemadmodum nempe in poſtremo verſu *ſe una cum filio ſuo feciſſe* tumulum apertius exponit; ita quoque idipſum in primo, licet obſcurius aut brevius, expreſſerit. Literis, atque otio abutar ſi innumera id genus monumenta perſequar, quae a duobus, aut pluribus excitata dicuntur; in quibus eadem fere, quae in noſtro Marmore, formula obſervatur. Sic, ut exemplum unum hic proferam, in Muratorio pag. 1922. num 3. reperitur FECIT LEO PATER CVM FILIO CARISSIMO, & pag. 1859. n. 8. legitur

DONATA NVNO SVO
TERTVLLO CVN FILIA
MEA IN PACE

ubi Cl. Editor obſervavit antiquiſſima *Nuni*, vel *Nonni* voce *patrem patris, aut matris* indicari; quemadmodum prorſus alterius vocis *Tatae* veſtigium in alio Marmore reperiri putavit, quod ab illo pag. 1920. n. 6. atque in aureo immenſaeque doctrinae Opere *Antiquitatum Medii Aevi*. Diſſert. LVIII. p. 25. exhibetur.

PASCASVS VIXIT
PLS MINVS ANNVS XXII
FECIT TATV IIII IDVS
OCTOBRIS ϛII. ANTE
NATALE DOMNI ASTERI

ait enim: *me heic remorantur verba illa* FECIT TATV. *Num pro* Fecit Pater? Tata *enim appellatus olim Nutritor, aut Pater, uti in Diſſert. XXVIII.* De Origin. Italicar. Vocum *dixi*. Facile, & ipſe quoque Doctiſſimi Viri ſententiam amplecterer, cum eiuſmodi vox, eiuſque valor in exemplis aliis a Fabretto allatis Cap. III. pag. 141. occurrat; niſi potius in exſcribendo, ſculpendove Marmore peccatum eſſe cenſerem. Quolibet enim pignore contenderim, aut ſcriptum, aut ſcribendum fuiſſe FECIT FATVM: qua formula inſuetaque phraſi mortem aliquando in Chriſtianis etiam monimentis deſignatam eſſe conſpicimus; ut in alio Marmore apud Murat. p. 1999. n. 2. perſpicue legitur, & apud Boldettum p. 412. habetur FATVM FECIT PRID. IDVS MART. & in Muratorio pag. 1879. n. 6. IN FATA CONCESSIT. Itaque perſpicuus Marmoris noſtri ſenſus hic eſſe debet, quod Paſchaſius IIII. ſive ut in alio Muratorii loco legitur, III. Idus Octobris e vivis exceſſerit: qui dies, ut optime feliciterque Muratorius exponit, ante diem XIX. ſive XXI. Octobris Aſterio Martyri ſacram *octavus* erat. Quo plane exemplo quidquid ego de Pecorii morte; alteriuſque eximii Marmoris ſenſu Diſſert. I. pag. 12. conieci commode illuſtrari iam poterit; ut quemadmodum nempe Paſchaſii mors, obituſque dies hic Aſterii Martyris nomine natalique die veluti nota, deſignatur; ita quoque in illo Pecorii depoſitio VII. Martyrum nomine, aut die ipſis ſacra, veluti charactere, exprimatur.

IV. Sed, ut ad Stratonices titulum revertar, in ſecundo verſu nulla

pror-

Digitized by Google

prorſus obſcuritas reperitur, niſi quod ibi ſenſus in fine mutilus, vel ſuſpenſus eſſe conſpicitur, ſi ſecundus ipſe cum tertio coniungi debeat; quemadmodum maxima in quarto perplexitas eſt futura, ſi verſus eo prorſus ordine, ac ſerie legantur, quo in Marmore ſunt exarati, ut ex utraque tum Lupi, tum Muratorii interpretatione deprehendi facile poterit. Mihi vero vehemens olim ſuſpicio ſuborta fuerat, longeque veriſſimum illud modo videtur, quod verſus illi temere a marmorario tranſpoſiti, alienoque prorſus ordine inſculpti fuerint; cumque ille, iuxta ſubiectum oculis exemplar, poſt vocem ΑΝΔΡΟϹ verſum illum incidere deberet, qui a voce ΕΑΥΤΗϹ exorditur, a ſecundo ad quartum temere tranſiliverit, tertioque loco verſum illum expreſſerit, qui quartus eſſe debuerat; ideoque viciſſim quartum locum illi conceſſerit, qui tertius ſolum erat futurus. Liberius hoc quidem, ingenue fateor, coniecturae genus; ſed eiuſmodi tamen, quod ab eruditis peritiſque Viris aſſenſum extorquere facile debeat, ubi viderint Epitaphii verſibus hoc ordine exaratis, nativum nitidumque ſenſum haberi; omnia vero mirifice perturbari, ſi priſtina, ac vulgata ſeries obſervetur. Ac nihil eſt certe cur oſcitantiam hanc, immanemque errorem in imperitis marmorariis mirari quis debeat; cum eadem fere barbaries, ac praepoſtera verſuum diſpoſitio in Marmoribus etiam aliis appareat. Ita Fabrettus Cap. VIII. num. XLII. p. 566. Marmor iſtud exhibuit

BENEMCPCNTI IN PACE<br>
VIT XX MCSIS VI DIΛEC XVIII<br>
FELIX FCCIT HORIAE QVAE ANNOS

ubi certiſſime ab infimo poſtremoque verſu, ut Fabrettus ipſe obſervavit, eſt incipiendum; adeoque perſpicua, nativaque ſerie legendum: *Felix fecit Horiae, quae annos vixit XX. menſes VI. dies XVIII. benemerenti in pace.* Sic, ut exemplum aliud hactenus inobſervatum adiiciam, apud Muratorium pag. 1847. num. 4. legitur:

LOCVS BYSOMEN<br>
VIXIT ANN. P. M. XLV. DP. D<br>
MARTYRIO QVAE

ubi Cl. Editor adnotavit, *Nomen deeſſe puto.* Atque optime id quidem, accurateque, ſi verſus uſitata ſerie vel ordine legerentur. Sin vero potius, ut ego quidem opinor, ab infimo initium ducatur, atque ordine retrogrado ad ſupremum aſcendatur, perſpicuum ſenſum iſtum efficient: *Martyrio, qui vixit annos plus minus XLV. depoſitus die* . . . . . . . *Locus biſomus.* Itaque viri defuncti nomen erit *Martyrius*; cuiuſmodi certe nomen apud Muratorium ipſum pag. 1877. n. 7. pag. 1878. n. 1. pag. 1890. n. 8. 1894. n. 4. 1910. n. 3. & 6. alibique ſaepius occurrit; ſicuti apud Fabrettum Cap. VIII. n. 169. pag. 582. legitur: *Dominae Filiae Martyriae.* Denique, ne exemplis aliis immorer, Muratorius pag. 1158. n. 2. Marmor hoc exhibet:

| | |
|---|---|
| Θ K | *Diis Manibus* |
| ΔΑΦΝΗ ΤΡΥΦΩ | *Daphne Trypho-* |
| ΝΙΑΝΩ ΓΛΥΚΥ | *niano dulciſ-* |
| ΤΑΤΩ ΤΕΚ | *ſimo fili-* |
| ΝΩ ΜΝΗ | *o memo-* |
| ΡΙΝ ΕΠΟΙΗ | *ria fe-* |
| ΜΗϹ ΧΑ | *riae gra-* |
| ϹΕ | *cit* |

Sed quis aperte non videat ibi vel quadratarii, vel exſcriptoris, vel typographi fortaſſe vitio ſeptimum ſextumque verſum tranſpoſitos eſſe, ut ſi proin-



Digitized by Google

de ii viciſſim locum mutaverint, perſpicuus ille ſenſus facile oriatur, quem Cl. Editor expreſſit . . . *filio memoriae cauſſa fecit*. Itaque, ſicuti in exemplis iſtis, aliiſque id genus, quae facile proferri poſſent, nativam verſuum ſeriem tranſpoſitam, vel perturbatam eſſe coſpicimus; ita mirari certe vix poſſumus, quod illud idem vitii genus in Stratonices Marmor irrepſerit: cum praeſertim poſtremi tres eiuſdem Marmoris verſus ordine, ac ſerie prorſus inverſa, ac retrograda ſint exarati, ut optime feliciterque Lupus ipſe iam viderat. Quod ſi id ego rite coniecerim, adeoque ſecundus Marmoris verſus cum quarto proxime coniungatur, perſpicuum fiet, ibi legendum eſſe συνέζησεν μετ᾽ ἐμῦ τῦ ἀνδρὸς ἑαυτῆς καλῶς, ϗ σωφρόνως ἔτη τριάκοντα: *vixit cum me viro ſuo bene, ac modeſte annos triginta*: quemadmodum prorſus in Antoniae titulo, qui mox explicabitur, perſpicue legitur: ἔζησεν μετὰ Ἀλυπίυ ἀνδρὸς ἑαυτῆς ἔτε εἴκοσι ϗ ἕπτα: *vixit una cum Alypio viro ſuo annos viginti ſeptem*. Itaque *tricenarius* annorum numerus non integram Stratonices aetatem exprimit, quod Lupus, Marangonius, & Muratorius exiſtimaverant; ſed illud unum temporis ſpatium, quo in coniugio fuit: cum Stratonice *quinque ac quinquaginta* annos in vivis exegerit, ut opportune mox oſtendetur; mortique proxima Baptiſmum ſuſceperit, adeoque *Neophyta* e mundo exierit: qui frequentiſſimus Chriſtianorum ritus opportune mox explicabitur.

IV. Expoſita vero Stratonices aetate, moribus religione obituque, ſubdit Aurelius ſe defunctae coniugis cadaver in *ſanctum Martyrium* intuliſſe: ΚΑΙ ΚΑΤΕΘΑΙΜΗΝ ΙϹ ΤΟ ΑΓΕΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΙΝ; *& depoſui in ſanctum Martyrium*. Hic optime feliciterque Lupus admonuit ἐις τὸ ἅγιον Μαρτύριον legendum eſſe: quemadmodum obſervare facile poterat pro κατεθαίμην, quod vitiata iam diphthongorum pronuntiatione irrepſit, κατεθέμην reſcribi oportere. Quod vero Μάρτυριν pro Μαρτύριον efferri conſueverit, exemplis illis oſtendi poteſt, quae ſuperius in explicando *Aurelii Himerii* nomine protuli; clariorique adhuc Marmoris alterius exemplo confirmari, in quo ΨΥΚΑΡΙΝ, pro ΨΥΚΑΡΙΟΝ *animula* apud Boldettum occurrit pag. 58, ſicuti in Muratorio pag. 2078. n. 6. ΤΟ ΛΑΤΟΜΙΝ pro ΛΑΤΟΜΙΟΝ obſervatur. Optime id quoque, accurateque Lupus, quod *Martyrii* nomine, *ſanctus Martyrum locus* hic exprimatur; Cryptae nimirum, in quibus Martyrum loculi cruentis vaſculis inſigniti reperiebantur; adeoque ex *Martyrum* corporibus ibi tumulatis, *Martyrii* nomen acceperant. Celebre eſt quidem antiquioribus Eccleſiae temporibus *Martyrii* nomine auguſtiorem illam, penitioremque Templi partem deſignari conſueviſſe, in qua Martyrum corpora tumulata fuerant, quaeque deinde *Confeſſio* vocata etiam fuit. Sed hac ipſa *Martyrii* voce Templum ipſum, Oratorium, vel Eccleſia Martyribus conſecrata, ſacriſque ipſorum exuviis illuſtrata deſignari mox coepit, ut plurimis Scriptorum teſtimoniis erudimur, quae fuſe accurateque apud Macrium, Meurſium, alioſque Lexicographos obſervantur. Nullibi tamen, quod noverim, *Martyrii* nomen ſubterraneis Cryptis illis conceſſum conſpicitur, in quibus non modo Martyres, ſed ceteri quoque Chriſti fideles humari conſueverant; cum loca illa, vel *Arenaria*, vel *Catacumbae*, vel *Coemeteria* ſaepiſſime vocarentur. Itaque ex hoc uno praeſtantique Marmore nunc erudimur, Coemeteriis illis etiam *Martyrii* nomen indi conſueviſſe: non alia certe de cauſſa niſi, quod illa ſacris Martyrum corporibus excipiendis inſtituta, atque incredibili Martyrum numero referta forent; quamvis deinde pacatis Eccleſiae rebus, poſitoque Ethnicorum furentium aeſtu, aliorum quoque Chriſtianorum corpora illuc inferri coepiſſent. Quid vero ſi hoc ipſum *Martyrii* nomen hoc ipſo ſenſu uſurpatum in alio quoque Marmore inquiram, Chriſtianamque epigraphem, quam Fabrettus *inextricabilem*, *primoque aſpectu inutilem* exiſtimavit, exponere commodumque inde ſenſum, ſi fieri id quidem poterit, exſculpere enitar? Clariſſimus Scriptor ille Cap. VIII. num. XXVI. pag. 556. Inſcriptionem hanc exhibet:

QVO-

QVORO SVN NOMI
NAE MASIME
CATIBATICV
ISEÇVNJV
MARTVRE
DOMIINV ☧
ÇASTVLV ISCALA

Tum illuſtrando marmori feliciter obſervavit: *quod ex eo verum Coemeterii B. Caſtuli ſitum accepimus Aringhio incompertum, ut idem fatetur Lib. IV. Cap. XI. In ipſo ingreſſu lapidem hunc eruimus, in vinea ſcilicet Patrum Tertii Ordinis S. Franciſci, ad primum lapidem Viae Labicanae, poſt portam maiorem, ubi* καταβαθμὸς *deſcenſus (barbare hic* CATABATICV *)* ISCALA *per Scalas aperitur*. Itaque id unum ex implexis illis barbariſque vocibus exſculpſit Fabrettus, quod tumulus ille eo prorſus in loco poſitus repertuſque fuit, ubi *per ſcalas* in *Caſtuli* Coemeterium *deſcenſus* erat; ceteraſque velut inutiles, aut inextricabiles ille praeteriit. Mihi vero liberiori quodam, ut ingenue fatear, audaciorique coniecturae genere epitaphium illud, ſublatis quadratarii vitiis, ita legendum videtur: CORASION NOMINE MAXIMA CATABATICO IN SECVNDVM MARTYRION DOMINI CASTVLI IN SCALA; ut nimirum epigraphe ſenſum iſtum efficiat: *Puella nomine Maxima* hic iacet in *deſcenſu in ſecundum Martyrium*, vel Coemeterium, *Domini Caſtuli in Scala*. Atque illud in primis obſervari maxime velim, quod epitaphium illud a Graeco quodam conceptum, & exaratum fuit, qui Graecas Latinis vocibus interſperſit, ac latinas ipſas, ſed mirifice tamen vitiatas, graeca fere methodo expreſſit. Id ex CATIBATICV voce Fabrettus ipſe iam viderat. Sed obſervare etiam poterat voces alias MASIME, DOMINV, & CASTVLV non latino, ſed graeco potius ritu efferri. Quid itaque prohibet quin in prima voce QVOROSVN, quae ceteris obſcurior eſt, quaeque latinae vocis alicuius vim habere certe non poterit, graeca vox aliqua deliteſcat? Eiuſmodi vero Graecorum vox quaenam alia facilius, ac veriſimilius eſſe poteſt, quam ΚΟΡΑΣΙΟΝ, latineque CORASION, ut illa nempe mulieris tumulatae conditio, ſive virginitas, aut aetas, exprimatur: prorſus ut in monimentis aliis hac eadem fere formula factum conſpicimus? Ita apud Maffeium *Antiquit. Galliae* pag. 101. n. 23. *Adoleſcens nomine Leudomari* reperitur; apud Muratorium pag. 383. n. 2. *Puer nomine Simpcous*, pro *Simplicius* pag. 2001. n. 3. *Puer nomine Anaſtaſius* pag. 1945. n. 10. *Infans nomine Tecla* pag. 1960. n. 8. *Infans nomine Vrſa*. pag. 1843. n. 2. *Puellam Bibianetem*; pag. 1857. n. 5. *Puellae Diocletianae*; denique, ne exemplis aliis immorer, pag. 1856. n. 3. Κυριακος ἄγνον Παίδιον. *Cyriacus innocens Puellus*. Nihil eſt autem cur hic barbare depravateque pro CORASION, ſive CORASIVM, a quadratario QVOROSVN ſcriptum miremur. Etenim ſexcentis exemplis aliis apparet ſyllabam QVO frequentiſſime pro CO, in Chriſtianis praeſertim Marmoribus, irrepſiſſe. Ceteris a Grutero, Reineſio, Boldetto collectis hoc etiam accedat, in quo nova prorſus characterum aliorum forma, ſeu valor conſpicitur:

LIBER QVI VIXI QVAI QVO
PARE IVA ANOI V EI ANORV
M PLVI MINVI XXX I PACE

Fabrettus, qui Marmor exhibuit Cap. VIII. num. LXIII. pag. 575. optime interpretatur: *Liber, qui vixit cum compare ſua annos V. & annorum plus minus XXX. in pace*. Ita propemodum O pro A frequenter alibi reperitur; ut proinde QVORO pro CORA in noſtro Marmore facile irrepſerit. Quod

vero in poſtrema ſyllaba CORASVN pro CORASION, ſive CORASIVM, dicatur, exemplis aliis ſuaderi facile poterit, in quibus, ut ſuperius obſervavi, MARTYRIN pro MARTYRION, PSYCHARIN pro PSYCHARION, & LATOMIN pro LATOMIVM exaratum conſpicitur; quemadmodum fere apud Gruterum pag. 596. n. 5. CLAVDIA SPYCHARIO pro PSYCHARION occurrit. Ac, ne elegantiae huius exemplum aliud deſideres, in Boldetto pag. 428. haec epigraphe reperitur:

BENEMERENTI IN PACE NOMINE
PATRICV ANNICLV MESORO DVORO
ET FRATRE IPSIVS PASCASV ANNI
CLY ET DIERO XXX BENEMEREN
TES CVM ABA SVA AN. XC.

Quemadmodum ergo hic PATRICV, & PASCASV pro PATRICIVS, & PASCASIVS exaratum conſpicitur, quidni CORASVN in noſtro Marmore a Graeco, vel barbaro potius auctore pro CORASION, aut CORASIVM, efferri potuerit? Itaque, niſi plurimum fallor, non alia, aut latina, aut graeca vox ibi delitefcere, vel exſculpi inde poterit, quam CORASIVM *puella*; niſi fortaſſe qui libeat duas ibi voces diſtinguere CORO, & SVM: perinde quaſi tumulata virgo ita loquatur: *virgo*, vel puella *ſum nomine Maxima*. Ac certe quidem graeca vox Κόρη, quae *virginem*, aut *puellam* ſignificat, & exprimendae in primis Proſerpinae adhibebatur, in Latinis etiam Marmoribus aliquando occurrit, ut apud Gruterum pag. 309. n. 3. SACRATAE DEO BACCHO, CERERI . ET . CORAE . . DEO , LIBERO . ET . CERERI . ET . CORAE. Quod ſi hic non CORE, ſed CORO, efferatur, id non multo ſane deterius, ac inſolentius videtur, quam ubi apud Boldettum pag. 419. BYRGA pro VIRGO, & pag. 87. CONIVCA pro CONIVX; apud Fabrettum pag. 553. COC pro CONIVGI; & apud Gruterum pag. 315. n. 2. CVNC pro CONIVNX reperitur.

V. Quemadmodum vero in Marmoris huius initio CORASION, ſive CORASIVM, legendum, ac deſcribendum exiſtimo, ita prorſus in quinto verſu, ubi vox MARTVRE exarata fuit, MARTYRION, ſive MARTYRIVM, ſcribendum eſſe putaverim; ut nempe exprimatur *Maximam in ſcala*, ſive *deſcenſu* tumulatam eſſe, quo *in ſecundum Domini Caſtuli Martyrium*, vel Coemeterium, deſcendebatur. Id ipſa verborum ſeries, atque contextus aperte requirit, ut illa vox MARTVRE locum ſignificet, in quem per ſcalam καταβαθμός, ſive κατάβασις *deſcenſus erat*; ac voces aliae, quae praeceſſerant, *in ſecundum*, haerere non poterunt, niſi *ſubſtantivum* nomen, ut Grammaticorum filii loquuntur, proxime conſequatur; ipſoque locus aliquis indicetur, qui a *Domino Caſtulo* nomen, atque diſcrimen acceperit: ſive quod in Arenario Via Lavicana, ubi Caſtulus aliique ſunt interempti, Coemeterium *Caſtuli* nomine exſtructum fuerit; ſive quod Coemeterium ibi iampridem exſtructum a Caſtulo ipſo, veluti nobiliori Martyre, denominationem novumque decus acceperit. Quaenam vero proximior alia, vel accomodatior vox ibi delitefcere videatur, quam MARTYRION, ſive MARTYRIVM; cum certe *Martyrii* nomen Coemeteriis inditum eſſe oſtenderimus, ac Marmor illud in Coemeterio repertum ſit, quod a Caſtulo nomen acceperat; adeoque facile *Martyrium Domini Caſtuli* dicebatur? Si id ego rite feliciterque coniecerim, non modo *Martyrii* vox pro *Coemeterio* uſurpata hoc etiam exemplo, vel Marmore demonſtrabitur, & obſcuriſſima Inſcriptio facili nativoque ſenſu exponetur; verum etiam exinde colligi deducique iam poterit, quod Eruditis omnibus incompertum erat, Caſtuli nempe Coemeterium duplex olim fuiſſe, aut duas in illo partes ita diſtingui conſueviſſe, ut pars illa, cuius aditus, fores, deſcenſus, una cum Maximae tumulo repertus fuit, *ſecunda* Coemeterii pars, ſive *ſecundum Caſtuli Martyrium*, aut Coemeterium vocare-

retur. Itaque, ſicuti Coemeteria plura, variiſque in locis poſita, uno eodemque, vel *Aproniani*, vel *Hyacinthi*, vel *Lucinae*, vel *Simplicii* nomine vocabantur, quod ipſorum quilibet honorandis Martyrum exuviis intentus, Coemeteria variis in locis exſtruxiſſet; ita quoque Caſtuli nomine duo Coemeteria conſtructa, vel appellata fuerint, quorum unum ab alio *primi* vel *ſecundi* nomine diſtingueretur. Optime quidem novi *Coemeterii* voce interdum non *Arenarium*, *Cryptam*, *Catacumbam*, univerſum nempe locum intelligi, in quem plura Martyrum, vel Fidelium corpora inferebantur, ſed tumulum potius, aut loculum unum deſignari, in quo Martyr, aut Fidelis aliquis humatus eſſet; ut apud Muratorium pag. 1918. num. 2, memoratur Κοιμητήριον Ο'κταβίλλης; & in Florentino Marmore apud Gorium Parte III. pag. 308. n. 1. & Muratorium pag. 1874. n. 3. legitur: *Qui poſiti ſunt per ſingula Coemeteria*. At in ſuperiori Maximae Epitaphio *ſecundi Martyrii*, vel *Coemeterii* vox eo ſenſu adhiberi certe non poterit, ut *ſecundus* ibi tumulus exprimatur: quod facile, opinor, is intelliget, qui finitimas voces, integrumque ſenſum accuratius inſpexerit, qui aliter haberi, vel exponi non poteſt, quam ſi duplex Coemeterium, aut Crypta Caſtuli nomine decorata admittatur. Quod vero Maxima non ſolum in *Coemeterio Caſtuli*, ſed etiam in *ſecundo*, atque in ipſo Coemeterii *deſcenſu*, & in *ſcala* tumulata dicatur, perſpicue nimirum diſtincteque ſepulturae locus variis his characteribus exprimatur, incredibili ſtudio, atque amori tribuendum putaverim, quo non Ethnici ſolum, ſed Chriſtiani quoque, ſepulcra violari, ſummoveri, alioque transferri minime patiebantur; ideoque ipſorum locum deſcribere, vel indicare conſueverant. Sic, ut exempla inferius proponenda hic omittam, apud Gruterum pag. 1054. n. 8. *Matrona* tumulata dicitur Herculano Conſule, hoc eſt anno Chr. 452. in Baſilica S. Pauli INCONTRA COLOMNA VII. Apud Fleetwodum pag. 433. n. 2. Lucillus, & Ianuaria quieſcere dicuntur: *ad ſanctum Petrum Apoſtolum ante regia in Porticu columna ſecunda quomodo intramus ſiniſtra parte virorum*; in Muratorio pag. 1956. n. 6. legitur: *Depoſitus in Baſilica Sanctor Naſari, & Naboris ſecundu Arcu iuxta feneſtra*. Valeria, & Sabina apud Boldettum pag. 53. emiſſe dicuntur ſepulturae locum *in Crupta noba retro ſanctus*; denique apud Muratorium pag. 1878. num. 8. *Gaudioſa depoſita* memoratur *in Baſilica domni Felicis*: ubi vides Felicem Martyrem, non ſecus, ac Caſtulum in Fabretti Marmore, & Aſterium in Muratoriano, *Domni* titulo decorari, quemadmodum Eccleſia Felici dicata *Baſilicae*. Quod vero attinet ad illud *ante Regia in Porticu*; notandum, quod *Regiae* nomine princeps, aut interior Eccleſiae Porta intelligitur, ut pluribus veterum teſtimoniis demonſtravit Roſveida ad Paulini Epiſt. XXXII. atque etiam ex Cornutiana Charta deduci poteſt, quam Cl. Gorius inter Donianas edidit p. 506. ubi legitur: *Item ante regias Baſilicae vela linea plumata maiora &c.*

VI. Quandoquidem vero Maxima; & Stratonice quoque in *Martyrio*, hoc eſt in ipſo Martyrum Coemeterio, depoſitae, vel tumulatae dicuntur, perſpicue apparet iis temporibus, quinto nimirum, ut videtur, Eccleſiae ſeculo, Fidelium corpora in ſacras illas Martyrum Cryptas adhuc inferri conſueviſſe. Quamvis enim pacatis Eccleſiae rebus Oratoria, Baſilicae, & Eccleſiae conſtructae iam forent, in quibus Martyrum corpora e Coemeteriis eruta magnifice decoreque reponebantur; ipſa tamen Fidelium cadavera non in Templis illis, ſed in Coemeteriis, Porticibus, aliiſque locis, quae Eccleſiis proxima, ſive coniuncta forent, ſepeliebantur. Ita in Muratorio p. 1970. n. 2. *Felix Fauſtinianus* emiſſe dicitur ſepulturae locum *in Balbinis Baſilica locum ſubteglata*, hoc eſt, ut optime feliciterque Cl. Editor obſervavit, *ſub tegulis, ſive ſuggrundiis ipſius Baſilicae*. Ita ſuperius Valeriam *in Crupta noba retro Sanctos* tumulum elegiſſe vidimus; atque in eximio Catanenſi Marmore, quod inferius exponetur, narrata Nilae Florentinae morte, dicitur: *Cuius corpus pro foribus Martyrorum cum loculo ſuo per Praeſbyterum humatum*

e *IIII. Non. Octobr.* quod nimirum non in ipſo Martyrum Templo, ſed in Templi foribus tumulatum fuit: quemadmodum prorſus in alio Marmore apud Muratorium pag. 1875. n. 1. de *Flavio Floriano* dicitur *poſitu eſt ad Sanctos*, ideſt, Muratorio obſervante, prope Templum Sanctorum; incertum vero num intra, vel prope Templum. Sequioribus vero temporibus Fideles in Oratoriis, Eccleſiis, aut Baſilicis ipſis tumulatos eſſe conſpicimus. Sic, ut exempla ſuperius expoſita omittam, in Muratorio pag. 1824. n. 1. de Agripino Comenſi Epiſcopo, qui circa annum Chr. 586. floruit, legitur: *Oratorium Sanctae Iuſtinae fabricavit, & Sepolturas ibi ordenavit*. Pag. 1902. n. 7. in epigraphe anni 613. habetur: *Locum comparabirum in Orateriu Sancti Alexandri*, atque, ut ſexcentis exemplis aliis abſtineam, in alio Marmore pag. 1913. n. 3. dicitur. *Memmius . Sallutius . Salvinus . Diannius . V. S. Baſilicam . Sanctorum . Angelorum . fecit . in . qua . ſepeliri . non . licet.* ex quo Cl. Editor accurate collegit, quod ſi in eiuſmodi Angelorum Baſilica ſepeliri non licuit, id in Baſilicis aliis communi iam, conſtantique more receptum erat.

VII. Proxime poſt *Martyrii*, vel *Coemeterii* vocem, in quod Aurelius ſe defunctae coniugis Stratonices cadaver intuliſſe dixerat, ſequitur in Marmore ΕΤΚΕΙΤΕ ΜΕΤΑ ΕΙΡΗΝΗϹ; quarum quidem vocum prima Muratorio ſuſpecta, & Lupo prorſus obſcura, vel incognita fuit; cum Muratorius quidem vocem hanc inexplicatam reliquerit; Lupus vero ita reddiderit: *precatus* CVM PACE: perinde quaſi maritus tumulatae coniugi ſupremum *vale* dicturus, formulam, & acclamationem hanc CVM PACE uſurpaverit. At ibi perſpicue certoque legendum eſſe putaverim Εὐκεῖται, vel Εὐκεῖτῃ μετὰ εἰρήνης *bene quieſcit*, ſive *bene quieſcat, cum pace*. Etenim, ut a literarum vitiis exordiar, ſaepiſſime in monimentis aliis Κεῖτε pro Κεῖται reperitur: ut apud Gruterum pag. 1052. n. 6. Quinetiam aliquando Κῖτε nobis occurrit, ut in Marmore apud Donium pag. 525. n. 8. & Muratorium pag. 1940. n. 6.

ΒΑΡΓΟϹ ΤΗ ΙΔΙΑ ϹΥΜΒΙѠ ΕΠΟΙΗϹΕΝ
ΕΝΘΑΚΙΤΕ ΕΤѠΝ ΙΘ

ubi voces ΕΝΘΑΚΙΤΕ non *intra breve tempus*, vel *immature* (defunctae) ſed *hic iacet*, exprimere, reddique debent. Ita prorſus in alio Marmore, quod *in pavimento Aedis D. Blaſii* poſitum, atque *ex Schedis Nicolai Alemanni excerptum* a Donio exhibetur Claſ. XX. n. 22. pag. 528. perſpicue legitur

| | |
|---|---|
| ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ | *Hic iacet* |
| ΚѠΝϹΤΑΝΤ | *Conſtantiae* |
| ΤΑ ΝΗΠΙΟΥ | *Infantis* |
| ΕΝ ΙΡΙΝΙ Η ΚΥΜΗ | *In pace dormi-* |
| ϹΙϹ ΑΥΤΟΥ | *tio eius* |

At in Schedis aliis adhuc ineditis eiuſdem Donii, a Cl. Gorio mihi perhumaniter communicatis, ut id obiter moneam, eadem Epigraphe pag. 165. ex Vaticanis Schedis excerpta, ita deſcribitur:

ΕΝΘΑΔЄ ΧΙΤΕ
ΚѠΝϹΤΑΝΤΙΝΟ
ϹΑΝ
ЄΝ ΙΡΗΝΗ ΚΥΜΗ
. . . ΤΙ

ex quo facile ſuperius exemplum corrigi, ſupplerique ita debet, ut ibi legatur ΚΟΝϹΤΑΝΤΙΝΟϹ ΑΝΗΠΙΟΥ, ſive ΑΛΗΠΙΟΥ, *Conſtantinus Anepii*, vel *Alypii filius*: cum ibi certe non feminae, ſed viri, nomen admitti debeat, ut ex poſtrema voce ΑΥΤΟΥ colligitur. Argumento quoque eſſe poterit in noſtro Marmore ibi Εὐκεῖται μετὰ εἰρήνης, *bene quieſcit cum pace* legendum eſſe, quod phra-

Digitized by Google

phraſis illa, vel formula in ſepulcralibus Chriſtianorum titulis frequentiſſime occurrat. Ita apud Donium ipſum pag. 539. n. 70. *Benequeſquen in pace*. apud Reineſium pag. 931. n. 141. *B. Queſ. in pac.* pag. 1001. n. 443. *Bene quieſcas*. pag. 908. n. 44. *Oſſa tua bene requieſcant*. barbareque apud Fabrettum Cap. III. n. 626. pag. 236. *Bene quieſcitae*. apud Muratorium pag. 1852. n. 9. *in pace bene dormit*. pag. 1894. n. 2. *ceſquas bene in pace*. pag. 1922. n. 2. *Bene queſcenti in pace*. Itaque maximo, optimoque iure Fabrettus ipſe, aliique obſervarunt eiuſmodi phraſi, vel acclamatione, ſeu voto, veluti charactere, Chriſtiana Marmora ab Ethnicis diſtingui, ſecernique poſſe: quod illa nimirum, veluti Chriſtianorum propria, in ſingulis fere Chriſtianorum Marmoribus, iiſdem propemodum verbis expreſſa, obſerventur. Aliquando tamen, ut id coronidis inſtar adiiciam, voces aliae adiunguntur, ut non defuncti ſolum *pax*, ac aeterna requies indicetur; verum etiam, aut patriae, aut Eccleſiae tranquillitas oſtendatur. Ita in eximio Marmore, quod anno Chr. 430. Romae poſitum fuit, apud Reineſium Cl. XX. n. 66. pag. 913. & Fabr. C. X. n. 627. dicitur *Exuperantia hic depoſita eſt in pace Romae*. Apud Fabrettum pag. 757. num. 628. & Donium pag. 537. num. 65. habetur: *Depoſitus. Herila. Comes. in. pace, Fidei. Catholicae. Dn. Severi. Aug. primo. Conſ.* hoc eſt anno Chr. 452. Quinetiam, niſi mea me fallit opinio, *Eccleſiae Catholicae pax* in Marmoribus aliis indicatur; eademque Marmora mirifice depravata, & obſcura phraſis huius praeſidio facile corrigi, exponique poſſunt. Cl. Muratorius pag. 1954. n. 7. Inſcriptionem hanc Mediolani *in Aede S. Leonidis* poſitam ex Iucundi, & Brembati Schedis exhibet:

B·M·M·VALERI POLYCHRONII  
ECCLESIAE CATHOLICAE  
ANNO CENTESIMO QVARTO

ibique Cl. Editor adnotavit: *Quaenam ſit Epocha iſta anni CIV. Eccleſiae Catholicae dum quaero, nihil aliud ſuccurrit, niſi ab Arianis reſtitutum fuiſſe Templum illud Catholicis, eiuſque facti memoriam ad poſteros fuiſſe tranſmiſſam, annos numerando ab illo feliciſſimo die. Propiora vero excogitent alii*. Ita propemodum Fleetwoodus ipſe, qui Marmor ipſum ediderat pag. 501. n. 4. obſervavit: *Nova profecto epocha, aera inaudita. Ergo non tantum mutilam hanc Inſcriptionem, verum etiam ſuſpectam habeo*. Ac ſuſpecta illa quidem, ſi annorum numerus ad Eccleſiam Catholicam, veluti epocha quaedam, referatur. Quid vero ſi numerus ille ad *Valerii Polychronii* aetatem unice revocetur; atque exeſum mutilumque Marmor ita ſuppleatur, ut ſenſum iſtum efficiat: *Bonae Memoriae M. Valerii Polychronii*, obiit ſive depoſitus eſt in pace *Eccleſiae Catholicae* aetatis *anno centeſimo quarto*? ſuſpicionem, & coniecturam hanc, quae mihi pridem affulſerat, ex ineditis Donii Schedis mirifice confirmatam exiſtimo, in quibus eadem Inſcriptio pag. 182. *Mediolani in Aede S. Leonidis* poſita ex antiquo Lib. Manuſ. ita profertur

B. M·VALERII. POAYCHRONI  
ECCLESIAE. CATHOLICAE. ANNO. CIIII.

Itaque, ſi annorum numerus in ipſo Marmore non explicate, ſed notis ſolum, exprimatur, quis aperte non videat longe facilius *Annorum CIIII.* quam *Anno centeſimo quarto*, ibi legi, ſupplerique poſſe; adeoque *Eccleſiae Catholicae* voces ad ſuperiora verba referri oportere, quae in primi verſus fine exciderunt, hoc eſt, ut opinor, *depoſitus in pace*? quo plane fieret Valerium illum ex ipſa longeva aetate *Polychronii* fortaſſe nomen obtinuiſſe. Nec alia fortaſſe ratione mutilum, & exeſum Marmor aliud intelligi, ſupplerique poſſe putaverim, quod in Muratorio occurrit pag. 1902. n. 1.

...FI-

Digitized by Google

. . . . . . . FILIO ADIVTVS . . . . . . .
. . . . . . . CATHOLICAE ECCLESIAE
. . . . . . . QVERIS LEO SECVNDICERIVS
QVI VIXIT ANNOS LX
MENS. V. INDICTIONE . . .

quam ſi in primi verſus fine, aut initio ſecundi legatur D. ſive DP. IN PACE *depoſitus*, ſive *deceſſit*, aut *obiit in pace* Catholicae Eccleſiae: quemadmodum in Martyrologio, & Eccleſiaſticis monumentis aliis eadem formula frequens conſpicitur, ut Fideles illi, qui pacatis Eccleſiae rebus, poſitaque iam Ethnicorum, aut Haereticorum rabie, tranquilla morte ad ſuperos evolarunt, a Martyribus diſtinguantur. Atque eiuſmodi certe non *Martyrum*, ſed *Fidelium* numero Stratonicem hanc inſerendam eſſe crediderim; cum palmae ramuſculus epitaphii lateri inſculptus perſpicui certique characteris inſtar haberi non poſſit, quo ipſius martyrium inferatur: quemadmodum de pluribus monimentis aliis, quibus eadem palma inſculpta conſpicitur, Fabrettus, Boldettus, omniumque accuratiſſime Muratorius oſtendit *Diſſertatione LVIII.* Ac certe quidem hic nulla martyrii mentio reperitur; ſed ſolum Stratonicem iam Neophytam *e mundo exiiſſe*, & *quieviſſe* dicitur poſtquam *quinque & quinquaginta* aetatis annos exegerat: cum poſtrema illa Marmoris verba, annorumque numerus non ad Aurelium, ut ſuperius oſtendi, ſed ad Stratonicem ipſam, referri debeat.

VIII. Ac ne fortaſſe cui mirum videatur mulierem quinque iam, & quinquaginta annos natam Baptiſmum ſuſcepiſſe, ideoque *Neophytam* appellari, id ex prava quorundam conſuetudine factum intelligat, quae florentibus, etiam Chriſtianae religionis rebus invaluerat, ut plurimi nempe Baptiſmum non antea ſuſciperent, quam in gravi mortis diſcrimine verſarentur. Id facile pluribus veterum Patrum teſtimoniis, & Conciliorum decretis oſtendi poſſet, quibus eiuſmodi mos improbatus, & acriter etiam damnatus fuit; ut ex innumeris Eccleſiaſticae Hiſtoriae monumentis apparet. Facile quoque plurima Chriſtianorum Marmora afferri poſſent, in quibus adulta iam *Neophytorum* aetas exprimitur: quemadmodum ex Marmoribus aliis perſpicue erudimur, infantes ipſos, ubi mors immineret, luſtralibus undis ablui conſueviſſe, ut *Neophyti*, vel *Fideles* e vivis excederent. Omnium inſtar haberi merito poterit Catanenſe Marmor, quod a Muratorio exhibetur pag. 1916. n. 4. *Nilae Florentinae infanti dulciſſimae, atque innocentiſſimae fideli factae Parens conlocavit, quae pridie nonas Martias ante lucem pagana nata* ȤOIIO CORP *menſe octavo decimo, & viceſima ſecunda die completis fidelis facta hora noctis octava ultimum ſpiritum agens ſupervixit horis quatuor ita ut conſueta repeteret, ac defuncta Hyble hora diei prima ſeptimum Kal. Octobres*. Quidquid hic facile de noctis dieique principio, ſimulque de civilis anni, vel menſium forma a Iulianis diverſa obſervari poſſet, nihil moror: idque unum Cl. Muratorio duce adnotaverim quod, *niſi mortis periculum immineret, pueri Baptiſmum differebant uſque ad uſum rationis*. Ac ſerius etiam pueros, adultorum inſtar, ſacris myſteriis illis initiatos eſſe, ex ſexcentis monumentis aliis apparet, quorum unum ſubieciſſe hunc libet, ut accuratius exponatur. Reineſius Cl. XX. n. 172.

IN MIRE EXEMPLI INNOCENTIAE
AC NEOFITO AMBIO SATRIO
REFRIGERIO QVI VIXIT
ANNIS X. DIES XLVI.
PVBLIVS CORNELIVS ZETVS
ET SATRIA DIGNITAS
PARENTES IN PACE B. M.
FECERVNT.

Cl. autem Editor hic adnotavit: Leg. ANABIO. *Eſt enim Baptiſmus Neophytorum* λυτρὸν παλιγγενεσίας, ἀνανέωσις ζωῆς, *&* *eorum* ἀναβίωσις. Muratorius autem

pag.

pag. 1936. n. 2. Marmor ipſum exſcribens habet: MIRA, NEFITO . AMBIO. SATRIO. optimeque obſervat; *Nefito*; *pro* Neophyto. *Sed quid* Ambio? Non facile hoc certe viri nomen, aut ullibi profecto inveniendum: at neque ipſe tamen Reineſii coniecturam, nominiſque originem longius petitam admiſerim. Fortaſſe potius AMPIO reſcribi velim: quippe qui viderim AMPIAE, & SATRIO nomina in una eadem gente apud Fabrettum occurrere Cap. I. num. 342. pag. 59. in Marmore Romae poſito

*C. Satrio C. F. Ciloni*
*C. Satrio C. F. Fortunato*
*Ampiae Satri*
*C. Satrio C. F. Lauto*

Quemadmodum vero in Latinis Marmoribus *Neophyti* voce indicatur Baptiſmum ab iis, qui tumulati fuerint, ingruente morte, ſuſceptum eſſe; ita quoque illud idem in Graeco Marmore Νεοφωτίςυ voce expreſſum conſpicitur, quod a Muratorio profertur pag. 1819. n. 6.

| | |
|---|---|
| ΕΚΟΙΜΗΘΗ ΑΧΙLLΙΑ | *Defuncta eſt Achillia* |
| ΝΕΟΦѠΤΙCΤΟC ΕΝΙ | *Neophyta unius anni* |
| ΑΥΤΟΥ: ΜΗΝѠΝ . Ε . ΤΡΙ . Ζ | *Menſium V. VII.* |
| ΚΑΛΑΝΔѠΝ ΜΑΡΤΙΟΝ ΗΜΕΡΑ | *Kal. Martias die* |
| CΕΛΗΝΗC | *Lunae.* |

Nec alio certe ſenſu *Catechumeni* vocem in hoc alio titulo uſurpatam eſſe putaverim, qui apud Muratorium ipſum occurrit pag. 1918. n. 9.

ΑΝΕΠΑΥCΑΤΟ ΟΝΗCΙΜΗ ΚΑΤΗ
ΧΟΥΜΕΝΗ ΕΙΡΗΝΗ ΤΗ ΠΡΟ ΕΠΤΑ ΚΑΛ
ΙΟΥΛΙѠΝ ΑΙΤѠΝ ΤΕCCΑΡѠΝ
ΜΗΝѠΝ ΠΕΝΤΕ ΜΕΡѠΝ ΤΡΗѠΝ

Etenim ſola *quatuor* annorum aetas pati vix poterat, ut Oneſime ſacris myſteriis inſtructa, ſuſcipiendique Baptiſmatis cupida foret, adeoque recepta iam phraſi *Catechumena* diceretur. Ita propemodum Baptiſmus ipſe ſolo *Fidei* nomine in hoc alio Marmore deſignatur, quod nuper non longe ab Herculano erutum a Cl. Gorio profertur: INGENIOSAE . QVAE . VIXIT . ANNIS . IIII. M. V. DIES . XXI. FIDE . PERCEPIT . MESORVM . VII. Quam enim aliam *fidem* puella vix ſeptimeſtris acceperit? Hinc ii, qui Baptiſmum ſuſceperant, interdum *Fideles* in Marmoribus appellantur. Marmor a Grutero profertur pag. 1051. n. 9.

HIC REQVIESCVNT DVO FRATRES INNOCENTES.
CONSTANTIVS . NEOFITVS . QVI . VIXIT . ANNIS
OCTO . M. II. D. VI
IVSTVS . FIDELIS . QVI . VIXIT . ANNIS . VII

Fleetvoodus epigraphem ipſam proferens pag. 376. n. 2. adnotavit: *Non video rationem cur puer annorum VII.* Fidelis *eſſet, & alter annorum VIII.* Neophytus. *Forte erant Puerorum cognomina*. Sed quis *Neophyti* vocem infantis cognomen eſſe conceſſerit? Vno quidem eodemque vel *Neophyti*, vel *Fidelis* titulo uterque ex fratribus illis appellari profecto poterat, ut in Muratorio pag. 1888. n. 2. femina quaedam *Ingenua Chriſtiana Fidelis* vocatur; ſed ille fortaſſe *Fidelis* hic dicitur, qui prius, ingruente morte, Baptiſmum ſuſceperat, ipſique aliquandiu ſuperſtes fuit; ille vero *Neophytus*, qui recepto Baptiſmate citius interiit. Haec ipſa *Fidelis* vox eiuſque ſignificatio clarius



Digitized by Google

in eximio Marmore apud Muratorium demonſtratur pag. 1888. n. 5. ubi in media Marmoris, vel Anaglyphi parte puer Neophytus in baptiſmali vaſe poſitus exhibetur; hinc inde Epiſcopus, & Patrinus adeſſe, Sanctuſque Spiritus ſupra Neophyti caput in columbae ſpecie deſcendere, vel inſidere, conſpicitur. Anaglyphum ipſum hae voces adhuc ſuperſtites exornant:

| | | |
|---|---|---|
| INNOCENTISPO* QVEM | | * Spirito |
| ELEςITIDOMS* PAVSAT | | * Dominus |
| IN P | ACE | |
| FIDE | LIS | |
| § X KA | L SEPT | |
| SEPT | EMBR | |

*Semptembris* menſis nomen, quod in exeſo Marmore ſemel iterumque occurrit, perſpicue, ut opinor, oſtendit, quod puer ille X. Kal. Septembris *fidelis* factus, hoc eſt baptizatus fuit; alia vero die ante Kal. ipſas, cuius nota, vel numerus excidit, e vivis ſublatus, vel depoſitus fuit: quemadmodum in Marmoribus aliis mox proferendis, & ipſa Baptiſmi dies, & mortis etiam dies nitide diſtincteque indicatur.

IX. Antequam tamen Eccleſiae Catholicae pax, & tranquillitas Conſtantini Magni temporibus affulgere coepiſſet, ideoque *Neophyti*, *Fidei*, *Fidelis*, *Chriſti*, aliaque id genus ſacra nomina ſepulcralibus Chriſtianorum titulis perſpicue, diſerteque inſcriberentur, eadem nomina, iuxta veterem *Arcani diſciplinam*, reticeri, vel obſcurius exprimi conſueverant. Sic, ut exemplis aliquibus id oſtendatur, in Muratorio pag. 1870. n. 4. de *Creſcentina* dicitur; *vixit ann. XXXIII. meſ. II. accepit III. Kal. Iul. dep. VI. Kal. Novembres*. Pag. 1998. num. 6. de Fortunia: *Conſecuta eſt d. VI. depoſita eſt VIII. Kal. Aug.* Pag. 1864. n. 1. legitur: Eufronia *nata pri. Kal. Nov. percepit III. Id. April. deceſſit pri. Kal. Mai.* Apud Fabrettum Cap. VIII. n. XXXIX. p. 563. de Campano habetur; *perit ann. XXXV. ex die acceptiones ſue vixit dies LVII.* in quibus monimentis omnibus, ut optime Fabrettus, ac Muratorius ipſe obſervavit, *Baptiſmi* nomen intelligi ſupplerique debet. Aliquando tamen, licet abolita iam Arcani diſciplina, liberoque Catholicae Religionis cultu ubique confirmato, obſcuriores aliae inſuetaeque formulae ab aliquibus uſurpatae conſpiciuntur, ut *Baptiſmus* ipſe, vel ut alii putarunt, *Confirmatio* exprimatur. Boldettus pag. 58. eximium Marmor hoc exhibet, quod in Fabretto quoque Cap. IV. num. 485. pag. 329. ſed alicubi depravatum, conſpicitur;

I X Θ Y C

I. POSTVMIVS EVTHERION . FIDELIS . QVI GRATIA
X. SANCTA CONSECVTVS PRIDIE NATALI SVO SEROTINA
Θ. HORA REDDIT DEBITVM VITE SVE QVI VIXIT
Y. ANNIS SEX ET DEPOSITVS . QVINTO IDVS IVLIAS DIE
C. IOVIS QVO ET NATVS EST CVIVS ANIMA.
N. CVM SANCTOS IN PACE FILIO BENEMERENTI
POSTVMI FELICISSIMVS ET LVTKE
NIA ET FESTA AVIA IPSEIVS.

Characteribus, aut Siglis illis, quae dextro Marmoris lateri, ſimulque titulo inſcribuntur; Ἰησοῦς. Χριστὸς. Θεοῦ Υἱὸς. Σωτὴρ. Νικᾶ. *Ieſus Chriſtus Dei Filius Salvator Vincit* exprimitur, ut in opere *de Notis Gaecorum* expoſui. *Gratia* vero *Sancta* non aliud intelligi, vel eſſe profecto debet, quam *Baptiſmus* ipſe, quem *Poſtumius* propemodum moriturus ſuſceperat. Longe quidem obſcurius eſt Marmor aliud, quod Mabillonius *Itin. Italico pag.* 73. longeque accuratius Fabrettus ipſe dedit Cap. VIII. n. LXI. pag. 574.

D MA

D MA SACRVM XL
LEOPARDVM IN PACEM
CVM SPIRITA SANCTA . ACCEP
TVM EVMTE ABEATIS INNOCINEM
POSVER . PAR. Q. AN. N. VII. MEN. VII.

Itaque Mabillonius, ac nuper etiam Boldettus ipſe pag. 276. manifeſtum huic Marmori Sacramenti *Confirmationis* exemplum ineſſe putavit; quod nempe Leopardus ille *Spiritum Sanctum* ſuſceperit, vel *Spiritu Sancto accepto* e vita migraverit. Fabrettus autem non de *Confirmatione*, ſed perſpicue potius de *Baptiſmo* ſolo, quo *Spiritus* ipſe confertur, intelligendum eſſe contendit. Cl. vero Lupus, quo certe nemo ſubtilius, atque felicius barbaras illas Chriſtianorum Marmorum voces, & phraſes explicuit, neque *Baptiſmum*, neque *Confirmationem* in eximio hoc Marmore expreſſam eſſe coniecit; cumque in Boldetti Marmore pag. 417. habeatur SPIRITA VESTRA DEVS REFRIGERET; & pag. 87. legatur REFRIGERA . CVM . SPIRITA . SANCTA. ac voces illae poſitae ſint pro REFRIGERERIS. CVM. SPIRITVS. SANCTOS, hoc eſt *cum Spiritibus Sanctis*, in ipſo quoque Leopardi epitaphio voces illas CVM SPIRITA SANCTA *De Eccleſia, ac Coetu Sanctorum* intelligenda fore putavit. Itaque perſpicuum, & opportuniſſimum Epitaphii ſenſum ita Lupus exponit: LEOPARDVM . IN . PACEM. (*in Pace*) CVM SPIRITA SANCTA (Spiritus Sanctos, *Spiritibus Sanctis*) ACCEPTVM EVMTE (*eumdem*) ABEATIS INNOCINEM (*habeatis Innocentem*) *Niſi autem, inquit, mihi ſtulte blandior, puto futurum fuiſſe, ut & VV. CC. ita explicarent, ſi laudatos Boldettianos lapides, tunc nondum refoſſos, videre potuiſſent*. Ego tamen, quamvis haec ipſa Marmora a Lupo laudata accuratius inſpexerim, aegre adducar, ut ingenioſis eruditi Viri coniecturis aſſentiar. Quid enim aliud ex primo Boldetti Marmore exſculpi poteſt, niſi quod *Spirita veſtra* barbare depravateque pro *Spiritus veſtros* ibi ſcriptum conſpicitur? Exinde vero deduci certe non poterit, quod in ceteris etiam titulis, in quibus vox illa *Spirita* reperitur, *Spiritus*, hoc eſt Fidelium animos corpore ſolutos, ſignificet; nullibi vero *Paracletum*, verumque *Spiritum Sanctum*, aut certe *gratiam* Paracleti illapſu receptam, exprimere fortaſſe poſſit. Tantum certe abeſt, ut in ſecundo Boldetti Marmore voces illae *cum Spirita Sancta* Fidelium *Spiritus*, aut animos aeterna iam felicitate donatos exprimere poſſint, ibique cum Lupo, pro *refrigera* vox alia *refrigereris* intelligi, refingique debeat, ut perſpicue potius in illo, vel *Spiritus Sanctus*, vel *gratia* deſignari videatur. Etenim, niſi plurimum hic ego fallor, REFRIGERA nihil eſt aliud, quam tertium mulieris tumulatae nomen, quae proinde *Cervonia Silvana Refrigera* vocaretur: quemadmodum prorſus hoc ipſum *Refrigeriae* nomen in Muratorio reperitur pag. 1971. n. 2

GREGORIA FECIT BISOMV SIBI IN PACE
CVM MATRE SVA REFRIGERIA

atque in Marmore ſuperius expoſito, & emendato AMPIVS SATRIVS REFRIGERIVS nominatur: & apud Murat. pag. 1826. num. 2. legitur: *Dulcis Anatolia Refrigeri Frater Sorori Primitibe in pace*. Itaque perſpicuus hic ſenſus erit Cervoniam Silvanam Refrigeriam *cum Spiritu Sancto*, cum fide nimirum, & gratia, e vivis exceſſiſſe; idemque prorſus in Leopardi Marmore exponendum erit; quod ille nempe *in pace cum Spiritu Sancto*, recepta ſcilicet fide, gratia, Baptiſmate, ad ſuperos evolavit. Ac certe quidem, ſi Marmoris interpretatio a Lupo tradita admittatur, adeoque cum illo exponatur: *Leopardum . in pace . cum Spiritibus Sanctis acceptum eundem habeatis innocentem . Poſuere parentes*, ſenſus omnino mutilus, & hiulcus erit; neque facile intelligi exponique poterit, quinam ſint ii, qui *eundem habere* debeant; aut quoſnam, tituli ſcriptor alloquatur. Itaque ſublatis grammaticae erroribus, & quadratarii vitiis in-

tegrum Marmor ita exponendum putaverim: *Leopardum in pace cum Spiritu Sancto. Acceptum eundem a Beatis innocentem poſuerunt Parentes*: ut proinde vox *acceptum* non ad *Spirita Sancta*, quae praeceſſerant, referri debeat; perinde quaſi, ut Lupus exiſtimat, Leopardus *cum Spiritibus ſanctis acceptus* intelligatur; ſed ad proximas voces alias *a Beatis* revocari: ut nitide concinneque exprimatur *innocentem* hunc puerum *a Beatis acceptum*, vocatum, aeternaque in gloria collocatum eſſe; cum praeſertim in ipſo Marmore ante vocem ACCEPTVM interpunctio reperiatur, quae vocem ipſam ceteris inſequentibus coniungendam eſſe demonſtrat. Sic, ut exemplis aliis haec ſacra Chriſtianorum formula confirmetur, apud Fabrettum Cap. VIII. n. LXXXVI. pag. 581. *Severus* dicitur *accerſitus ab Angelis VII. Idus Ianua.* Itaque ſi *Beati* mox nitide diſerteque memorantur, a quibus Leopardus *acceptus*, atque *cum* illis coniunctus eſt, cur *Eccleſia*, *ac Coetus Sanctorum* in vocibus aliis *Spirita Sancta* deſignari dicatur; non vero potius in ipſis, aut *Paracletus*, aut *gratia* exprimi videatur? Haec ipſa quoque Chriſtianae vocis ſignificatio, idemque valor in alio Marmore cenſeri facile poterit apud Muratorium pag. 1872. n. 6. in quo *Fl. Crisbinus Aureliam Anianetem* coniugem alloquens ait:

VALE MICHI KARA IN PACE
CVM SPIRITA XAN.TA VALE IN ☧

quemadmodum etiam in Fabretti Marmore Cap. VIII. n. LII. pag. 571.

GEMELLINVS. VICTORIAE CONIVGI BENEMERENTI
ISSPIRITO SANCTO IN PACE

ubi Fabrettus ipſe, & Lupus pag. 166. *Spiritus Sancti* voce *ſanctam* coniugis *animam* deſignari putavit, fortaſſe IN SPIRITO SANTO legendum, adeoque *in Spiritu Sancto* reddendum erit; quemadmodum prorſus in Muratorio pag. 1900. n. 10. habetur BENE. MERENTIBVS. IN. XPO. SANTO.

X. Quod ſi ex pulcherrimo praeſtantique hoc Marmore nullum *Confirmationis* exemplum exſculpi poſſe contra Mabillonium oſtendimus, perſpicuum tamen eiuſmodi ritus, & Sacramenti teſtimonium ex Marmoribus aliis hic proferam, quod certe miror a Mabillonio, Fabretto, ceteriſque ignoratum, aut potius diſſimulatum fuiſſe. Fabrettus ipſe Cap. X. n. 505. pag. 740. eximium Marmor exhibet *Tolentini* poſitum *Fl. Iul. Catervio V. C. Ex Praef. Praetorio*, & *Septimiae Severinae* eius coniugi. In ſuperiori Sarcophagi parte poſt binos alios hi verſus inſculpti conſpiciuntur:

CATERVI SEVERINA TIBI CONIVNCTA LAETATVR SVRGATIS
PARITER CRISTO PRAESTANTE BEATI
QVOS DEI SACERDVS PROBIANVS LAVIT ET VNXIT

Epigraphen ipſam, & Sarcophagum, ſed minus accurate, pridem deſcripſerat Mabillonius *Itin. Ital.* pag. 221. variaſque rationes attulerat, quibus hic Catervius, & Severina ex *Sanctorum* Faſtis expungendi videantur; ſed haec alii videant, ac diligentius inquirant. Id unum mihi in eximio Marmore obſervaſſe ſufficiat, quod *Probianus Dei Sacerdos* coniuges illos *laviſſe*, & *unxiſſe* dicitur: quorum certe verborum primum ad *Baptiſmum*, alterum vero ad *Confirmationem* manifeſtiſſime referri debet. Quemadmodum enim plurimis Patrum teſtimoniis erudimur, *Chriſmatis*, vel *Vnctionis* nomine hoc ipſum *Confirmationis* Sacramentum deſignari conſueverat, quod ab Auguſtino Lib. II. *contra Literas Petilianic.* 104. *Sacramentum Chriſmatis* appellatur; quemadmodum *Chriſma*, vel *Vnctio* a Cypriano vocatur Epiſt. 70. *Vngi neceſſe eſt eum, qui baptizatus ſit, ut accepto Chriſmate, ideſt Vnctione, eſſe Vnctus Dei, & ha-*

*be-*

Digitized by Google

*bere in ſe gratiam poſſit;* & Tertullianus utrumque *Baptiſmi*, & *Confirmationis* Sacramentum explicans Libr. *de Reſurrect. Carnis* c. 8. ait *Caro abluitur, ungitur, ſignatur*. Ergo dum Probianus Catervium, ac Severinam *unxiſſe* dicitur, ſacra ſolemnique voce indicatur, coniuges illos *Confirmationis* Sacramentum poſt Baptiſmum ſuſcepiſſe; quod peracto Baptiſmi ritu ab Epiſcopo conferri conſueverat, ut ex *Ordinibus Romanis* apparet, quos Cl. Mabillonius edidit, ac illuſtravit. Probianus autem ille, qui *Dei Sacerdos* hic appellatur, ſi in vulgatis hactenus Epiſcoporum Faſtis inquiri debeat, non alius fortaſſe fuerit, quam Probianus Epiſcopus, qui Reatinam Eccleſiam rexiſſe dicitur anno Chr. 494. niſi fortaſſe cui libeat Probianum alium, vel Tolentinatis, vel alterius Eccleſiae Epiſcopum nobis incognitum hic intelligere. Video quidem Catervium hunc a Baronio cum illo confundi, qui Gratiani Auguſti temporibus *Comes Sacrarum Largitionum* in Theodoſiano Codice memoratur; ut ſi proinde Baronius id rite coniecerit, Probiani Epiſcopi Reatini aetas centum annis Catervii temporibus poſterior eſſe debuerit; ideoque Probianus alius ſit inquirendus, qui Gratiani, & Catervii aetate vixerit. Sed fortaſſe Catervius hic noſter, qui ſolum *Ex-Praefectus Praetorio* in titulo nominatur, ab alio antiquiori diſtingui debet: quemadmodum certe Catervium Martyrem Tolentinatibus honoratum a Fl. Catervio diſtinguendum eſſe, doctiſſimi Viri obſervarunt. Ceterum vera Catervii, ac Probiani aetas accurate definiri non poterit, niſi lux aliqua ex certioribus monimentis aliis affulgeat. Superiori Marmori, vel Confirmationis exemplo clarius etiam, ac illuſtrius Marmor aliud accedat, quod ex Apiano Gruterus protulit pag. 1057. n. 6.

PICENTIAE
LEGITIMAE
NEOPHYTAE
DIE . V. KAL. SEP
CONSIGNATAE
A LIBERIO . P . E
FL. HOSPITIANVS
MARITVS
VXORI
BENEMERENTI

Gruterus obſervat in Velſeri Schedis haberi A LIBERIO PAPA, eamque lectionem ex Baronio expreſſit in Schedis adhuc ineditis Donius pag. 173. nihilque certe facilius, aut veriſimilius eſſe unquam poteſt, quam in Marmore exaratum fuiſſe PP. pro qua Nota in Schedas irrepſerit P. F. aliique notarum potius vim, quam characteres, ſequuti reddiderint PAPA. Itaque *Picentia* illa nuper baptizata, ſive *Neophyta* e vivis exceſſit poſtquam a Liberio Papa, a quo fortaſſe, & Baptiſmum quoque ſuſceperat, *conſignata*, ſacro nimirum Chriſmate delibuta, vel confirmata iam fuerat. Quemadmodum enim Confirmationis Sacramentum a Veteribus *Unctio*, & *Chriſma* dicebatur; & qui Sacramentum illud acceperat, *Uncti* nomine vocabatur, ut ſuperius oſtendi; ita quoque Sacramentum ipſum *Signaculum Dominicum* a Cypriano Epiſt. 71. *Signaculum Spirituale* ab Ambroſio Libro *de Initiandis* c. 7 *Signaculum vitae aeternae* a Leone Ser. IV. *de Nativit.* vocatur; atque Fideles illi, qui Chriſma ab Epiſcopo receperant, *Conſignati* dicebantur. Hinc Innocentius I. *in Epiſt. ad Decentium* ait; *de conſignandis vero infantibus manifeſtum eſt non ab alio, quam ab Epiſcopo, fieri licere*: paucique interiectis addit, *ſolis Pontificibus deberi, ut conſignent*. Itaque dum Picentia a Liberio Papa CONSIGNATA dicitur, non aliud intelligi profecto poterit, quam quod illa Confirmationis Sacramentum ab Epiſcopo, ſive Pontifice Romano receperat; ideoque in

exi-

Digitized by Google

eximio hoc Marmore manifeſtum de Confirmatione exemplum habebimus, quod immerito Cl. Mabillonius in Catervii Marmore reperiri putaverat. At non facile profecto ego dixerim, quid in exeſo mutiloque Marmore deſignetur, quod in Coemeterio Calliſti poſitum a Boldetto deſcribitur p. 80. n. 6.




Quod ad Conſules attinet, ſuperſtitum literarum ductus perſpicue oſtendunt MARINIANO, PATERNO II. legendum eſſe; cumque *Paternus* Conſul *ſecundo* una cum Mariniano proceſſerit anno Chr. 268. ut Boldettus ipſe obſervavit, CHRISTICIANO (ſic enim mutilum nomen in ſecundo verſu ſupplendum eſſe putaverim) tunc defuncto tumulus poſitus fuit. In ultimo verſu pro HA fortaſſe reſcribendum PA, ut ſenſus integer ſit: *Vivas inter Sanctos in pace*; quae acclamationum formae in ſexcentis monimentis aliis occurrunt. In tertio verſu nihil veriſimilius occurrit quam FECERVNT; cumque in ſuperioris, vel ſecundi fine exciderit vox IN, in tertii ſequentis initio characteres illi DN ſignificabunt *Domina*, vel *Domino Noſtro*; quemadmodum prorſus apud Muratorium pag. 1831. n. 7. legitur BENEMERENTI IN XRISTO IN PACE. Exinde vero facile inferri poterit, quod iidem characteres D.N, qui in quarto verſu reperiuntur, nihil aliud ſignificent, quam *Domini Noſtri*; quemadmodum certe in penultimo verſu legi ſupplerique debet REDEDIT, ſive REDDIDIT; qua voce in ſepulcralibus Chriſtianorum titulis ipſorum mors indicatur, qua ſpiritum, aut vitam Deo auctori *reddidere*. Ita apud Boldettum legitur pag. 402. *vixit annis XXXXIII. reddit in pace*. pag. 407. *Eugeniae redditae pridi. Non. Sep.* pag. 409. *vixit ann. IIII. men. II. dies I. red. VII. Idus Sep.* pag. 420. *reddidit XI. Kal. Feb.* Denique clarius pag. 419. *vita reddit in pace*. Sed haec clariora certe ſunt, quam ut fuſius exponi, probarique debeant. Longe maior obſcuritas in quarti verſus initio reperitur ubi legitur: QVI CRV . . . A ACCEPIT D. N. Quid enim Chriſticianus ille accepiſſe putabitur? Certe ſuperſtitum literarum veſtigia perſpicue aperteque ſubindicant ibi CRVCEM legendum eſſe: perinde quaſi ille *Domini Noſtri Crucem acceperit* XX. Septembris die, ſequentique e vivis exceſſerit. Sed quid Dominicae *Crucis* nomine deſignatur? Facile eſt quidem hac ſacra Chriſtianorum phraſi *Martyrium* intelligere. At nullus in loculo martyrii character inventus; nullum in titulo martyrii ſignum exprimitur; atque ubi Chriſticianus XX. Septembris die martyrio affectus dicatur, intelligi, vel explicari non poterit, cur ſequenti defunctus ponatur, niſi una die cruciatus, martyrioque ſuperſtes, altera e vivis exceſſerit. Itaque ſuſpicari nunc libet *Crucis* nomine fortaſſe *Baptiſmum* ipſum, ſive potius Chriſti fidem, & religionem *Cruce* veluti ſymbolo expreſſam hic indicari. Certe Paulinus in *Natali*, ubi de S. Martino loquitur, qui Chriſti Religionem amplectebatur, ita cecinit:

*Tranſiit ad ſacram conſtanti pectore legem,*
*Signavitque Crucis ſanctam munimine frontem.*

Pe-

Digitized by Google

Perinde quaſi *Crucis* nomine, vel Crucis ſigno fronti inſcripto Chriſti fides, lex, religio ſuſcepta ſatis exprimeretur. Quid ergo ſi in noſtro etiam Marmore *Crucis acceptae* nomine non *Martyrium*, ſed Chriſti fides, & *Baptiſmus* ipſe intelligatur? adeoque ſingularis haec formula, planeque inſueta reliquis Chriſtianorum phraſibus accenſeatur, quibus *Baptiſmum* ab iis indicari conſueviſſe iam vidimus. Sed nihil hic tamen in tanta obſcuritate veterumque Scriptorum ſilentio temere definire ego velim.

XI. Ceteris potius Chriſtianorum titulis, in quibus *Neophytorum* nomina inſcripta fuerant, aut certe *Fidei*, *Baptiſmi*, ſacrique *Chriſmatis* mentio reperitur, inſigne Marmor aliud ſupremo tandem loco, coronidis inſtar, adiiciam, in qua Chriſtianae feminae *converſio*, licet obſcurius, indicatur. Aringhius Tom. I. Lib. III. Cap. XXII. pag. 609. epigraphen hanc *Via Nomentana in Coemeterio S. Agnetis* repertam exhibet:

| | |
|---|---|
| ΑΝΤΩΝΙ . CΥΝΒΙΩ . ΓΛΥΚΥ | *Antoniae Coniugi dulciſ-* |
| ΤΑΤΗ . ΚΕ . ΤΕΚΝΩ . ΜΗΤΗΡ | *ſimae & Filio. Mater* |
| ΕΖΗCΕΝ ΜΕΤΑ . ΑΛΥΠΙΟΥ | *vixit cum Alypio* |
| ΑΝΔΡΟC . ΕΑΥΤΗC . ΕΤΗ . ΕΙ | *viro ſuo annos vigin-* |
| ΚΟC ΕΙΚΕ ΕΠΤΑ . ΒΙΟΝ . ΑΛΛΑΤΤΙ | *ti & ſeptem. Vitam mutavit* |
| ΦΙΛΙΑ . ΒΑΡΗ . ΒΑΛΕΡΙ . ΕΠΙCΚΟ | *amicitia gravi Valerii E-* |
| ΠΟΥ | *piſcopi.* |

Ex Aringhii Libro exſcripſit Reineſius Claſ. XX. n. 245. pag. 954. ſimulque Fleetvoodus pag. 352. n. 4. nihilque tamen obſcuro certe Marmori illuſtrando Scriptores illi obſervarunt. Itaque breviſſime adnotaſſe iuverit, quidquid ipſi explicando, divinando fere ego coniecerim. Ac initio quidem obſervari facile poterit, quod unus idemque titulus *coniugi*, & *filio* poſitus dicitur; nec perſpicue tamen utriuſque nomen exprimitur: ſed ita potius unicum nomen mutilum effertur, ut ipſo non modo coniugis, ſed filii quoque nomen indicari videatur: perinde quaſi coniux *Antonia*, filius *Antonius* vocaretur; ideoque, cum ΑΝΤΩΝΙΑ, & ΑΝΤΩΝΙῼ ſcribendum foret, Inſcriptionis auctor una eademque mutila, vel imperfecta voce ΑΝΤΩΝΙ, utriuſque nomen expreſſerit. Inſolens certe ſcribendi genus; niſi fortaſſe potius initio ΑΝΤΩΝΙΑ legendum ſit, adeoque filii nomen omnino praeteritum cenſeatur. Quod vero in ſecundo, iterumque in quinto verſu ΚΕ, pro ΚΑΙ exaratum occurrat, barbarae iam depravataeque methodo adſcribi debet, qua diphtongi pronunciari iam coeperant, ut in exemplis aliis apparet, quae opportune iam protuli in Opere *de Notis Graecorum* ad Notam ΚΗ. In vocibus autem aliis pone ſequentibus nulla prorſus obſcuritas reperitur; ſed ibi nitide diſerteque exprimitur, matrem, hoc eſt Antoniam ipſam, una cum Alypio coniuge ſuo, qui fortaſſe tumulum excitavit, ſeptem, ac viginti annis vixiſſe. Poſtremo denique loco dicitur: ΒΙΟΝ . ΑΛΛΑΤΤΙ . ΦΙΛΙΑ . ΒΑΡΗ . ΒΑΛΕΡΙ . ΕΠΙCΚΟΠΟΥ. Facile eſt quidem, ſublatis quadratarii vitiis, hic ΑΛΛΑΤΤΟΙ, & ΒΑΡΕΙ . ΒΑΛΕΡΙΟΥ reſcribere. Sed quid eiuſmodi vocibus exprimatur? quidve Antonia *vitam mutaſſe*, idque Valerii Epiſcopi *amcitia*, eaque amicitia *gravi* dicatur? Quandoquidem illa *mutatio vitae* de ipſa morte intelligi non poſſe videtur, initio ſuſpicabar de *poenitentia* ſolum, aut pace ſumendam eſſe, quae Fidelibus praeſertim morituris ab Epiſcopo concedebatur, ut perſpicuo S. Cypriani teſtimonio erudimur Epiſt. Lib. III. epiſt. 17. Cuius quidem ritus, vel *acceptae poenitentiae* nomen pulcherrimi quoque Marmoris teſtimonio confirmatur, quod a Grutero pag. 1049. n. 2. Noriſio in

Epiſt.

Digitized by Google

Epiſt. Conſul. pag. 150. & Maffeio in Galliae Antiquit. pag. 100. num. 18. exhibetur:

HIC IN PACE QVIESCET
ADIVTOR QVI POST
ACCEPTAM PAENITEN
TIAM MIGRAVIT AD DNM
AN LXV MENS VII DIES XV
DEPOSITVS SD VIIII KAL
IANVAR ANASTASIO VC
CONSVLE

Itaque, cum Anaſtaſius ille non anno Chr. 491. ut putavit Reineſius pag. 899. aut 492. ut pag. 414. n. 7. Muratorius exiſtimavit, ſed, ut optime, accurateque demonſtravit Noriſius, anno 517. Conſulatum geſſerit, perſpicue apparet hunc poenitentiae morituris conceſſae ritum iis temporibus viguiſſe; ut facile proinde Antonia ideo Valerii Epiſcopi amicitia *vitam mutaſſe*, vel emendaſſe dicatur, quod ab illo veluti ſequeſtre, & adminiſtro, Eccleſiae pacem, amicitiam, ac poenitentiam receperit. Fortaſſe tamen *gravis amicitiae* nomine, converſatio, praeclara monita, honeſta conſuetudo indicatur, quibus Valerius Epiſcopus Antoniam ab haereſi ad veram religionem, aut ab incompoſitis profaniſque moribus ad honeſtatem, ſanctioremque vitam traduxerit; ut illa proinde *vitam*, degendae nimirum vitae rationem, mutaſſe dicatur. Ita propemodum in alio praeclaro Marmore, quod anno 491. ſculptum fuit, apud Maffeium ipſum pag. 99. n. 14. dicitur:

IN HOC TVMVLO CONDITVR BONAE
MEMORIAE SEVERIANVS QVI RELIGIONEM
DEVOTA MENTE SVSCEPIT SIC QVEM
ANIMA AD AVTHOREM DM
REMEANTE TERRENA MEMBRA
TERRIS RELIQVIT ....

Vbi perſpicue certoque pro SIC QVEM legendum eſſe putaverim SICQVE; quod ſuſcepta nimirum religione Severianus ad Deum evolaverit. Itaque Antoniam non alio fortaſſe ſenſu *vitam mutaſſe* putaverim, quam quod illa, vel *religionem*, vel *poenitentiam*, vel ſanctioris vitae inſtituta, Valerio Epiſcopo duce, & auctore, ſuſceperit. Atque utinam quidem Antoniae patria, vel aetas in Marmore expreſſa foret, ut Marmoris ipſius praeſidio ſacri Eccleſiae alicuius Faſti illuſtrari poſsent! In tanta vero obſcuritate, & ſilentio quis facile coniicere, vel definite unquam poſſit cuinam Vrbi Valerius ille praefuerit, quove tempore vitam duxerit? Id unum mihi divinando fere dixiſse liceat, quod ſi Valerius ille, & Antonia non ad exteras Orientis Vrbes, ſed ad Graecam aliquam Civitatem referri debeat, quae in Magna Graecia, hoc eſt orientali Italiae parte reperiretur, facile in Eccleſiaſticis Vrbium illarum Tabulis Epiſcopi *Valerii* nomen haberi, ſeligique poterit. Etenim *Valerius* Surrentinae Eccleſiae Epiſcopus anno Chr. 453. floruit; quemadmodum etiam *Valerius* Calenitanus, vel Calenenſis in Campania Epiſcopus Concilio Romano anno 499. ſubſcripſiſſe conſpicitur. Itaque, ſi cui fortaſse nunc libeat *Valerii Epiſcopi* nomen, quod noſtro Marmori inſcriptum eſt, ad alterutrum ex *Valeriis* iſtis referre, epigraphem hanc ad illa tempora revocabit, quibus *acceptae poenitentiae*, *ſuſceptaeque religionis* ritum, ac memoriam in ſepulcralibus titulis exprimi conſueviſse ſuperiorum Marmorum teſtimoniis erudimur.

V.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

# SALVINO SALVINIO

## PATRICIO ET CANONICO FLORENTINO.

## EDVARDVS CORSINVS.

Fieri certe vix poterat, ut cum de Graecis quibuſdam Latiniſque Marmoribus illuſtrandis cogitarem, eaſque lucubrationes doctiſſimis Viris inſcriberem, qui me ſtudiaque haec mea benevolentia, & amore complecti, ſive ſuffragio praeſidioque ſuo iuvare conſueverant, tuum repente nomen, Salvine Clarissime ac Eruditissime, non occurreret. Alte nimirum animo inſederat, frequenter etiam oculis obverſabatur humanitas illa, qua de meis hiſce laboribus, qualeſcumque demum ii ſint, liberaliter adeo, atque honorifice ſentire; praeſertim vero hanc ipſam ſtudiorum meorum partem, quae in Graecis Marmoribus explicandis, variiſque Notarum generibus, quae iis inſcriptae fuerint, una recenſendis exponendiſque verſatur, eximia prorſus, atque pulcherrima Marmorum aliorum acceſſione locupletare, atque illuſtrare voluiſti. Cum enim a Clariſſimo humaniſſimoque Gorio noſtro accepiſſem inter innumeras immortalis Viri, doctrinaeque aeternum ſuſpiciendae Antonii Mariae Fratris tui Schedas Inſcriptionum quarumdam exempla deliteſcere, quas ille quadraginta fere ab hinc annis apud Sherardum ex Oriente reducem, Florentiaeque immorantem, inſpexerat, raptimque erudito genio ſuo indulgens, ex ipſo Sherardi apographo excerpſerat, Gorio ipſo duce, & ſequeſtre Te, Salvine, nuper adivi, ut theſaurum illum, quem Sherardus ſpoliis Orientis onuſtus ſecum attulerat, accuratius inſpicerem. Tu vero maxima, atque incredibili morum ſuavitate, qua merito commendaris, non modo Schedas ipſas mihi perhumaniter oſtendiſti; verum etiam illarum exſcribendarum copiam, quod vehementer optaveram, ultro feciſti: quod ipſarum quidem aliquas a Chishullo in *Antiquitatibus Aſiaticis* publici iampridem iuris factas, ceteras autem omnes adhuc ineditas eſſe cenſerem. Graviſſima quoque eruditiſſimi mihique amiciſſimi Gorii auctoritas impellebat, qui cum Aedes tuas quotidie iis temporibus, quibus Sherardus Florentiae ſubſtitit, Salvinii tui auditor adiret, Sherardum ipſum de Marmoribus iſtis, ceteriſque eruditae Antiquitatis cimeliis, quae in Oriente ſupererant, uberrime differentem audiverat, Fratremque tuum ex Sherardi Codice nobiliora quaeque decerpentem inſpexerat; adeoque plurima Antiquitati illuſtrandae in iis occurrere merito exiſtimabat. Itaque, ut memoris Tibi gratique animi monimentum aliquod exhiberem, ſimulque eximiam eruditiſſimi Fratris

tui diligentiam, acerrimam ingenii vim, ac felicitatem, qua nonnulla in Marmoribus ipſis alicubi ſupplendis corrigendiſque adnotaverat, meritis laudibus celebrarem; initio decreveram ex *Sherardianis* ipſis, ſive ſi libeat, *Salvinianis* Marmoribus aliquod ſeligere, quod brevibus quibuſdam adnotationibus illuſtratum Tibi inſcriberem; ratus nimirum id muneris eo Tibi gratius accidere profecto poſſe, quod optimi amantiſſimique Fratris tui nomen praefixum gereret, atque a Te pridem acceptum, Tibi quoque novo fortaſſe cultu exornatum merito redderetur. Satius tamen duxi LXX. Inſcriptiones illas una coniunctas, totidemque fere Inſcriptionibus aliis, quas ex Mediceo Codice, & Schedis aliis, atque ab amicis acceperam, adnexas in unum veluti corpus componere, eaſque brevi ſimul edere, quum ſupremam Operi *de Notis Graecorum* manum imponere licuiſſet. Interim vero, ne officio deeſſe, aut ſerius certe, vel remiſſius, quam par fuerat, voluntatem hanc erga Te meam teſtari viderer, eximium Marmor aliud elegi, quod in hac ipſa Diſſertatione illuſtratum auſpicio tuo, tuoque nomini inſcriptum prodiret: quum praeſertim maximo optimoque iure coniecerim illud etiam ob argumenti dignitatem Tibi facile probari laudarique poſſe. Quis enim ignoret inter egregia doctrinae, eruditionis, ac ingenii tui monimenta, quibus Etruſcam Linguam aureis elegantiſſimiſque carminibus, atque Orationibus exornaſti, & Academiam Florentinam editis *Conſularibus* eiuſdem *Faſtis* illuſtraſti, principem fere locum accuratiſſimis ſtudiis illis deberi, quibus Florentinae Eccleſiae Canonicorum ſeriem, nomina, aetatem, res ab iis praeclare geſtas a primis uſque temporibus in tanta rerum obſcuritate, opinionumque diſſidio, incredibili fere labore exploraſti, ut univerſam fere Eccleſiaſticam Patriae Hiſtoriam exponere, ſimulque complecti videaris? Itaque non iniucundum Tibi futurum, vel a ſtudiis hiſce tuis plurimum abhorrere putaverim, quidquid ego Cretenſi Marmori opportune illuſtrando de Cretenſibus Archiepiſcopis, de antiquis Eccleſiaſticorum ordinum gradibus, de ſacris etiam Eccleſiae ritibus, de Antiſtitum quorumdam aetate, de antiquiori vulgaris Aere memoria, quae in Marmoribus oſſervetur, diſſeruerim. Quod ſi cetera fortaſſe decora, vel argumenta deeſſent, ipſum certe *Montfauconii* nomen, ex quo Marmor iſtud explicandum acceperam, Tibi maxime iucundum erit: quum doctiſſimus ille Antiquitatis illuſtrator dum Florentiae degeret, Teque Fratremque tuum impenſe coluerit, eiuſque laudes, atque humanitatem in egregiis ſcriptis ſuis ſaepius celebraverit. Sed quid Montfauconium unum hic memorem? quum Salvinii nomen Eruditorum omnium linguis, una Gentium omnium voce mirifice commendetur: quippe quum Muſagetes ille non immenſa ſolum beataque omnigenae eruditionis copia excellere merito videretur; verum etiam ea comitate, animi candore, atque effuſa in omnes humanitate foret, ut augendis, ornandis, promovendiſque literarum ſtudiis natus Eruditis omnibus, qui ipſum adire, vel conſulere conſueverant, veluti praeſentiſſimum ſidus adeſſet; adeoque de illo merito uſurpari poſſit, quod de Atilio Calatino apud Ciceronem (1) : *Vno ore plurimae conſentiunt Gentes, primarium* ipſum *fuiſſe Virum*. Sed, ut ab optimi praeſtantiſſimique Viri laudibus, quas graviſſimo quoque iure Tibi communes eſſe intelligimus, quaſque ego plenius, ac opportunius ſum aliquando proſequuturus, iterum ad Te, Salvine Doctissime, revertar, oro obteſtorque Te, ut exiguum hoc obſequii mei ſpecimen perhumaniter excipias; & quidquid fortaſſe ſtudiis hiſce meis ornandis, corrigendiſque conferre poſſe putaveris, ea, qua ſoles, humanitate, atque amore largiri velis.

II. Clariſſimus Montfauconius in eximio praeſtantique Opere de *Palaeographia Graeca*, ut ſpecimen aliquod exhiberet Graecarum literarum, quae Iuſtiniani Caeſaris aetate adhibebantur, pag. 174. Epigraphem hanc, ſervata characterum forma, accuratiſſime exſcribit, quae *Gortinae in Creta eruta fuit*

*a D.*

(1) Fin. II. & de Senect. c. 17.

*a D. de Tournefort* ; ſimulque minutioribus, ac vulgatis characteribus expreſſam interpretatur:

ΥΕΠΙΘΕΟΔΩΡΟΥΤΟΥΑΓΙΩΑΡΧΙΕΠΙΣΚΚΑΠΙΛΙΟΥ

ΤΟΥΠΕΡΙΒΛΑΝΘΥΠΑΤΟΥΕΥΤΥΧΩΣΑΝΕΝΕΩΘΗ

ΚΟΥ...ΟΤΟΙΧΟΣΥΦΛΑΠΠΙΩΝΟΣΤΟΥΛΑΜΓΡΙΝΛΒ✝

Ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου, καὶ Α. Πιλιοῦ τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου εὐτυχῶς ἀνενεώθη κου . . . . ὁ τοῖχος ὑπατείας *vel* ὑπάτου Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου Ἰνλουστρίου Β. Id eſt: *Sub Theodoro ſanctiſſimo Archiepiſcopo, & A. Pilio conſpicuo Proconſule, feliciter reſtauratus eſt murus, Conſule Fl. Appione ſplendidiſſimo illuſtri* 2. *vel poſt Conſulatum eius anno* 2. Clariorem hanc plenioremque Montfauconii explicationem; hoc eſt Epigraphem, ut ab illo ſuppleta ſublatiſque Siglis aliquibus explanata fuerat, expreſſit, qui ipſius exemplum Cl. Muratorio ſuppeditavit: adeoque in ipſius Theſauro pag. 424. n. 7. ſic exarata conſpicitur

ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΤΑΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Κ ΑΠΙΛΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΕΡΙΒΛΕΠΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ

ΕΥΤΥΧΩΣ ΑΝΕΝΕΩΘΗ ΚΟΥ ////////

Ο ΤΟΙΚΟΣ ΥΠΑΤΕΙΑΣ ΦΛ.

ΑΠΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ

ΙΝΛΟΥΣΤΡΙΟΥ Β

Marmoris eiuſdem exemplum aliud, ſed mirifice depravatum, alteriuſque longe recentioris Marmoris apographo temere coniunctum, in Donii Schedis adhuc ineditis obſervavi: quod ea de cauſſa ſubieciſſe nunc iuverit, ut Montfauconii Marmor alicubi ſuppleatur; ac poſterior illa Donianae Inſcriptionis pars adhuc inedita illuſtretur. Itaque in Schedis illis pag. 56. ita legitur:

*Extra portam Gortynae inter veterum aedificiorum rudera*

ΕΤΕΙ ΘΥΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΝΙΚΛΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΕΡΒΑΣΣΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ . ΕΥΤΥΧΩΣ ΑΝΕΝΕΩΘΗ

ΟΥΤΟΣ Ο ΤΕΙΚΟΣ . ΥΠΟ ΦΛΑΠΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ

ΜΑΝΟΥ ΜΟΝΑΚΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΔΕΛΦΗΣ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑΦΥΓΗΣ

ΕΠΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ ΕΤΕΙ ϹΩΑ

ΕΝ ΔΕ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ ΣΑΡΚΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ ΤΟΥ ΚΥ ΗΜΩΝ ΙΥ ΧΥ

Α Ϲ Η Β

*Ex Cod. Gr. MS. Biblioth. Lollinianae, cuius initium eſt* Γρηγορίου.

Id unum ex barbaro plurimiſque vitiis reſperſo Inſcriptionis huius exemplo deduci poterit, quod eximium hoc Cretenſe Marmor longe ante Tournefortii Itinera *extra portam Gortynae* urbis, *inter veterum aedificiorum rudera* legentium oculis obverſabatur: praeclareque de literis Tournefortius, ac Montfauconius hac etiam in parte meriti ſunt, quod eximium hoc eruditae Antiquitatis monumentum accuratiſſime expreſſerint. Illud autem unum in Montfauconio corrigi, vel reprehendi poſſe putaverim, quod ille exſcriptoris, vel quadratarii errore deceptus, in poſtremo verſu legerit ΙΝΛ. Β. adeoque reddiderit Ἰνλουστρίου Β. cumque *Appionis* nomen anno Chr. 539. in Conſularibus Faſtis occurrat, ibi vel *ſecundum* Appionis Conſulatum, vel certe *ſecundum* poſt Appionem Conſulem annum indicari putaverit: perinde quaſi Appion ille anno Chr. 539. *ſecundo* Conſul proceſſerit, vel Marmor ad annum Chr. 541. referri

ri debeat; quemadmodum ſane Relandus pag. 716. Marmor ipſum ad annum 541. revocavit, poſtremaſque voces ita reddidit: *poſt Conſulatum Fl. Appionis Viri Clariſſimi anno II.* atque Lequienus etiam in *Oriente Chriſtiano* Tom. II. pag. 259. ubi Cretenſium Epiſcoporum ſeriem contexuit, epigraphem ex Tournefortio proferens latine reddidit: *A. Pilio* ( forte *Apilia*, vel *Capilio* ) *ſpectatiſſimo Proconſule, Fl. Appione clariſſimo, & illuſtriſſimo Conſule II.* Ego vero in Opere de *Notis Graecorum* pag. 32. ubi Cretenſe hoc Marmor expoſui, perſpicue certoque legendum eſſe conieci ΙΝΔ. Β. adeoque reddidi Ἰνδίκτου, vel Ἰνδικτιῶνος Β. *Indictione II.* Etenim anno 539. quo *Appion* Conſulum Faſtis inſcribitur, agebatur Indictio *ſecunda*; nihilque certe facilius, aut veriſimilius admitti poterit, quam Indictionis numerum, veluti perſpicuum temporis characterem, Conſulis nomini ſubiectum eſſe; quemadmodum prorſus in Marmoribus aliis factum conſpicitur. Sic in Muratorio pag. 424. n. 5. legitur:

DEP. D XV KA FEBRVAR PC BILISARI VI IND PRIMA

ubi Cl. Editor, optime feliciterque obſervavit reſcribendum eſſe BELISARII III; quod nimirum Indictio *prima* cum anno Chr. 538. concurrerit, atque annus ille poſt Beliſarii conſulatum, qui in annum Ch. 535. inciderat, non *ſextus*, ſed *tertius* eſſet. Ita prorſus in alio Marmore num. 6. quod eodem ipſo Appionis Conſulis anno, ſive Chr. 539. Ticini poſitum fuit, habetur.

D. XI. KAL. AVG. V. P. C PAVLINI IVN. V. C. IND II

quod ſcilicet in Occidente annus ille *quintus* a Paulini Conſulis anno diceretur: quemadmodum in Papyro, quam in *Hiſtoria Diplomatica* pag. 151. Cl. Maffeius edidit, annus ipſe 539. *quinquies poſt Conſulatum ſupraſcriptum*, Paulini ſcilicet, appellatur. Itaque, ſicut in Ticinenſi Marmore *Inditio II.* quae in annum Chr. 539. adeoque Appionis conſulatum inciderat, memoratur; ita quoque in Cretenſi Marmore poſt Appionis Orientalis Conſulis nomen haec ipſa *Indictio II.* certiſſime ſupponi debet; ipſumque Marmor non alteri, quam 539. Chriſti anno, adſcribi, cui Appionis conſulatum, ſimulque Indictionem II. illigatam eſſe iam vidimus.

III. Quod ſi Cretenſe Marmor ad annum Chr. 541. revocari, aut ex illo *ſecundus* poſt Appionem Conſulem annus exſculpi certe non poſſit, illud unum Conſularibus Faſtis accuratius illuſtrandis inquirere nunc iuverit, an Appion ille bis Conſul proceſſerit; adeoque *ſecundus* ille Appionis Conſulatus, quod Montfauconius, & Lequienus coniecerat, in Marmore deſignetur. At univerſa fere Conſulum ſeries iis temporibus perturbanda, Faſtorumque fides temere elevanda foret, ſi *ſecundus* ille Appionis Conſulatus admitteretur. Etenim in pluribus Iuſtiniani legibus, quae, ut ex appoſito *Indictionis* numero apparet, anno Chr. 539. editae ſunt, Apionis nomen ſubſcriptum conſpicitur; & quamvis alicubi *Arion*, alibi is *Appion* dicatur; nullibi tamen iterati Conſulatus nota reperitur. In Graeca Temporum Epitome, quam edidit Scaliger ad calcem Euſebiani Chronici, legitur pag. 301.

Ἰνδ. β̄. Ἀπίωνος υἱοῦ Στρατηγίου μόνου

*Ind. II. Apione filio Strategii ſolo*:

ubi fortaſſe *Strategii filius* hic dicitur, ut ab alio Appione diſtinguatur, qui in Novella LXXXII. Appionis noſtri Conſulis anno publicata *ſpectabilis* vocatur, ceteriſque Iudicibus a Iuſtiniano electis accenſetur. In Marcellini Chronico habetur:

*Indict. II. Apione V. C. ſolo Coſ.*

In Victoris Tunnenſis Chronico inter *Ioannis*, & *Iuſtini* Conſulis annum legitur:

*Apione V. C. Coſ.*

Itaque, cum in perſpicuis monimentis iſtis Appion ubique Conſul, ſed omiſſo Conſulatus numero memoretur; nihil eſt certe cur ille *ſecundo* Conſul dicatur,

Digitized by Google

tur, hoc eſt magiſtratus ille ſemel iterumque ab Appione ſuſceptus exiſtimetur. Ne quidquam tamen diſſimulem, quod Cl. Montfauconii conjecturae confirmandae conferre poſſe videatur, doctiſſimus Maffeius aſſerit in *Galliae Antiquit.* pag. 104. quod in regio Pariſienſi Codice, ubi poſt Hieronymi Chronicon *Conſules ordenari poſt Opus S. Hieronymi conſtituti* recenſentur, Appion ſemel iterumque Conſul inſcribitur. Ita nimirum Conſulum ſeries, ac Faſti ex Anonymi illius ſententia digeri, contexique debent:

| | | |
|---|---|---|
| *An. Chr.* | 537. | *Paulino III. & Biſilario III.* |
| | 538. | *Paulino IIII. & Ioanne* |
| | 539. | *Paulino V. & Ioanne II.* |
| | 540. | *Paulino VI. & Appione* |
| | 541. | *Paulino VII. & Appione II.* |

Ergo *ſecundus* etiam Conſulatus hic Appioni tributus conſpicitur; ut ille proinde in Cretenſi quoque Marmore *Conſul ſecundo* vocari potuiſſe videatur. Sed quis aperte non videat Conſulum ſedem, quae in hoc Laterculo ab imperito Scriptore conſtituitur, mirifice perturbatam, atque a ſincera conſtantique ſerie, quae in Scriptoribus aliis, atque Marmoribus exhibetur, diſſidentem eſſe, cum Appion ad annum Chr. 540. referatur, qui tamen ex monimentis aliis ſuperiori anno certiſſime adſcribi debet? Quod vero Appion ipſe anno 541. *ſecundo* Conſul dicatur, hoc eſt annus ille *Appione II.* deſignetur, barbarae inſuetaeque methodo adſcribi debet, qua Scriptor ille annos aliquos Conſulum praecedentium nominibus inſignivit: ut annus ille ex. gr. *Paulini quarto* Conſulis nomine ſignaretur, qui *quartus* poſt Paulini Conſulis annum habendus erat. Certe anno Chr. 538. *Flavius Ioannes* ſine Collega Conſularibus Faſtis, & eximio Donii Marmori inſcribitur; quemadmodum anno 534. *Fl. Theodorus Paulinus*, una cum Iuſtiniano Auguſto Conſul proceſſerat; ſed Anonymus ille annum 538. *Paulino IIII. & Ioanne*, veluti characteribus, inſignivit: ſequentique anno 539. *Paulino V. & Ioanne II.* adſcripſit; Appionem ex anno 539. in ſequentem temere tranſtulit; & annum 541. qui *Iuſtini* Conſulis nomine, vel certe methodo in ſuperioribus uſurpata, *Paulini VII. & Appionis III.* nomine ſignandus erat, *Paulini VII. & Appionis II.* nominibus inſignivit. Ergo, licet heic Conſulum ſeries accurata foret, hoc eſt ipſorum quilibet ad annum, quo vere faſces obtinuit, referretur; ex iterata tamen Conſulatus nota, quae Appioni appingitur, inferri certe non poſſet ipſum bis Conſulem exſtitiſſe: quemadmodum prorſus temere *ſeptimus* Paulino Conſulatus adſcriberetur. Iteratus ille Appionis Conſulatus longe veriſimilius ex Victoris Tununenſis Chronico deduci poſſe videretur, in quo ad annum Chr. 524. legitur: *Iuſtino Auguſto, & Apione Coſs.* iterumque occurrit: *Poſt Conſulatum II. Iuſtini, & Apionis*: ut proinde Apion ille iterum anno 539. *ſecundo* Conſul proceſſiſſe videatur. Sed ibi certiſſime Victoris textum corrigendum eſſe putaverim, ut *Apionis* loco, qui temere Victoris, vel librarii vitio irrepſit, *Opilio* reponatur, qui una cum *Fl. Anitio Iuſtino* anno 524. Conſularibus Faſtis inſcribitur. Ac certe quidem Victor ipſe annum 539. *Apione V. C. Coſ.* deſignavit; neque tamen geminata Conſulatus nota illum *ſecundo* Conſulem exſtitiſſe indicavit; quod ab ipſo tamen in Conſularibus aliis factum conſpicitur. Haec ipſa nominum ſimilitudo, quae Victori facile impoſuit, ut *Apionis* pro *Opilionis* nomen obtruderet, incertum adhuc obſcurumque reddidit cuinam Conſuli, & anno adſcribi debeat Lugdunenſe Marmor, quod Maffeius in *Galliae Antiquit.* pag. 101. atque ex illo Muratorius pag. 425. n. 2. exhibuit. Poſtremae Marmoris voces ita efferuntur:

VIXIT ANNIS XL OBIIT ς III K FEBR

PC... IONIS

Mu-

Muratorius ibi *poſt Conſulatum Appionis* legendum eſſe coniecit; adeoque Marmor ad annum Chr. 540. revocavit. Idipſum quoque Maffeius pag. 105. ſed haeſitanter, indicaverat; quippe qui pag. 101. ad ipſum Marmoris latus appinxerat: *f.* OPILIONIS. *an.* 541. perinde quaſi OPILIONIS Conſulatus in annum 540. incidiſſet. Sed typographi certe mendum irrepſit; cum *Opilionis* nomen anno 453. iterumque 524. in Faſtis occurrat, ut optime Maffeius ipſe pag. 98. ad aliud itidem Lugdunenſe Marmor adnotaverat, in quo legitur:

OBIIT IN PACE. PRID. KAL. SEPT. OPILIONE . . . . . .

Mihi vero *Opilionis* potius, quam *Appionis*, nomen in ſuperiori Marmore legendum eſſe videtur, quod iis nimirum temporibus Orientalium Conſulum ratio plerumque in Occidente vix haberi conſueverit; ut proinde annus Chr. 540. qui in Oriente *Iuſtini iunioris* nomine deſignabatur, in Occidente *Paulino VI.* diceretur, ut in Relando, & Pagio conſpicitur, atque in Papyro quoque apud Maffeium pag. 158. perſpicue legitur: *Sub die Nonarum Ianuariarum Indictione tertia ſexies p c Paulini iun. v c.* Itaque difficilius *Appionis* Orientalis nomen hic uſurpatum probabitur, quam *Opilionis*, qui in Lugdunenſi alio Marmore nominatur: cum praeſertim Aurelianenſis Synodus in Galliis ipſis anno 538. celebrata non *Ioannis* Orientalis, ſed *IV. P. C. Paulini iunioris* nomine decoretur. Sed ut a lubricis coniecturis iſtis abſtineam, cum Flavius Appion ſemel tantum Conſul proceſſerit; cum ipſius aetate Conſulum nominibus perſpicue quoque Indictionis numerus adiungi conſueverit; cum anno 539. quo is certiſſime Conſulum Faſtis inſcribitur, *II. Indictio* haberetur, in noſtro Marmore non *Conſulatu Fl. Appionis Clariſſimi Inluſtris II.* ſed: *Conſulatu Fl. Appionis Clariſſimi. Indictione II.* legi debet: cum praeſertim *Inluſtris* nomen vix, ac ne vix quidem poſt *Clariſſimi* vocem poni potuiſſe videatur; ac dignitates, ſeu gradus illi ita diſtincti forent, ut *Inluſtrium* ordo *Spectabilium* quidem ordine inferior; ſed *Clariſſimorum* tamen ordine, & gradu ſuperior eſſet. Itaque in Marmoribus frequenter quidem alteruter ex titulis illis occurrit; nullibi vero, quod noverim, uterque ſimul coniunctus conſpicitur: atque in ſola *Cornutiana Charta* anno Chr. 471. exarata *Theodovius* quidam *V. C. & Inluſtrius* vocatur. Ceterum, ne in re perſpectiſſima diutius immorer, atque ut omnia verbo complectar, Appionis conſulatus, ſimulque Marmor hoc noſtrum ad annum Chr. 539. certiſſime referri debet, quem, & Archiepiſcopi quoque Theodori, & A. Pilii Proconſulis nomine, inſignitum eſſe conſpicimus.

IV. Sed quis Theodorus ille, vel cuiuſnam Vrbis Epiſcopus exiſtimetur, qui in breviſsimo hoc Marmore *ſanctiſſimi* titulo, & *Archiepiſcopi* nomine decoratur? Certe, cum Marmor ipſum, aut titulus Gortynae in Creta poſitus, moenibuſque inſtauratis, veluti perſpicua temporis nota, inſcriptus fuerit, dubitari vix poterit quin Archiepiſcopus ille ad Cretam ipſam, veluti Provinciam ſibi ſubiectam, referri debeat. Quamvis enim ante V. Eccleſiae ſeculum nullus Cretae *Archiepiſcopus*, vel *Metropolita* nobis occurrat; Iconius tamen Epheſino, & Martyrius Chalcedonenſi Synodo, veluti Cretenſium Metropolitae, ſubſcripſerunt; quemadmodum prorſus in Concilio Conſtantinopolitano V. quod anno Chr. 553. celebratum fuit, Collatione II. Theodorus Cretenſium Metropolita ſubſcriptus conſpicitur, ut mox oſtendetur; atque Georgii Magni Epiſtola, quae anno Chr. 598. exarata fuit, *Ioanni Cretenſi*, aliiſque Metropolitis inſcribitur. Ergo Iuſtiniani Caeſaris aetate *Metropolitae* dignitas in Creta inſtituta iam fuerat; ut proinde anno 539. Theodorus, qui Metropolitae munere fungebatur, *Archiepiſcopus* appellari, eoque nomine Cretenſi Marmori inſcribi potuerit. Quod ſi deinde vel Civitas, vel Eccleſia inquiratur, cui *Archiepiſcopus* ille praefuerit, non alia veriſimilius occurret, quam Gortyna ipſa, cuius Epiſcopus Metropolitico iure univerſae Cretenſi Provinciae praeeſſet, atque *Archiepiſcopi* titulo donaretur.

Vt

Digitized by Google

Vt enim praeteream Marmor Gortynae poſitum fuiſſe, adeoque Theodorum, cuius nomen ipſi praefigitur, non alteri, quam Gortynae Vrbi concedendum videri, Eruditis omnibus eſt exploratum, Antiſtites illos iuxta Chalcedonenſis Concilii Canonem XII. & Antiocheni Canonem IX. Metropolitarum nomine, iure, atque honoribus frui conſueviſſe, qui Civitatibus Provinciarum Metropolibus praeerant. Itaque, cum ex Scriptoribus omnibus, atque ipſa quoque *Notitia Imperii*, quae Arcadio, & Honorio imperantibus conſcripta fuit, Gortyna Cretenſium Vrbium maxima, Provinciae princeps, caput, ac Metropolis haberetur, Cretenſis Archiepiſcopi, vel Metropolitae ſedes non alibi, quam Gortynae, conſtitui debet. Longe tamen illuſtrius haec Metropolitae dignitas Gortynenſi Epiſcopo conceſſa, ex Epheſino Concilio deduci poteſt, in quo Iconius Gortynae Epiſcopus inter Metropolitas ſubſcripſit; quemadmodum in Chalcedonenſi Martyrius dicitur Ε'πίσκοπος Γορτύνης τῆς Κρητῶν Μητροπόλεως. *Epiſcopus Gortynae Metropolis Cretenſium*; Theodorus in Conſtantinopolitano Concilio, quod in Anthimi cauſſa anno Chr. 536. habitum fuit, ſubſcribitur Ε'πίσκοπος Γορτύνης, ἡ μητρόπολίς ἐςι τῆς Κρητῶν Ε'παρχίας: *Epiſcopus Gortynae, quae Metropolis eſt Cretenſium Provinciae*; eodemque titulo in Conſtantinopolitana Synodo V. anno 553. Theodorus ille ſubſcriptus reperitur; ut optime proinde Lequienus ipſe putaverit unum eumdemque Theodorum eſſe, qui utrique Synodo velut *Epiſcopus Metropolis Gortynae* ſubſcripſit, in Cretenſi vero Marmore *Archiepiſcopi* titulo decoratur; quamvis ille in definienda Marmoris aetate, ſive Appionis Conſulatu aberraverit. Quod autem Theodorus ipſe in Conciliorum Actis *Epiſcopus*, in Marmore vero *Archiepiſcopus* etiam dicatur, id veteri conſtantique Eccleſiae ritui adſcribi debet, quo ipſi quoque Metropolitae in ſacris monimentis illis ſolo *Epiſcopi* nomine decorari conſueverant; licet in Eccleſiis, aut Provinciis, quibus praeerant, nobiliori quoque *Archiepiſcopi* titulo donarentur. Exinde vero, ut id obiter, opportuneque obſervetur, aut corrigi, aut explicari facile poterit Suiceri ſententia, qui de *Archiepiſcopi* titulo diſſerens, cum perſpicuis Veterum teſtimoniis oſtendiſſet *Archiepiſcopi* nomen ab Athanaſio omnium primo Alexandriae Patriarchae, tum in Epheſina Synodo Coeleſtino Romano Pontifici, ſimulque Cyrillo Alexandrino Patriarchae, denique in Chalcedonenſi Concilio Patriarchis omnibus tributum eſſe; ambigua, obſcuriorique phraſi concludit, variiſque Iuſtiniani Novellis oſtendit, *Archiepiſcopos fuiſſe Patriarchas*, quod *Archiepiſcopi vocantur Patriarchae*, & poſt Chalcedonenſe Concilium *omnes Orientis Patriarchae hunc ſemper* Archiepiſcopi *titulum uſurparunt, & appellationi Patriarchali praemiſerunt*: perinde quaſi Iuſtiniani Caeſaris aetate ſextoque Eccleſiae ſeculo *Archiepiſcopi* nomen iis ſolum concederetur, qui *Patriarchae* munere fungerentur; ſed, ut argumenta cetera omittam, nihilque de Novella CXXIII. diſſeram, in qua Iuſtinianus ipſe ita varios Antiſtitum gradus enumerat, ut c. 10. *Patriarchas*, *Archiepiſcopos*, *Metropolitas*, & *Epiſcopos* accurate recenſeat: quemadmodum Novella XI. quae Beliſario Conſule, hoc eſt anno Chr. 535. edita fuit, Iuſtinianus ipſe decrevit, ut Achridae, vel Iuſtinianae Primae Antiſtites *non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus eſſet*; ex hoc ipſo Cretenſi Marmore manifeſtiſſime inferri debet, quod *Archiepiſcopi* nomen Praeſulibus etiam aliis concedi conſueverat, qui Patriarchis inferiores, atque ab iis diſtincti forent. Etenim Theodorus ille, qui in noſtro Marmore *Archiepiſcopus* appellatur, nulli Patriarchicae ſedi adſcribi poteſt; quum anno 539. Conſtantinopoli *Menna*, *Zoilus* Alexandriae, Theopoli, vel Antiochiae *Euphraemius*, *Petrus* denique Hieroſolymis Patriarchae munere fungeretur; adeoque Theodorus ipſe *Archiepiſcopus* quidem; ſed non *Patriarcha* cenſeri, vocarique poſſet. Ita quoque, vel corrigi, vel mitius exponi debet Lequieni ſententia, qui Tomo II. pag. 6. cum oſtendiſſet, quod V. Eccleſiae ſeculo *potiorum Sedium Antiſtites maioris honoris gratia Archiepiſcopi perinde audierunt*, ac Alexandriae Patriarcha, *in quibus prae-*

*ſer-*

Digitized by Google

*ſertim Conſtantinopolitanus, moxque Hieroſolymitanus*, repente ſubdit: *Simili quoque modo poſteriori aevo mos apud Graecos invaluit, ut primarii Gentium quarundam Epiſcopi, qui Patriarchae nulli ſubeſſent, ſed* Αὐτοκέφαλοι Autocephali, *ſive ſui iuris forent*, Archiepiſcopi *appellarentur, ut Bulgariae Archiepiſcopus, Cypri Archiepiſcopus, Petzii Archiepiſcopus . . . quo etiam titulo Graeci ſequiori aevo ab Iconoclaſticis temporibus donare coeperunt complures Epiſcopos Metropolitanis inferiores, qui a Metropolitarum iuriſdictione immunes facti, Patriarchae proxime ſubiecti eſſent*. Itaque ex Lequieni verbis coniicire, vel ſuſpicari quis poſſet, quod VI. Eccleſiae Seculo, adeoque Iuſtiniani temporibus, ii ſolum *Archiepiſcopi* nomine vocarentur, qui nulli Patriarchae ſuberant, atque *Autocephali* forent; ſive viciſſim quilibet Autocephalus etiam Archiepiſcopus diceretur. Sed facile Lequienus ipſe obſervare etiam poterat, quod Theodorus Gortynae Epiſcopus, Cretaeque Metropolita in noſtro Marmore *Archiepiſcopus* appellatur; neque tamen *Autocephalus* eſſe ille poterat, quippe qui Patriarchae Conſtantinopolitano, vel ut alii exiſtimant, Romano, ſubiectus erat. Viciſſim vero Bulgariae, & Cypri Antiſtites *Autocephali* quidem erant, quum ille Iuſtiniani temporibus, hic Anaſtaſio imperante ſui iuris, atque a Patriarcha immunis eſſe coeperit; ſed neuter tamen a priſcis illis Scriptoribus *Archiepiſcopi* nomine decoratur. Ergo *Autocephali*, & *Archiepiſcopi* voces accuratiſſime diſtingui debent; ne ſcilicet Archiepiſcoporum quilibet Autocephalus etiam exiſtimetur; aut Autocephalis omnibus Archiepiſcopi nomen Iuſtiniani temporibus conceſſum putetur. Denique in explicando *Autocephali* nomine Meurſium ipſum, doctiſſimum alioquin virum, minus aliquando accurate loquutum conſpicio. Ille nimirum, cum in *Gloſſario Graecobarbaro* optime accurateque dixiſſet *Autocephali* nomine vocatos eſſe Antiſtites illos, qui nemini ſubiecti forent; ſubdit *quod ita dicebantur Archiepiſcopi Bulgariae, & Cypri, item alii nonnulli Metropolitani, quod Patriarcham Conſtantinopolitanum ſuperiorem non agnoſcerent*: perinde quaſi *Autocephalia* ex Conſtantinopolitani ſolum Patriarchae iuribus, ac poteſtate eximeret; atque ex eiuſmodi exemptione veluti fonte deduceretur. Sed Cypri Metropolita, ex Balſamone, & ex Epheſinae Synodi Decreto, quod Meurſius ipſe mox protulit, ideo *Autocephalus* appellatur, non quod a Conſtantinopolitano, ſed quod ab Antiocheno ceteriſque Patriarchis omnibus exemptus eſſet; quemadmodum prorſus Ravennas Archiepiſcopus in Occidente diu *Autocephalus* haberi voluit, non quod a Conſtantinopolitani Patriarchae iuribus exemptus eſſet; ſed quod Occidentali Patriarchae ſuo, Romano nimirum Pontifici, minime ſubiiceretur. Sed haec aliaque id genus plura, quae facile proferri poſſent, alterius certe loci, vel argumenti eſſe debent.

V. Proximum eſt, ut expoſita iam Provincia, atque Vrbe, cui Theodorus iſte Metropolitico iure, & *Archiepiſcopi* nomine praeſederit, Provinciam quoque, vel Vrbem inquiramus, in qua *Capilius*, ſive *Epilius*, ſive *Aulus Pilius* veluti *Proconſul* imperaverit. Atque, ut ab ipſo Proconſulis huius nomine exordiar, doctiſſimo Montfauconio facile aſſentior, qui non ΚΑΠΙΛΙΟΥ *Capilio*, quod Relando tamen, & Lequieno placuit; ſed Καὶ ΑΠΙΛΙΟΥ, *& A. Pilio* legendum eſſe putavit. Etenim character ille Κ pro Καὶ ſaepius in monimentis aliis occurrit, atque in hoc Marmore ſenſus perſpicuitas exigit, ut ope particulae ΚΑΙ *Proconſulis* nomen cum praecedenti *Archiepiſcopi* nomine coniungatur. Ita quoque non *Apilio*, non *Apilia*, non *Capilio*, ſed potius *Aulo Pilio* legendum hic eſſe putaverim, cum *Apilia* quidem, & *Capilia* gens nullibi in monumentis aliis occurrat; *Piliae* vero familiae nomen apud Gruterum, Reineſium ſaepius inveniatur: quamvis neceſſarium minime ſit eiuſmodi nomina, quae ſequioribus temporibus uſurpata fuerant, ad antiquiores Romanorum mores exigere. Sed haec leviora ſunt, quam ut ſubtilius inquirantur. Gravius id certe, veterique Imperii, ac Provinciarum formae illuſtrandae conducibilius haberi poterit, ſi nitide accurateque definiri

iam

iam poſſet cuinam Vrbi, ſive Provinciae A. Pilius iſte Proconſulis honore, ac nomine praeſederit. Si vetera Hiſtoriarum monumenta conſulantur, perſpicuum fiet, Cretam Inſulam, poſtquam a Metello Conſule anno V. C. 686. ſubacta fuit, in Romani Populi Provinciam redactam, atque ita cum Cyrenaica coniunctam fuiſſe, ut utraque Provincia unius *Proconſulis* imperio regeretur. Auguſti vero Caeſaris aetate, qua nova Romani Imperii, vel Provinciarum diviſio inſtituta fuit, Cretae Provincia non *Proconſularis*, ſed *Praetoria* eſſe coepit; quamvis a Seneca Rhetore, qui partim ſub Auguſto ipſo, partim ſub Tiberio floruit, *Opius Flama* quidam Cretae *Proconſul* memoretur. Tiberius autem Caeſar primo Imperii ſui anno, hoc eſt V. C. 768. ibi *Quaeſtorem* ſolum cum Adſeſſore praeeſſe voluit. *Proconſulem* iterum Creta ſub Hadriano accepit; unde in Inſcriptione apud Gruterum PROC. PROV. CRETAE & pag. 471. n. 6. PROCOS. SORTITVS. PROV. CRET. CYR. & p. 1091. n. 6. ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ . ΚΡΗΤΗΣ . ΚΑΙ . ΚΥΡΗΝΗΣ *Proconſulem Cretae, & Cyrenes*. Iterum Septimii Severi temporibus *Quaeſtori* reſtituta illa fuit; unde in veteri Lapide apud Gruterum pag. 407. n. 1. QVAESTOR PROV. CRET. CYR. & n. 2. Q. PROV. CROETAE. Arcadii aetate *Conſularem* habuit, atque in Illyrico cenſebatur. Etenim in *Notitia Imperii*, quae illo imperante edita fuit, *Conſulares per Illyricum tres* dicuntur, *Cretae, Macedoniae, Daciae Mediterraneae*; quamvis ex Rufo Feſto, qui Valentiniani, ac Valentis aetate floruit, inter ſeptemdecim Illyrici Provincias poſtremo loco cenſeretur; ultimoque etiam loco a Iornande memoretur, qui anno Chr. 552. Illyrici Provincias octodecim numeravit. Singula Veterum teſtimonia accuratiſſime collegit Meurſius Lib. III. *de Creta* c. 6. pag. 152. ut univerſam hanc magiſtratuum varietatem oſtenderet, qui variis ſubinde temporibus in Creta imperarunt; donec poſt annum 820. ab Agarenis occupata, mox Romanis, inde Genuenſibus, tum Venetis ſubiecta fuit. In hac ipſa tamen Magiſtratuum Cretenſium ſerie, quae partim ex Scriptoribus, partim ex Marmoribus contexta fuit, illud a Meurſio diſſimulatum, vel omiſſum eſſe conſpicio, quod Gordiani Caeſaris aetate, hoc eſt poſt annum Chr. 236. Creta Inſula etiam *Pro. Praetorem* habuit. Etenim apud Gruterum pag. 433. n. 1. C. Luxillius *Legatus Legionis X. Geminae Gordianae* fuiſſe etiam dicitur QVAEST PR. PR. PROV. CRETAE. CYR. quemadmodum in alio Marmore iiſdem, ut videtur, temporibus excitato apud Gruterum pag. 1099. n. 7. *Publium Septimium Getam* ΤΑΜΙΑΝ . ΚΑΙ . ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ . ΚΡΗΤΗΣ . ΚΑΙ . ΚΥΡΗΝΗΣ: *Quaeſtorem, & Pro-Praetorem Cretae, & Cyrenes* appellari conſpicimus. Ita propemodum *Proconſulis* dignitas Cretenſi Praeſidi non Hadriani ſolum, ſed etiam Traiani temporibus reſtituta fuerat. Etenim in eximio Marmore apud Muratorium pag. 317. n. 1. de C. Antio Aulo Iulio Quadrato, qui anno Chr. 105. *ſecundo* Conſul proceſſerat, dicitur ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΕΠΑΡΧΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΚΡΗΤΗΣ ΚΑΙ ΚΥΠΡΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΕΓΟΝ ΛΥΚΙΑΣ ΚΑΙ ΠΑΜΦΙΛΙΑΣ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΝΕΡΟΥΑΣ ΤΡΑΙΑΝΟΥ . . . ΕΠΑΡΧΙΑΣ ΣΥΡΙΑΣ: *Legatum Auguſti Provinciae Cappadociae. Proconſulem Cretae, & Cypri. Legatum Auguſti, & Praetorem Lyciae, & Pamphyliae. Legatum, & Pro-Praetorem Imperatoris Nervae Traiani . . . . Provinciae Syriae*. Perſpicue inde apparet non in Cypro ſolum, ſed etiam in Creta quoque *Proconſulem* iis temporibus ius dixiſſe, ſi Quadratus Cretae primum, mox Cypro praefuerit; aut Cyprum una cum Creta eidem Proconſuli paruiſſe, ſi ſemel tantum Proconſulis munere ille functus credatur. Denique *Conſularis* etiam Viri nomen, qui Praetorii Praefecto ſubiectus in univerſa Cretae Provincia imperaret, apud Gruterum pag. 1094. n. 4. invenio, ubi in Marmore Gortynae poſito legitur:

Τ. ΦΛ. ΥΠΑΤΙΟΝ. ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ. ΑΠΟ
ΥΠΑΡΧΩΝ. ΠΡΑΙΤΩΡΙΟΥ. ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΟΥ
ΚΟΙΝΟΥ. ΠΑCΗC. ΤΗC. ΕΠΑΡΧΙΑC
ΟΙΧΟΥΜΕΝΙΟC. ΔΟCΙΘΕΟC. ΑC
ΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟC. Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟC
ΥΠΑΤΙΚΟC. ΤΗC. ΚΡΗΤΩΝ. ΕΠΑΡ
ΧΙΑC. ΑΝΕCΤΗCΕΝ

*Titum Flavium Hypatium Clariſſimum Ex-Praefectum Praetorio, decreto Communis totius Provinciae Oecumenius Doſitheus Aſclepiodotus Clariſſimus Conſularis Cretenſium Provinciae erexit*. Ceterum ex monimentis omnibus a Meurſio laudatis, illud unum inferri facile poterit, quod Iuſtiniani Caeſaris aetate Creta inter Illyrici Orientalis Provincias cenſebatur; adeoque in illa *Praefectus Praetorio* imperabat, qui Theſſalonicae ius dicere, vel reſidere conſueverat, ſicuti in Notitia Imperii legitur: *Sub diſpoſitione Virorum Illuſtrium Praefectorum Praetorio per Illyricum Dioeceſes infraſcriptae, Macedonia, Dacia*; ibique Creta ceteris Macedoniae Provinciis accenſetur. Itaque qui fieri potuiſſe putabimus, ut A. Pilius ille in Gortynenſi Marmore memoratus, *Proconſul* vocetur, ſi neque *Creta*, neque Macedonia, neque Illyricum ipſum ulli *Proconſuli* ſubiiciebatur, & Appionis Conſulis anno, ut ex plurimis Novellis apparet, Iohannes Exconſul *Orientis Praetoriis Praefectus* erat? Num Vicarius ille, qui Cretae praeerat, hoc etiam nomine a Cretenſibus honorabatur? Num *Conſulares*, qui Cretam, Macedoniam, Daciam regebant, ut ſupra iam vidimus, *Proconſules* aliquando ſunt appellati? Num Iuſtiniani Caeſaris aetate Cretae Provincia ab Illyrico ſeiuncta, atque alteri Provinciae attributa fuit, quae Cappadociae inſtar tunc a *Proconſule* regeretur? Num denique priſtinus honor, ac dignitas Cretenſi Provinciae reſtituta fuit, ut *Proconſularis* eſſet, iterumque Quaeſtoris, aut Praetoris loco *Proconſulem* obtineret? Certe Iuſtinianus ipſe novam alicubi Provinciarum diviſionem, novamque in illis imperii formam inſtituit. Sic, ut exemplis aliis abſtineam, Novella XLI. & L. ſcribens Βόνῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ Κοιαίςορι *Bono glorioſiſſimo Quaeſtori*, ipſi *Quaeſtoris* nomine Provinciam regendam committit, quae *Cariam*, *Cyprum*, *Myſiam*, *Scythiam*, *Cycladas* omnes, earumque principem *Rhodum* complecteretur. Hinc Iulianus Anteceſſor de Iuſtiniano ipſo, & Quaeſtoribus, ac Praefectis Inſularum ab eo inſtitutis Novella XXXVIII. diſſerens, ait: *Subiecit autem ei & quinque Provincias; id eſt, Scythiam, & Moeſiam, & Cariam, & omnes Cycladas inſulas, & Cyprum totam*: quo quidem loco obſervaſſe iuverit temporum, ac Magiſtratuum ſeriem, qui in Cypro imperarunt minus accurate, & diſtincte a Meurſio expoſitam, ſive contextam fuiſſe. Ille nimirum cum Lib. II. *de Cypro* c. 19. dixiſſet ſubacta a Romanis Cypro anno V. C. 696. Catonem veluti *Quaeſtorium cum iure praetorio, adiecto etiam Quaeſtore* illam adminiſtraſſe, ſuperiora Iuliani verba repente ſubiicit; tres deinde Gruteri Lapides indicat, in quibus habetur Q. PROVINC. CYPRI; addit ibi *Praetorem* Antonii, & Cleopatrae temporibus exſtitiſſe, Caium Sextilium Rufum Ciceronis amicum in illa omnium primum *Quaeſtorem* veniſſe; Cyprum Auguſti, & Tiberii temporibus *Proconſuli* paruiſſe; denique *Praetorem* ab Antiochiae Duce eligi conſueviſſe, qui Provinciam illam adminiſtraret. Sed Iuliani verba non ad antiqua illa Catonis, & Ciceronis tempora, ſed ad Iuſtiniani ſolum aetatem, referri debent; uterque Lapis ex Grutero pag. 412. num. 2. & pag. 467. n. 5. laudatus (niſi fortaſſe duo Marmoris eiuſdem exempla fuerint) ad Hadriani tempora revocandus eſt; cum utrobique L. Flavius Septimius Aper *Sodalis Hadrianalis Q. Provinc. Cypri* dicatur: ut proinde *Proconſulis* dignitas, quae non Tiberii ſolum, ſed Claudii quoque, ac Veſpaſiani aetate, apud Cyprios floruit, ut ex ipſorum Nummis

Digitized by Google

mis apud Vaillantium apparet; & quam extremis etiam Traiani temporibus viguiſſe diximus, in *Quaeſtoriam* ſub Hadriano mutata videatur; cumque Conſtantini M. aetate, conſtitutis ab illo quatuor *Praetorio Praefectis*, ipſorum primo Cyprus tributa foret; iterum Iuſtiniani imperio *Quaeſtorem* acceperit. Quemadmodum ergo Cypri, aliarumque Provinciarum forma a Iuſtiniano innovata fuit, ſuſpicari facile poſſumus in Creta quoque varietatem illam invectam fuiſſe, ut non *Praefecto*, non *Vicario*, non *Conſulari*, ſed *Proconſuli* ſubiecta foret; adeoque A. Pilius, qui anno 539. Cretenſi Provinciae praeerat, *Proconſul* in noſtro Marmore vocaretur.

VI. Atque iſta quidem de *Conſulis*, *Archiepiſcopi*, & *Proconſulis* dignitate, tribus nimirum Magiſtratibus illis, qui in eximio hoc Lapide memorantur. Quod enim ad ipſius ſenſum attinet, perſpicue apparet titulum, & epigraphem hanc in Aedificii parte collocatam fuiſſe, quod anno 539. inſtauratum, vel renovatum fuerat; cumque in titulo ipſo, & principe quidem loco, *Archiepiſcopi* nomen occurrat, Aedificium illud non profanum, ſed ſacrum potius, fuiſſe ego dixerim; quamvis Marmor ipſum *extra Gortinae portam* inter rudera repertum fuerit. Hiatus autem ille, ſive lacuna, quae Tournefortii temporibus in Marmore reperiebatur, ex facili coniectura, ſenſus perſpicuitate, & Donii Schedis ita ſuppleri debet, ut ΚΟΤΤΟΣ legatur. Quamvis enim in Schedis illis character Κ omittatur; nullus tamen hic dubito quin optime, accurateque a Tournefortio expreſſus fuerit. Ille vero non aliud, opinor, hic ut in primo etiam verſu, ſignificat, quam ΚΑΙ: ut nempe exprimatur ceteris Aedificii partibus antea reſtitutis *hunc etiam murum*, cui titulus, aut Marmor apponebatur, inſtauratum fuiſſe. Itaque haec una utilitas, aut fructus ex Donii Schedis, ſeu Vaticani Codicis apographo, deduci poterit, quod ipſius praeſidio locus ille reſtitui, ſuppleríque commode videatur. Ceterum exemplum illud confuſum adeo, mutilum, ac depravatum conſpicitur, ut nihil inde ſani exſculpi poſsit. Id vero gravius vixque credendum, quod barbarus ille, qui Marmor, aut Gortinae, aut Romae exſcripſit, antiquo titulo titulum alium longe recentiorem ſubiecerit: perinde quaſi uterque uno eodemque tempore ſit exaratus. Optime quidem novi, & exemplis etiam plurimis oſtendi poſſe conſpicio, quod in uno eodemque Marmore variae inſcriptiones, variis ſubinde temporibus incisae fuerint; ut facile proinde ſuſpicari quis poſsit in inferiori Cretenſi huius Marmoris parte, quae vacua ſupererat, poſteriorem hanc epigraphem exaratam fuiſſe. Verum, cum Tournefortius poſteriorem hanc prorſus omiſerit, veriſimilius id aſſeri ſupponique debet, quod nulla prorſus inſcriptio praeter titulum ab illo expreſſum extitit; niſi fortaſſe quis dixerit inferiorem Marmoris partem, cui poſterior Inſcriptio inerat, Tournefortii temporibus excidiſſe. At fieri etiam potuit, ut quemadmodum in Coemeteriis plurima Ethnicorum Marmora profanis titulis ornata reperiuntur, in quorum averſa parte Chriſtianorum tituli deinde inſcripti fuerunt; ita quoque, cum in antica Marmoris noſtri parte ſuperior Inſcriptio anno 539. inſculpta fuiſſet, mox lapis ipſe poſt ſeptingentos annos ſua e ſede ſubmotus ab aliis arreptus fuerit, ut in poſtica ipſius facie ſepulcralis *Manii Monachi*, eiuſque ſororis *Cataphyges* titulus inſcriberetur; adeoque vetus quidem lapidis exſcriptor utrumque, Tournefortius vero eum ſolum, qui oculis obverſabatur, titulum excerpſerit. Sed nihil eſt certe cur in re ſubobſcura, atque etiam leviſsima diutius immorer. Aliqua potius de Marmoris huius aetate ſubieciſſe nunc iuverit, ut exinde Monimentis aliis rite explicandis, corrigendiſque praeſidium aliquod oriatur. Itaque Marmor illud, ubicumque demum poſitum ſit, quamvis in illo character unus, aut numeralis annorum nota vitiata ſit, ad exeuntem fere annum Chr. 1292. certiſſime referri debet. Etenim Graecorum annus 6801. qui in illo nitide accurateque expreſſus conſpicitur, a Kalendis Septembribus incoepit anno Chr. 1292. Andronicus autem II. Palaeologus cognomento *Senior* Graecorum anno 6791.

 hoc

Digitized by Google

hoc eſt exeunte anno Ch. 1282. imperium ſuſceperat, ut ex Graegora Lib. V. c. 7. aliiſque Scriptoribus erudimur; atque anno demum 6840. ſive Chr. 1333. Februario menſe e vivis exceſſit, ut Gregoras Lib. IX. c. 1. & Cantacuzenus Lib. II. c. 28. teſtantur. Itaque in Characteribus, quibus Chriſti annus exprimitur, nota Η certiſſime corrigi, refingique debet; quod nimirum in Marmore nota, ſive character ϟ exprimendo *nonagenario* numero exaratus eſſet, ipſumque imperitus exſcriptor in Η converterit. Illud autem hic obiter obſervari merito poterit, quod unus idemque character C, qui interdum *ſex* ſignificat, in Graecis ipſis Marmoribus aliquando *ducenta*, aliquando vero *ſex millia* deſignat; quamvis *ſex millibus* exprimendis character etiam alius ϛ adhiberi conſueverit, qui plerumque tamen *ſex* ſolum ſignificat; ut in exemplis illis apparet, quae ſuis in locis expoſui, ubi de *Graecorum Notis* ageretur.

VII. Neque ambiguis ſolum, variiſque Notis unus idemque numerus in Graecis Marmoribus deſignatur; verum etiam idem ille *ſex millium* numerus, ſive ſi libeat, character ϛ, inconditis aliquando noviſque formis aliis exprimitur: ut maxima proinde perplexitas in exſculpendis annorum numeris ſit futura, niſi characterum illorum vis, ac poteſtas explorata, nitideque conſtituta iam fuerit? Sic, ut exemplis id oſtendatur, apud Sponium Itin. pag. 101. in fine Marmoris, quod *Baſilii*, & *Conſtantini* temporibus poſitum fuit, habetur ΕΝ ΕΤΕ Κ Φ Κ Α. Characteres illos veluti inexplicabiles in Gallica Marmoris interpretatione Sponius omiſit; at Montfauconius in *Palaeographia* pag. 147. optime feliciterque obſervavit ibi legendum eſſe ϛ Φ Κ Α, ut annus Mundi 6521. ſive Chr. 1013. exprimatur; quo certe *Baſilius II.* eiuſque frater *Conſtantinus VIII.* imperabant. In alio Marmore, quod *Manuele* Comneni, ac Irenes filio imperante, excitatum fuit, legitur ΗΝ ΕΤΕΙ ΦΧΟΒΜΒ; idque veluti obſcurum, & inextricabile Sponius inexplicatum reliquit; Montfauconius tamen ita legendum ϛΧΟΒ ΙΝ ΙΒ putavit, adeoque reddidit *anno 6672. Indictione XII.* quod nimirum anno Mundi 6672. ſive Chr. 1164. Indictio XII. ac viceſimus Manuelis imperii annus ageretur. Sed clarioribus exemplis iſtis obſcurius aliud ex Arundelliano Marmore addidiſſe nunc iuverit, ut Marmor ipſum mirifice implexum, & obſcurum, ſi fieri id quidem poterit, illuſtretur, atque commodus exinde ſenſus hactenus incognitus exſculpatur. Seldenus inter Arundelliana Marmora pag. 56. hanc etiam Inſcriptionem exhibet, *cuius* inquit, *elementa perperam connexa, inverſa, ſcandentia, mutila nimiam pariunt obſcuritatem. Quatenus tamen per typos licuit, diſtincta repraeſentamus, unde de ſenſu bariolari difficile non eſt:*

✠ ΕΙΤΙϹΘЄΑΗϹΗΗΠϹΡΑΘΗΔȣΝΑΙΤΗΙΜΟΝΗΝΤΑΥΤΑΤΝΥΓΘΚȣΜ . . ΤΚΥΜ

ЄΤΟΧΙΑΥΤΗЄΙϹΜΕΤΟΧΙΟΝϹ⅂ωΜΟΝΗΜЄΓΑΛΗΜΙΚΡΑΗЄΙΤϛΥϹΥΗΣΓΗΟΙΗ

ΔЄξΟϒΟΙΤȣΤΟЄΧЄΤωȣυϛΤΑϹωρ . . ΤωΝΑΤ . . ✠ΗΘЄΟΘΟΡΠΡωΝΚΑΙΕΜȣΤȣΑΜΑ

ΡΤωΛȣΙωȣΜΟΝΑΧȣ:ωϹΑΥΤϛΚΑΤΠΓΘΚΟΝΑΝΤΔΙΚΟΝЄΝΗΜΕΡΑΚΡΙϹЄωϹ ✠

✠ ΜΗΝΙΙ . . . . . . ωV . . Η ι Є Τ ȣ Ϲ χ ω Λ Γ ✠

*Senſus, puto, eſt*

✠ *Si quis ergo Monaſterium ſanctiſſimae Dei Genitricis beneficus extiterit, eum Monaſterii, ſpiritualium ſcilicet eiuſdem bonorum participem illa faciat. Qui damnum intulerit, ſortiatur is tum ſanctorum patrum, tum mei peccatoris Iohannis Monachi imprecationes; ut nempe, & ipſe ſanctiſſimam Dei Genitricem adverſariam habeat in die Iudicii* ✠.

✠ *Menſe I . . . . . o, . . die . . . . anno (ni fallor) VIMDCCCCXXXIII.* ✠

Quod ad priores Marmoris voces, primamque periodum attinet, quamvis in illa nitide diſerteque verba quaedam appareant, perſpicuus tamen, integerque ſenſus exſculpi non poteſt; idque unum, Seldeno ipſo duce, conſtitui poterit

Digitized by Google

erit quod in primi verſus fine ΠΓ. ΘΚυ Παναγίας Θεοτόκυ Sanctiſſimae Deiparae nomen reperitur. Itaque ubi depravate nunc legitur: ΤΗΙ ΜΟΝΗΝ ΤΑΥΤΑΤΝΤΓ ΘΚ υ legendum coniecerim ΤΗΙ ΜΟΝΗΙ ΤΑΥΤΗ Της ΠΑΝΑΓ; ut ſenſus ſit: *Si quis voluerit, vel .... dare Monaſterio huic ſanctiſſimae Deiparae*, participem eum faciet Monaſterium ipſum, ſive in participationem admittit .... Quid vero ſit Μόνη μεγάλη μίκρα felicioribus aliis divinandum, vel explicandum relinquo. Poſteriorem vero Marmoris partem ita refingi, ſuppleri, exponi, latineque reddi poſſe putaverim:

Η ЄΙ Τις ΤιτοC ΤΕΡΗCΟΙ ΗΔ' ЄξΟΔΟΙ ΤυΤΟ ΕΧΕΤΟ αυτος ΤΑC αρας ΤΩΝ ΑΓιων ΤΙΗ ЄΕΟΘεν ΟΡισαντων ΠΑΤρΩΝ ΚΑΙ ΕΜυ Τυ ΑΜΑΡΤΩΛυ ΙΩαννυ ΜΟΝΑΧυ. ΩCΑΥΤως ΚΑΙ Παναγιαν ΘεοτοΚον ΑΝΤΙΔΙΚΟΝ ΕΝ ΗΜΕΡΑ ΚΡΙCЄΩC +

\+ ΜΗΝΙ Ιυνιω Ινδικτυ Η. ΕΤυC ϚΩΛΓ ‡

*Vel ſi quis* Monaſterium *defraudaverit, ſive expenderit*, alienaverit *aliquid, habeat ille imprecationes ſanctorum CCCXVIII. divinitus definientium Patrum, & mei peccatoris Ioannis Monachi, itidemque etiam ſanctiſſimam Deiparam adverſariam in die Iudicii. Menſe Iunio*, vel *Iulio, Indictione VIII. Anno* 6833. Vox ὑποςερήσοι neque ſenſui, neque ſuperſtitibus, vitiatis tamen, literarum ductibus repugnat; vixque, ut opinor, vocem aliam inveneris, quae utriſque magis conveniat. De alterius vocis ἐξοδοῖ ſenſu, & concinnitate dubitari vix poterit. Vocem Α'ρὰς, & Πατρῶν Seldenus ipſe iam viderat; ſed longe maxima difficultas in extricandis iis, quae inter illas reperiuntur, ΤΩΝΑΓ.. ΙΗ-ΘΕΟΘΟΡ; ideoque ipſarum ſingulas, veluti deſperatas, praeteriit. Mihi vero, ubi *Patrum*, ſimulque dirarum, aut *imprecationum* nomen in Oxonienſi hoc Marmore conſpexi, in mentem repente veni alterius Marmoris, in quo diras, & imprecationes eadem propemodum formula conceptas eſſe iam videram; nec inanis, ut opinor, ſpes affulſit fore ut haec mutila, & obſcura verba, Marmoris alterius praeſidio, & exemplo, commode intelligi, exponique poſſent. Eiuſmodi Marmor iuxta exemplar ipſum ſubiicere hic libuit, quod in autographis Donii Schedis pag. 11. obſervavi.

*In pavimento Templi S. Agathae ſupra Suburram.*

HIC REQVIESCIT . IN PACE DOMNA BONO
SA Q VIX ANN XXXXXX ET DOMNO MENNA
QVIXITANNOS ................. EABEATANAT
EMAAIVDASIQVISALTERVM OMINE SV P/T
ME POSVERIT ANATHEMA ABEAS DATRI
CENTI DECEMETOCTO PATRIARCHE
QVI CHANONES ESPOSVERVN ET DA SCA XPI
QVATVOREVANGELIA.

Quis hic aperte non videat *anathema*, diras, & imprecationes illas hic exprimi, quae a CCCXVIII. *Patribus* Epiſcopis, velut barbare hic appellantur, *Patriarchis* in Nicaena Synodo contra Arium, ſacrarumque legum contemptores conceptae fuerant; nitideque de *Patribus* illis hic aſſeri, quod *Canones expoſuere*. Ita propemodum in Ariminenſi Marmore apud Muratorium pag. 1955. n. 1. legitur: Q. H. TVM. VIOL. HABEAT ANATHEMA . AD CCCXVIII. PAT. P. VERB. DN. SERGI V EPC: quod optime Cl. Editor explicavit: *Qui hunc tumulum violaverit, habeat anathema a CCCXVIII. Patribus* (ſcilicet Nicaenis) *verba* (ſive potius *per verbum*) *Domni Sergii Epiſcopi*. Quid ergo prohibet quin hac ipſa gravi, atque ſaepiſſime a Catholicis uſur-

Digitized by Google

uſurpata formula in Oxonienſi etiam Marmore *CCCXVIII. Patrum imprecationes* exprimantur; adeoque lacuna ita ſuppleatur, ut unica ſolum litera T ceteris praefixa integer TIH *tercentorum decem & octo* Patrum numerus habeatur? Quemadmodum vero Patres illi in Romano Lapide *Canones expoſuiſſe* dicuntur, quid ni facillime in Oxonienſi θεόθεν ὁρίσαντες *divinitus definientes* appellari potuerint? Certe Epiſcoporum quilibet, ita Conciliis ſubſcribere conſueverat, ut nomini ſuo repente ſubiiceret ὁρίσας ὑπέγραψα *definiens ſubſcripſi*. Celebre eſt etiam Canones, atque Decreta, quae a CCCXVIII. Nicaenis Patribus edita ſunt, ita diſtingui conſueviſſe, ut alia quidam ὅροι *definitiones*, alia διατυπώσεις *informationes* vocarentur, ut fere Gelaſius Cyzicenus exponit in Actis huius Concilii Part. II. pag. 199. Denique, ne teſtimoniis, & argumentis aliis hic immorer, haec ipſa vox ὅρυ in Nicaenae Synodi decretis occurrit; ut cum Canone XIX. dicitur Ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι ἀυτὲς *definitum eſt ipſos* Paulianiſtas *rebaptizari*. Itaque nihil, opinor, facilius ac veriſimilius etiam hic concipi, vel admitti poterit, quam Graecum Scriptorem, eumque Monachum, ſacris nimirum & Eccleſiaſticis verborum formulis eruditum, in concipiendis eiuſmodi imprecationibus ſolemnem hunc ritum uſurpaſſe, adeoque CCCXVIII. Nicenos Patres divinitus definientes appellaſſe. Si cui tamen felicior ſenſus alius & explicandi ratio affulſerit, libentiſſime amplectar. In poſtremo autem verſu ubi Seldenus legerat ωC ΑΤΤωC adeoque reddidit, *ut nempe & ipſe* legendum potius exiſtimo, ωCΑΤΤωC *ſicuti*, *ſimiliter*, *itidem*; ut ſenſus nimirum concinnior ſit, atque clarius haec verba cum ſuperioribus coniungantur. Denique menſis nomen, ut ex interiectis ſpatiis, extremiſque literis apparet, vel *Iunius*, vel *Iulius* eſſe debet, niſi quis *Ianuarium*, potius exiſtimet. Characteres autem V.. H vel menſis *diem*, vel *Indictionem* ſignificant, quae anno Mundi 6833. ſive Chr. 1325. agebatur. Indictionis vero potius, quam diei notam hic exaratam putaverim; non modo quod anno Chr. 1325. Indictio H, ideſt VIII. vere ageretur; verum etiam quod inter characteres aut notas alias, quibus Indictionis nomen a Graecis exprimitur, haec etiam V apud Montfauconium, & Placentinum occurrat, quae proxime ad characterem V a Seldano uſurpatum accedit. Quod enim ad numerales anni notas attinet, prior illa ꓘ *ſex mille* ſignificat; ſive quod in notam ϛ refingi illa debeat; ſive potius quod haec etiam nota ꓘ ſequioribus temporibus loco ipſius ϛ, ſive ϛ invecta fuerit: quemadmodum character ipſe, ſed rite poſitus, K in Sponii Marmore *ſex mille* ſignificat.

VIII. Ceterum, licet character ille K, vel ꓘ. pro ϛ adhiberi aliquando potuerit, adeoque novum veluti valorem acceperit; perſpicuum eſt tamen quod notarum Graecarum valor Scriptorum ac Marmorum praeſidio opportune iam alibi conſtitutus, conſtans, atque invariabilis haberi; eademque prorſus ipſarum vis ac poteſtas intelligi ſupponique debet, ubi ludicra quadam methodo latinis etiam characteribus admixtae in latinis Marmoribus obſervantur. Illuſtre confuſionis, vel unionis huius exemplum, quod ipſius aetate unicum ferebatur, exhibuit Baronius ad annum Chr. 770. in Ioannis Nepeſini Praeſulis Epitaphio: quod ea de cauſſa libentius hic proferam, ut ex ineditis Donii Schedis, in quibus Epitaphium ipſum pag. 32. ſed ex MSS. *Bibliothecae Vaticanae Codice* excerptum inveni, alicubi ſuppleatur, emendetur, ac illuſtretur; praeſertim vero poſtremae notae a Baronio, & Vghello diſſimulatae explicentur. Itaque citato loco Baronius aſſerit quod *Romae in Eccleſia Monaſterii Sanctae Sabae adhuc extat Inſcriptio his verſibus, atque notis Marmori inciſa*.

Hoc humana [1] iacent Ioannis membra ſepulchro.
Qui Nepe fuerat Praeſul in urbe quidem.
Ne Nepa ſaeva ſibi noceat, ſuccurre, Redemptor;
Et quae contraxit crimina [2] . . . . . . . .

Nem-

1 Donius legit *humata*, & certe melius; ſed mox depravate legit: *Quod Nepe fecerat*. 2 Hic Donius habet: EP.. E PIVS. Itaque ſuppleverim *terge pius*.

Digitized by Google

Nempe [1] loco ſancto voluit ſepelirier iſto ; [2]
Quo per hos Sanctos inveniat requiem.
Extenſum per [3] Θ. P. Q. E. Δ. connexa
Chriſti annum monſtrant, quo [4] tranſit iſta Sacerdos
Obiit in pace II. KL. NOV
E Ψ O I [5]

*Si colligantur*, inquit Baronius, *numeri quinque harum litterarum, partim Latinarum, partim Graecarum, ſunt anni 770. ut videatur Epitaphium Ioannis illius Epiſcopi Nepeſini, qui Pauli Papae Conſtituto ſubſcripſiſſe legitur anno 761. genus numeri haud ab omnibus uſu receptum, diſſuetudine iam abolitum: quod ad alia noſcenda, ſi quando acciderit, his ſignata Notis vetera monumenta, hic deſcribendum putavimus.*
Tum verſus, & Laterculum ſubiicit, quem breviori, clariorique methodo expreſſum hic profero.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 500 | 300 | 100 | 500 | 250 | 40 | 400 | 200 |
| A | B | C | D | E | F | G | H |
| 100 | 150 | 50 | 1000 | 900 | 11 | 7 | 500 |
| I | K | L | M | N | O | P | Q |
| 80 | 7 | 160 | 5 | 10 | 159 | 2000 | |
| R | S | T | V | X | Y | Z | |

Itaque, ut optime, accurateque Baronius obſervavit, ex Notis ipſis

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 9 | 7 | 500 | 250 | 4 |
| Θ | P | Q | E | Δ |

numerus aut annus conficitur 770. quo *undecimo Kalendas Novembres* Epiſcopus ille interiit: ut mirari proinde quis poſſit, cur Vghellius in *Epiſcopis Nepeſinis* laudato Baronii loco, legerit O. P. Q. E. A. Ioannem obiiſſe dixerit 12. *Kal. Septembris*: poſtremaſque Marmoris notas ita expreſſerit E. M. O. L. Eiuſmodi vero Notae, quas ideo Baronius ipſe, ut opinor, inexplicatas reliquit, quod in ipſarum prima vocem integram deliteſcere non obſervaſſet, ita certiſſime reddi debent: E″τϛ ſive E″τει Ψ O I. *Anno* 771. Etenim 22. Octobris die, qua apud Romanos adhuc annus 770. agebatur, apud Graecos, qui S. Sabae Monaſterium incolebant, annus 771. a Septembribus Kalendis inchoatus numerari iam coeperat; ideoque Monachus ille, qui Latinae Inſcriptioni numerales Graecorum notas ſubiecit, annumque permixtis antea Latinorum, Graecorumque notis expreſſum, ſolis deinde Graecorum characteribus indicare voluit, anni principium ac numerum non Latino, ſed Graeco potius more deduxit; quamvis in ceteris Monumentis omnibus, etiam in Latio exaratis, annorum numerum Graeci non a Chriſto nato, ſed ab Orbe condito, ratione ſuperius expoſita, ducere, vel deſignare conſueverint. Superiori exemplo exemplum aliud, aut antiquius etiam monimentum accedat, quod in Marmoribus hactenus editis mihi obſervaſſe contigit. Muratorius pag. 1933. n. hoc Marmor Romae poſitum exhibet:

ROMVLESIA . MATER FECIT FILIO SVO
DVLCI EVNV IN PACE INNOCENTE (*ſic*)
(*ſic*) DEPOSSIONE VIII. H KAL AVG
(*ſic*) DΓIFΘ

Quod ad Marmoris vel Epitaphii ſenſum attinet, perſpicue apparet hunc titulum a Romuleſia matre filio ſuo poſitum eſſe, qui fortaſſe *Eunuchus* nomi-

(1) Donius: *Ante* (2) Donius *iſte* (3) Donius ΘPqEΔ (4) Donius QVOT . . . . . (5) Donius EΨOI.

mine vocabatur; ſicuti vox ipſa, veluti proprium viri nomen apud Muratorium occurrit pag. 422. n. 5. Coniicere eſt etiam ibi FVNV̄ pro FVNVS legi poſſe; quemadmodum prorſus in alio Muratorii Marmore pag. 1939. n. 2. & apud Boldettum pag. 386. legitur SECVNDVS . ET . RVFINA . FILIAE . DVLCISSIME . HVNC . FVNVS . SCRITVRA . Denique, dum liberius coniecturis heic indulgemus, ſuſpicari quis poſſit a graeculo, ut videtur, epigraphes auctore, *E unu* pro *E uno*, hoc eſt Ευνῷ Ε'υνεῖ graeca voce poſitum fuiſſe, quae *dulcis* inſtar, epitheton foret, bonamque filii defuncti indolem exprimeret; ſicuti mox *Innocente*, pro *Innocenti* ſcriptum conſpicitur. Barbara vox DEPOSSIONE ſignificat *Depoſitionem habet*, ſive *Depoſitus eſt*: quemadmodum ita prorſus in Muratorio pag. 1821. n. 7. legitur *Dioſtio pri. Kal. Mai.* 1875. n. 7. *Depoſſo eius VI. Kal. Ianuar.* pag. 1823. & 1839. n. 4. *Depoſſio Agapiti*. pag. 1832. n. 8. *Depoſſone X. Kal. April.* denique pag. 1838. n. 6. *Depoſſionem habet*. Id autem in noſtro Marmore eſt obſervandum, quod *Depoſitionis* dies non latino ſolum, ſed inſuper etiam graeco charactere, vel numerali nota indicatur: perinde enim eſſet ſi Latinorum more *VIII. Kal.* quam ſi iuxta Graecos H *Kal.* diceretur; cum character H apud Graecos *octo* ſignificet. Denique, quod ad characteres alios, vel numerales notas Marmori ſubiectas DΓIFΘ attinet, dubitari certe non poterit, quin iis anni numerus exprimatur, quo *Romuleſiae* filius occubuit. Itaque, ſi ipſarum valor ex Tabula ſuperius expoſita colligatur,

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 500 | 3 | 100 | 40 | 9 |
| D | Γ | I | F | Θ |

prodibit annus 652. quo 25. Iulii die infans ille tumulatus fuerit. Eiuſmodi vero annorum numerum non aliunde, quam a Chriſti nativitate, veluti cardine, ductum eſſe putaverim; non aliam nimirum, quam Dionyſianam Aeram hic uſurpatam fuiſſe, quae iam pridem ab anno Chr. 531. inventa, vel conſtituta iam fuerat. Optime quidem novi in Hiſpanis praeſertim Chriſtianorum titulis *Hiſpanicam* Aeram memorari, quae 38. ſolidis annis vulgarem Aeram praecedit, atque ipſius praeſidio mortis annos deſignari. At in monimentis illis ſemper annorum numerus Romanis characteribus, vel notis exprimitur; ſemperque notis ipſis *Aerae* nomen praefigitur: ut proinde Marmor hoc noſtrum, annorumque numerus in illo deſignatus ad Hiſpanicam Aeram referri vix poſſe videatur; cumque in Epiſcopi Nepeſini titulo annorum numerus hac ipſa methodo, iiſdem characteribus, aut notis exſpreſſus, non ad Hiſpanicam, ſed ad vulgarem potius Dionyſianam Aeram certiſſime referri debeat, poſterior etiam hic titulus ad Dionyſianam ipſam ſpectaverit; quamvis 120. annorum ſpatio Epiſcopi titulum praeceſſerit, ſi quidem character I Latinorum ritu 100. ſignificat; aut etiam 200. annis ipſo antiquior ſit, ſi character ipſe Graecorum more aut *unum*, aut *decem* exprimat. Sed ad annum potius 652. quam 553. vel 563. Muratorii Marmor revocaverim, cum ad annum uſque 566. apud Romanos anni Conſulum nominibus ſemper inſigniri conſueverint; ac poſterioribus etiam temporibus Indictionis numero, veluti charactere, annus ipſe diſtingueretur. Itaque non plurimum fortaſſe ego fallor, ſi nullum antiquius Dionyſianae, ſive vulgaris Aerae exemplum aliud inveniri dixerim; adeoque Romuleſiae Marmor hoc etiam titulo praeclarum eſſe putaverim. Certe, ut exemplis aliquot id opportune oſtendatur, apud Fleetvoodum reperitur Inſcriptio pag. 461. n. 5. poſita *anno Incarnationis Dn̄i n̄ri IHV Xri DCCCCVI.* In Muratorio pag. 1941. n. 1. legitur *anno Domini DCCCCVI.* pag. 1948. n. 1. Teuperga obiiſſe dicitur anno DCCCCIII. pag. 1831. Arnulfus tumulatus aſſeritur anno Incarnationis Dn̄ n̄ri IHV XPI DCCC. XCIII. pag. 1885. n. 6. Hilderamus anno Incarn̄s D̄ N̄ Ī X̄ DCCCCII. Denique pag. 1932. n. 3. epigraphe poſita dicitur *A. DNI DCCCLXX.* ubi tamen Cl. Editor obſervavit fortaſſe legendum eſſe MCCCLXX. In Kiliani Marty-

ris

Digitized by Google

ris Epitaphio, quod e Nicolao Serario exſcriptum in Donii Schedis adhuc ineditis reperitur pag. 82. perſpicue habetur

ANNIS, SEXCENTIS. OCTOGENISQ. NOVENIS

paulloque inferius

SEPTINGENTESIMO QVINQVAGESIMOQ. SECVNDO

denique

SEPTINGENTESIMO NONAGESIMO QVOQVE PRIMO

ut proinde Marmor, ac Epitaphium ipſum anno demum 791. poſitum videatur. Itaque antiquior Aerae Chriſtianae, & quidem ab Incarnatione deductae, mentio ad annum Chriſti 791. referri debet; cum tamen in Romuleſiae Marmore annus 652. deſignetur.

IX. Fallor? aut haec ipſa Chriſtianae vulgaris Aerae memoria ex duobus monimentis aliis, obſcuris oppido atque mirifice implexis, exſculpi poteſt; eademque monimenta nova fortaſſe luce perfundi? Clariſſimus, atque doctrinae aeternum ſuſpiciendae Muratorius in *Antiqu. Ital. Medii Aevi* Diſſert. LVIII. pag. 55. duas plumbeas Laminas accuratiſſime exhibuit, quae Veronae in Eccleſia quadam ſub menſa Altaris in urna marmorea repertae fuerant, eaſque felicibus coniecturis, quantum mira ipſarum obſcuritas patiebatur, expoſuit.

✠ A. D. O. C. CIII. ICR
EQVESITKIBRTVS.
INPACEQV VIXIT.
XLII. ET IC PASXſ
Ē NORTĒ. II. IDVſ
AGVſN XP CR NOE

*A. D. O. C. CIII. Ic R-*
*equieſcit Kibertus*
*in Pace qui vixit* (*annos*)
XLII. *& ic paſſus*
*eſt mortem* II. *Idus*
*Auguſti pro Dei nomine*.

✠ HREQVESIT VINO
RIA VIRGO IN PACE Q̄
VIXIT ANIſ. XXVIIII.
ET MARTRIV̄ ſVSEPĪ
T. A. S. C. ſEPTIMOAN̄I
EDP. XI. K IVNII. ✠

*Hic requieſcit Vitto-*
*ria Virgo in Pace, quae*
*vixit annis* XXVIIII.
*& Martyrium ſuſcepi-*
*t. A. S. C. Septimo Domini*
*&* (fortaſſe *Depoſita*) XI. *Kalendas Iunii*



Exi-

Eximiis monimentis iſtis aliqua ratione illuſtrandis Cl. Editor haec obſervavit: *Ambas Inſcriptiones uno tempore plumbo inſculptas par characterum figura indicat. Sunt ibi, quae redolent antiqua ſaecula*, Requieſcit: in pace: qui vixit annos &c. *Aetas etiam Martyrum tam anxie deſignata tabellam ipſis vix vitae ereptis poſitam indicare poſſet. Verum, ſi literae ſingulares, quas ſine interpretatione dimiſi*, Annum *forte* Domini *ſignant* CIII. *&* CVII. (*quod tamen affirmare non audeo*) *quis credat, haſce laminas tunc ſcriptas fuiſſe, quum nulla tunc forent vulgaris Aerae noſtrae primordia? Ad haec ille* KIBERTVS *Langobardicae, ſive Germanicae, non Romanae, linguae nomen eſt; ac proinde numquam ipſum referas ad priora Eccleſiae ſaecula. Plura addere non iuvat*. Atque optime id quidem ille quod Martyres iſtos, ipſorumque epigraphes ad priora Eccleſiae ſecula referri non poſſe putavit; quod Langobardicum *Kiberti* nomen, & ipſa quoque characterum forma demonſtrat, quos brevi poſt utriuſque Martyris mortem exaratos, loculoque una cum corpore incluſos eſſe Muratorius optime exiſtimavit. Itaque Kiberti, Victoriaeque martyrium poſt annum Chriſti 567. contigiſſe debuit, quo Langobardi Arianae haereſis furore perciti Italiae fines ingreſſi florentiſſimas olim regiones ferro flammiſque invadentes ſtrages illas atque excidia in ſingulis fere Italiae Vrbibus perpetrarunt, quas anno Chr. 603. fuſe graviterque deſcribens Gregorius Magnus in Epiſt. 49. Lib. II. ad Eulogium Epiſcopum Alexandriae ait: quod *immenſa vaſtitas mortalitatis inter Barbarorum gladios* ſaeviebat; quemadmodum alibi [1] caedes a Langobardis ipſis anno 602. patratas commemorat. Certe Gregorii Magni temporibus *Cetheus*, alioque nomine *Peregrinus*, Amiternenſis Vrbis Epiſcopus circa an. 600. a Langobardis occiſus interiit, [2] eiuſque martyrii memoria 13. Iunii die celebratur: ne exempla plura hic perſequar, quae ex variis Scriptoribus afferri facile poſſent. Eiuſmodi vero calamitates, caedes, martyria a Langobardis illata diu multumque Italicas Vrbes, praeſertim vero Inſubriae, atque Aemiliae Populos, divexarunt; cum Rhotaris Langobardorum Rex Arianus ex Paulo Diacono [3] anno ſolum 653. ſive 654. e vivis exceſſerit; ut Alboinus Veronae anno 571. interierat; [4] Rhotariſque tempore variis in locis Epiſcopi Ariana haereſi infecti Eccleſiis praeſiderent, ut de Anaſtaſio Ticinenſi Epiſcopo, aliiſque pluribus erudimur. At neque Langobardi ſolum Arianae haereſis veneno infecti plurimas Italiae provincias iis temporibus infeſtaruut; verum etiam Graeci ipſi furore quodam atque odio in Latinos incenſi in Eccleſiam, atque Orthodoxos ſaevierunt. Hinc Sigebertus in Chronico ad annum 657. ait: *Olympius Exarchus ad regendam Italiam ab Imperatore Conſtantino miſſus, & Martinum Papam occidere iuſſus eſt*; quemadmodum ad annum 653. dixerat: *Conſtantinus Imperator, miſſo Exarcho ad Italiam, impugnat Dei Eccleſiam*; moxque ad annum 654. ſubdit: *Hoc tempore S. Foillanus Foſſenſis martyrizatur*; quamvis Foillanus ille non ab Exarcho, ſed a nefariis perditiſque viris, coronam ſuſceperit; ſicuti *Emmeramus* Ratiſponenſis Epiſcopus anno 652. martyrio decoratus dicitur: [5] quod iis nimirum temporibus, ut eruditi Viri obſervarunt, *Martyris* nomen non iis ſolum, qui tuendae Catholicae religionis gratia, & amore ab Haereticis, aut Infidelibus perempti fuerant; ſed iis etiam tribueretur, qui nefario, atque iniuſte ab aggreſſoribus, ſceleſtiſque viris occiſi forent. Quandoquidem tamen in *Kiberti* titulo nitide diſerteque dicitur quod ille *paſſus eſt mortem pro Dei nomine*, ille non immerito ſolum, ac iniuſte peremptus, ſed Catholicae potius Religionis nomine ab Haereticis occiſus vereque *Martyr* haberi debet, quippe qui pro tuenda Chriſti fide ſanguinem fuderit; idque facile de Victoria quoque cenſeri debeat. Itaque, niſi plurimum fallor, *Victoriae*, & *Kiberti* martyrium ad VII. Eccleſiae ſeculum referri debet; ut nimirum a Langobardis Arianae Sectae fautoribus, adeoque Catholicae religionis hoſtibus, interempti illi fuerint. Quis vero mortis annum ſtatuere vel definire nunc poſſit; perſpicue nimirum certoque no-

(1) Lib. X. Epiſt. 54. vid. Paul. Diac. IV. c. 5. (2) Vid. Marang. Acta S. Victorini pag. 18. (3) Lib. IV. c. 48. & 44. (4) Lib. II c. 28. (5) Baron. ad annum 652.

nobis oſtendere quid Siglis & characteribus illis A. D. O. Ł. C III. exprimatur, qui Kiberti Martyris titulo praefiguntur? Si quid ego in tanta rerum obſcuritate, notarumque inſolentia conîicere, vel ſuſpicari nunc poſſim, implexis atque obſcurioribus Notis iſtis non alium, quam DCLIII. Chriſti annum deſignatum eſſe putaverim; quod nimirum characterem illum O in C refingendum, & characterem alium Ł, ſive L, inſueta quadam methodo centenario C praefixum eſſe exiſtimem. Liberius hoc quidem, ingenue fateor, atque audacius coniecturae genus; ſed illud tamen, quod ab eorum temporum moribus non plurimum fortaſſe abhorreat, variiſque Inſcriptionum aliarum exemplis ſuaderi poſſit. Ac certe quidem nihil facilius, quam characterem O pro C in plumbeam laminam ſcalptoris vitio irrepſiſſe, dum ille extremis literae C apicibus effingendis intentus ſcalpri aciem preſſius urgeret; ut proinde non C, ſed O potius, prodierit; niſi fortaſſe maxima inter characteres illos C, & O affinitas exſcriptori impoſuerit ut ibi characterem O exaratum eſſe coniiceret. Quod vero character Ł ante centenarii notam exaratus, hoc eſt inter utramque C, vel centenarii characterem, inſertus fuerit, id facile temporum illorum ignorantiae concedi debet, qua numerales notae ſepulcralibus praeſertim Chriſtianorum titulis inſolita quadam methodo inſcribebantur. Ita apud Muratorium [1] legitur: VIXIT ANNIS LXIC M. III. ET IN CONIVGIO PERSEVERAVIT ANNIS XXXVII. M. VIII. Pag. 1842. num. 5. BENVSTINVS LEAE FILIAE QVAE BIXIT ANNVS XXCIII M XI D XV. Pag. 1898. n. 7. DEPOSITA VX KAL OCTOBRE. Pag. 1910. n 4. VIXIT ANNIS OCTO ET MENSIS ƧIIIX AC SEI SEPTE. Pag. 1935. n. 1. VIXIT. ANNIS III. ET DIES V. IXXXII. ET ORAS II. Pag. 1946. n. 3. VIXIT AN. XI. XIVIII. Nec multo ſane elegantior ſupputandi ratio, numeroſque exprimendi methodus, quae in *Hiſtoria Aquilana* a Cl. Viro Antonio Antinorio adornata apud Muratorium [2] ipſum reperitur. Siquidem ibi [3] pag. 504. legitur ANNO DOMINI M. C. NONG. VII. Pag. 505. ANNO D. M. VC. XXVIII. ubi certiſſime annus 1528. deſignatur. Pag. 495. . . NO MANENTE M. AC LX. C. VIII. INDIC X. Pag. 498. ANNO DOMINI M. C. VC. INDICT. XIII. Denique ibidem M. C. CX. VIII. pro anno 1198. Itaque, quum tanta in numeralibus notis exprimendis barbaries haberetur, quid prohibet quin in Kiberti titulo notae DCŁCIII, hoc eſt DCLCIII, pro DCLIII. exarari potuerint? adeoque ille ſub Rhotari Ariano Rege eo prorſus anno 653. martyrii coronam adeptus dicatur, quo Fideles alios martyrio decoratos eſſe iam vidimus? At fieri etiam poteſt, ut quemadmodum in ſuperiori Muratorii exemplo, ſive Leae titulo, character C pro G, hoc eſt *ſenario* numero, irrepſit, ita quoque in Kiberti epigraphe legendum ſit DCLVIIII, adeoque annus Chriſti 659. intelligi exponique debeat. Longe facilius, opinor, Siglae, vel characteres alii *Victoriae* titulo inſcripti exponi poſſunt. Etenim Notas, & Siglas iſtas A. S. C. SEPTIMO ita explicandas exiſtimo *Anno*. *Sex*. *Centeſimo*. SEPTIMO: quod illa nempe *anno Domini* 607. interempta fuerit. Etenim, quamvis etiam *Septies Centeſimo* legi poſſit, atque inter Langobardos ipſos anno 704. bellum exarſerit, ſicuti Sigeberto teſte anno 706. *Sclavi Italiam infeſtarunt*; adeoque Virginis huius martyrium ad illa etiam tempora ſpectaſſe potuerit; veriſimilius eſt tamen martyrii memoriam iis temporibus exaratam fuiſſe, quibus ambiguum eſſe non poterat quid charactere, vel nota S exprimeretur. Id vero facile ſperari profecto poterat ſi ante annum 700. tabula poſita, & Victoria martyrio decorata iam fuerat; ſin vero anno 707. martyrio affecta, adeoque poſt annum illum titulus atque memoria ipſi poſita foret, clarius fortaſſe memoriae tituliquè ſcriptor martyrii tempus expreſſiſſet, ne ſeculum unum cum alio confundi poſſet. Sed haec divinando fere nunc dixerim, ut Martyrum illorum aetas probabili coniectura definiatur, ſimulque opportune Chriſtianae vulgaris Aerae antiquitas, atque uſus hoc etiam exemplo demonſtretur. Quemadmodum enim *Romuleſiae* titulo perſpicue certoque iam docui Aeram illam anno Chriſti 652. uſurpatam fuiſſe; ita quoque *Kiberti* Martyris titulo oſtendi poſſet anno 653. ſive 659. eam adhi-



(1) Pag 821. n. 2. (2) Tom. VI. pag. 488. (3) Vid. Marang. Acta S. Victor. pag. 30. & 16.

Digitized by Google

adhiberi conſueviſſe; idque etiam anno 607. receptum fuiſſe *Victoriae* titulo oſtenderetur, ſi tamen plumbeae Laminae uno eodemque martyrii tempore exaratae fuiſſent; quod aegre tamen, opinor, oſtendi poterit.

X. Quid vero ſi Langobardico *Kiberti Martyris* nomine ac titulo nunc excitatus ad Langobardicum nomen aliud, Martyremve opportune digrediar, cuius notitia ac titulus hoc ipſo tempore, quo Kiberti titulum illuſtrandum ſuſcepi, repente nobis affulget; mihique perhumaniter idibus Ianuariis huius anni MDCCXLVIII. una cum epigraphe typis impreſſa a Cl. Viro Ioſepho M. Brocchio communicatur? Ille nimirum, dum ſacris Eccleſiae Florentinae Faſtis egregie accurateque illuſtrandis de Eccleſia ipſa, de Patria, de Literaria Republica immortaliter mereri pergit, in Eccleſia S. Severo ſacra Lapidem nuperrime inventum eſſe teſtatur, ſimulque ſervata characterum forma epigraphem exhibet, quae in ipſo exarata conſpicitur

III. ID. SEPTE

℗ I\`C· REQ· BONE. MEMO.

RAIMBERTILEVITE

ET MART· XAINPA·

MISEREAT. EI D· S:

Quamvis autem Cl. Editor ingenue modeſteque fateatur in Siglis illis XA obſcurum ac perplexum aliquid deliteſcere, exiſtimat tamen *Raimbertum* illum *Diaconum*, & *Martyrem* fuiſſe, iiſque temporibus martyrii palma decoratum, quibus, S. Gregorio Magno teſte, vertente VI. Eccleſiae Seculo Barbarorum furore, ac ſaevitia in variis Italiae locis, atque in Etruria ipſa plurimi, Eccleſiaſtici praeſertim ordinis, martyrium ſubiere; quos inter haberi poſſe arbitratur *Mauritium* Florentinae Eccleſiae Epiſcopum, qui a Villano circa annum Chr. 550. martyrio decoratus aſſeritur. Facile & ipſe quoque piiſſimi, atque eruditi Viri ſententiam amplecterer, qua novum Eccleſiae Florentinae decus ex rediviva Martyris gloria novuſque ſplendor accederet; niſi ſeverior hac in parte diſſerendi ratio adhibenda merito videretur. Etenim plurimis iiſque gravibus Scriptorum teſtimoniis, & exemplis etiam erudimur aliquando vel ſanctitatis, vel martyrii laudem iis tributam fuiſſe, quibus alterutra, vel interdum etiam utraque, neganda fuerat: ut Mabillonius, Fabrettus, Muratorius, aliique plurimi demonſtrarunt. Itaque praeclare ſapienterque inſtitutum eſſe conſpicimus ut nulli prorſus haec vera martyrii gloria, martyriſque nomen concedatur, niſi perſpicuis, certiſque characteribus martyrium hoc oſtendatur; quemadmodum ſane plurimos ex Martyrum numero expungendos eſſe didicimus, quamvis in illorum titulis *palma*, Chriſti nomen *monogrammate* expreſſum, characteres B. M. aliaque id genus nomina vel indicia reperirentur: quod nimirum palma, & monogramma ambigua martyrii ſigna ſint; characteres autem B. M. non *Beatus Martyr*, ut immerito pluribus exiſtimatum, ſed aliquando *Bonae Memoriae*, aliquando *Bene Merenti*, aliquando quoque *Bene Memoriens*, vel *Bene Moriens* ſignificent. Quemadmodum ergo *Martyris* nomen, & gloria *Raimberto* noſtro merito concederetur, ſi ex Sigla vel contracta voce MART. quae in Lapide exarata conſpicitur, perſpicue certoque non aliud, quam *Martyris*, nomen exſculpendum eſſet; ita viciſſim Martyris huius indicium, nota, character ambiguus incertuſque cenſendus erit, ſi in hac ipſa contracta voce, vel Nota quidpiam aliud deliteſcere, vel commode intelligi, exponique poſſit, quod a *Martyre* diſſideat; aliqua nimirum vox alia ſupponi, quae cum ceteris pone ſequentibus aptius haerere, clarioremque ſenſum efficere videatur. Tantum autem abeſt ut eiuſmodi charactere, ſive compendio MART. ſolam *Martyris* vocem neceſſario intelligendam eſſe ego iudi-

Digitized by Google

dicem, ceteroſque proinde ſenſus, aut voces alias excludi; ut ibi potius MARTYRARII nomen intelligendum eſſe putaverim: ut nativo nimirum perſpicuoque ſenſu, ſublatis quadratarii vitiis, legatur: *Hic requieſcit bonae memoriae Raimbertus Levita, & Martyrarius decem annis. in pace*. Ac certe quidem inter alios Eccleſiae gradus, & Clericorum munera, *Martyrarii* quoque dignitatem extitiſſe, quae interdum Levitis, ſive Diaconis, interdum Presbyteris, interdum Clericis, interdum Abbatibus, interdum aliis concedebatur, perſpicuis certiſque Gregorii Turonenſis, aliorumque teſtimoniis erudimur, quae fuſe accurateque DuCangius in voce *Martyrarius* exponit.(1) Eiuſmodi vero *Martyrarii* nomine is appellari conſueverat, qui *Martyrium*, ut a Graecis, & a Latinis etiam Scriptoribus appellabatur, hoc eſt Eccleſiam Martyri ſacram, ſive certe Martyrum ſepulcrum, ac lipſana cuſtodiebat: unde interdum etiam *Cubicularius*, *Capellanus*, *Manſionarius*, *Aedituus*, *Meragularius &c.* appellabatur. Frequentius hic tamen recepto, clariorique nomine *Martyrum Cuſtos*, vel *Cuſtos* vocabatur, ut innumeris exemplis oſtendi poſſet. Sic, ut e variis Etruriae ſolum Vrbibus exempla ſeligam, in Diplomate Arretii dato anno 865.(2) legitur: *Guripertus Diaconus Cuſtodem Eccleſie Sancti Caſſiani*; atque in Othonis Diplomate (3) anni 984. habetur: *Canonicos Aretinenſis Eccleſiae, Bernardum videlicet Archipresbyterum, Willelmum Archidiaconum, Martinum Clericum, & Cuſtodem, & Sigizonem Scolae Cantorem*; itidemque in alio (4) anni 996. *Canonicis, qui nunc ibi ſerviunt, Willebelmo ſcilicet Arcbidiacono, & Berabardo Presbytero & Primicerio, Martino Clerico & Cuſtodem Sancti Donati, Sigizonem Scolae Cantorem*. In Lucenſi charta anni 975.(5) ſubſcribitur *Benedictus Presbiter Cuſtode & Cardinalis*. In Florentina anni 1037.(6) legitur: *Ego Adam Presbyter Cuſtos, & Canonicus*; itidemque in alia (7) anni 1085. *Petrus Presb. & Cuſtos S. Ioannis*. In Piſtorienſi (8) charta anni 804. habetur: *conſtat me Durduno Presbiter filius quondam Baſili Cuſtodes Eccleſie beatiſſimi Sancti Petri*; atque in alia anni 1084.(9) poſt Canonicos alios ſubſcribitur *Fallis Cuſtos*. In Piſano Diplomate anni 1022. (10) reperitur *Albizo Presb. & Cuſtos*; in alio anni 935.(11) legitur: *Ego Davit Presbitero Cuſtos, & Canonicus*; alibique (12) ter *Vgo presbiter & Cuſtos* occurrit. Denique in Faeſulano (13) anni 966. *Martinus Presbyter, & Cuſtos* nominatur; ſicuti mox (14) *Gerardus Levita* reperitur, veteremque illam *Canonici Cuſtodis* dignitatem, ac nomen his etiam temporibus in Cathedrali Piſtorienſi Eccleſia uſurpatum, vel conſervatum eſſe conſpicimus. Itaque, ſi Gregorii Turonenſis aetate, hoc eſt ineunte fere VII. Eccleſiae ſeculo, *Martyrarii*, ſive *Cuſtodes* ex Diaconis, Presbyteris, & Abbatibus eligebantur; ſi *Cuſtodes* ipſi in ſingulis fere Italiae, atque Etruriae Vrbibus habebantur; ſi *Cuſtodis* dignitas vel *Clerico*, vel *Presbytero*, vel *Diacono*, ſive *Levitae*, concedebatur; ſi ex Silveſtri I. Decreto poſt *Cuſtodis* munus quinquennio peractum ad *Levitae*, ſive Diaconi munus pari temporis ſpatio gerendum aſcendebatur; ſi *Cuſtodis* dignitas in Etruria ſolis fere *Canonicis* tribuebatur, aliquis nempe ex Canonicis ipſis *Martyrarii* vel *Cuſtodis* titulo decorabatur; ſi denique in Eccleſia S. Severo ſacra, in qua *Raimberti* titulus eſt inventus, olim *Canonici* reperiebantur, ut Cl. Brocchius obſervavit, adeoque ibi facile, finitimarum Eccleſiarum inſtar, etiam Canonicus Eccleſiae *Cuſtos*, vel *Martyrarius* habebatur, nihil, opinor, veriſimilius hic aſſeri, ſupponique poterit, quam *Raimbertum* ipſum in

(1) Eo tempore, quum poſt obitum Proſerii Martyrarii Vrbanus Diaconus, huius Baſilicae ordinatur Aedituus; mira res ad ſepulcrum Sancti (*Iuliani Martyris*) adparuit. Nam vigilante Diacono in lectulo ſuo auditus eſt ſonitus quaſi oſtium Baſilicae panderetur. *Greg Turon Lib. II. de Mirac c.* 46. Factum eſt ut coniuncti Clerici cum Leubaſte Martyrario, & Abbate Arvernum properarent. *Lib. IV. Hiſt. cap.* 11.

Abbates, Martyrarii, Recluſi, vel Presbyteri Apoſtolia dare non praeſumant *Concil. Aurelian.* 11. *anni* 533 *c.* 13.

Ideo convenit nobis unanimiter conſentientes, & per voluntatem Martyrario nomen illo Praesbytero, ut ipſo infantulo ad homine, nomen illo venumdare deberemus. *Formul. Andegav. num.* 48.

Si quis deſideraret in Eccleſia militare, eſſet prius.. Acolythus annis V. Subdiaconus annis V. Cuſtos Martyrum annis V. Diaconus annis V. Praesbyter annis III. & ſic ad ordinem Epiſcopatus aſcendere. *Decret. S. Silveſtri P. apud. Anaſtaſ.*

(2) Murat. Diſs X. p. 496. (3) Vghell I. p. 414. (4) Murat. Diſs 62. pag 202. (5) Murat. Diſs. 74. pag. 432. (6) Vghell III. p. 60. (7) Pag. 85. (8) Murat Diſs X. pag. 502. (9) Vghell Tom. III. pag. 292. (10) Vghell ibi pag. 357. (11) Murat Tom. III. p. 1054 (12) Pagin. 1100. (13) Vghell. III. pag. 216. (14) Pag. 220.

Digitized by Google

in S. Severi Eccleſia *Canonicum*, itidemque *decem annorum* ſpatio *Levitam*, ſimulque *Martyrarium* fuiſſe. Certe in hac hypotheſi Siglae X A, quae alioquin implexae, obſcuraeque forent, facile intelligi exponique poſſunt; quod nempe *Raimbertus* ille *Levita*, & *Martyrarius* X *Annis* fuerit: quemadmodum prorſus in aliis Chriſtianorum monimentis, diſſimulata ipſorum aetate, ſolus annorum numerus Siglis ipſis exprimitur, quos aliquis in Epiſcopatu, vel alio Eccleſiae munere exegerit. Ita quoque in extrema tituli noſtri parte, ſeu formula *Miſereatur ei Deus*, nulla prorſus difficultas ſupererit; quae, licet de Martyribus etiam aliquando uſurpata fuerit, ut Mabillonius, aliique plurimi demonſtrarunt; ubi tamen ambiguis ſolum *martyrii* characteribus adiungatur, martyrium ipſum adhuc obſcurius, magiſque incertum efficiet. Intelligi poſtremo facile poterit cur nulla prorſus in Florentina Eccleſia finitimiſque regionibus huius *Raimberti*, veluti martyris, memoria ſupereſſe debuerit; redditaque Etruriae pace *Raimberti* tamen martyrii memoria & cultus non perennaverit. Quod enim *Raimbertus* Florentinae Eccleſiae Archidiaconus anno 891. occurrat, iſque non ab alio, quam ab hoc ipſo *Raimberto Martyre*, nomen accepiſſe videatur, levius eſt certe, quam ut exinde Raimberti noſtri vel ſanctitas, vel martyrium inferatur. Vt enim ommittam Fidelium nomina, Langobardicis praeſertim temporibus, infrequenter admodum ex Caelitum nominibus derivari conſueviſſe, hoc ipſum *Raimberti* nomen a Langobardis invectum longe lateque in variis Italiae Vrbibus vulgatum erat. Quemadmodum enim in Florentina charta [1] anni 790. *Rimpertus*; in alia [2] anni 967. *Raimbertus* nominatur; ita in Mutinenſi diplomate [3] anni 869. *Rampertus*, & in alio [4] anni 864. *Ragimbertus*; in Regienſi anni 944. [5] *Rimpertus Archipresbyter*; in Lucenſi anni [6] 915. *Ramberto Presbiter*; in Cremonenſi [7] anni 910. *Lambertus*, *Rampertus Presbiteris*; in Ticinenſi anni 930. [8] *Ramberto de Tuliare*; in Piſano anni 996. [9] *Raimbertus Epiſcopus*, & *Rambertus* etiam *teſtis* memoratur; quemadmodum prorſus *Rambertus Faventinus Epiſcopus* anno 1141. occurrit; [10] *Ragimbertus* Vercellenſis Epiſcopus anno 910. apud Cl. Maffeium [11] reperitur; in Regienſi charta [12] anni 944. *Rimpertus Archipresbyter* nominatur; & in Arretina anni 795. *Aripertus*, ſive *Elemportus*, vel *Lampertus*, ſive, ut in Caroli M. diplomate legitur, *Arimbertus* Arretinae Eccleſiae [13] Epiſcopus occurrit, qui forte vero *Raimberti* nomine vocandus erit. Itaque, ſicuti in his omnibus *Raimberti* nomen non ex *Raimberti* Martyris Florentini nomine, ſed ex proavis potius, & Langobardico antiquiori nomine profluxit; ita quoque *Raimberti* Archidiaconi Florentini nomen ex *Raimberti* noſtri nomine prorſus immerito deduceretur; adeoque eiuſmodi Archidiaconi nomen veluti Martyris noſtri character, ac indicium haberi certe non poterit, ut exinde Raimberti Martyris cultus, atque memoria inferatur. Illud unum ſuperioribus argumentis, ſeu coniecturae, qua in *Raimberti* Lapide non *Martyris*, ſed *Martyrarii*, vocem ſupplendam, atque legendam eſſe putavi, opponi merito poteſt, quod in variis Etruriae Vrbibus Clericus ille, qui cuſtodiendae Eccleſiae, vel Martyrum Lipſanis electus erat, non *Martyrarii*, ſed *Cuſtodis*, nomine decorari conſueverat; adeoque *Raimbertus* iſte non *Martyrarii*, ſed *Cuſtodis*, nomine vocaretur. At obſervari facile poterit quod unus idemque gradus, honor, ac dignitas in variis Eccleſiis, ac peculiaribus locis pro vario, diſtinctoque more variis nominibus exprimi vel appellari poterat. Ita Cuſtodes ipſos *Aeditui*, *Manſionarii*, *Capellani*, *Cuſtodis &c.* nomine vocatos eſſe iam vidimus. In Ordine vero Cabillonenſis Eccleſiae, quem Martenius [14] edidit, *Meragularii* nomine decorantur; & Vſpergenſis Abbas, & Vandelbertus Diaconus *in Vita S. Goaris* [15] Cuſtodes ipſos, aut Martyrarios *Eccleſiae Matricularios* appellavit. Sic, ut aliquibus exemplis aliis id oſtendatur, in Mediolanenſi diplomate [16] anni 1148. *Obitius Diaconus*, & *Cimiliarcha*; & in alio [17] anni 1139. idem *Obitus Subdia-*

*conus*

(1) Vghell. III pag. 24. (2) Pag. 29. (3) Murat Diſs. 13. pag. 722. (4) Diſs. 22. pag. 242. (5) Diſs. 62 pag. 206. (6) Diſs 66. pag. 526. (7) Diſs 19. pag. 5. (8) Diſs. 31. pag. 936. (9) Tom. III. pag. 1066. (10) Diſs. 61. pag. 160. (11) In Anecdotis pag. 82. (12) Diſs 62. pag. 206 (13) Vghell I. pag. 412. (14) Lib. I. c. 4. art. 12. p 637. (15) Surius ad diem VI. Iulii. (16) Murat. Diſs. 45. pag. 30. (17) Diſs. 36. pag. 225.

Digitized by Google

*conus*, *& Cimiliarcha*; in Neapolitano [1] anni 1065. *Einricbus Archipresbiter*, *& Cymiliarca* nominatur; neque tamen officium iſtud hoc ipſo nomine in Eccleſiis aliis expreſſum invenies. Itaque nihil prohibet quin officium ac munus illud, quod Piſis, Lucae, Florentiae, alibique *Cuſtodis* nomine vocabatur, in S. Severi Eccleſia antiquo fortaſſe, nobiliorique *Martyrarii* nomine exprimeretur. At fieri profecto etiam poterat, ut in ipſa quoque S. Severi Eccleſia non alio, quam *Cuſtodis*, nomine appellaretur; ſed ille tamen, qui *Raimberti* defuncti titulum exaravit, *Martyrarii* potius, quam *Cuſtodis*, nomen uſurpare voluerit. Ita apud Latinos Miniſter ille, qui proxime Sacerdoti adſtabat, veteri, conſtantique ritu *Diaconus* appellabatur; ſaepiſſime tamen in Diplomatibus, atque Marmoribus *Levitae* nomen occurrit; ut in Volaterrana charta anni 974. [2] *Canonici Levitae* vox *novies* reperitur. Quid vero quod idem ille gradus, aut Diaconorum primus, qui *Archidiaconi* voce deſignari conſueverat, peculiari ſubſcribentis ingenio ita variis nominibus effertur, ut in Troianenſi charta anni 1037. *Rodelgrinus Archilevita* [3]; in Florentina anni 1036. [4] *Benedictus Archiminiſter S. R. E.* legatur; Prudentius S. Laurentium Martyrem & Diaconum Eccleſiae *Myſteriarchen* appellaverit; & Gregorius ipſe Turonenſis, qui Proſerium *Diaconum*, & *Martyrarium* vocaverat, mox Vrbanum *Aedituum* deſignatum fuiſſe dixerit? Itaque, ne exemplis aliis hic immorer, quis prohibet ne Scriptor ille, qui *Raimberti* Epigraphem exaravit, non uſitato tritiorique, ſed antiquiori, ſive, ut ille quidem putabat, elegantiori *Martyrarii* nomine uti maluerit? Verum, ne coniecturas iſtas hic fuſius perſequar, & uno omnia verbo complectar, ex poſtremis tituli vocibus, ex Siglis X̄ A, ex Scriptorum omnium ſilentio, prorſuſque incognita Martyris huius memoria, ex celebri *Cuſtodis*, ac *Martyrarii* nomine ac munere non immerito coniicere, vel ſuſpicari quis poterit in *Raimberti* Lapide *Levitae*, ac *Martyrarii* voces intelligi, legique poſſe; adeoque contracta vox MART, quae ſenſum alium recipere fortaſſe poterit, non perſpicua, & certa, ſed ambigua ſolum, obſcura, atque incerta *Martyrii* nota cenſeri debebit; ideoque, niſi ſplendor alius accedat, ſolo tituli huius contractaeque vocis praeſidio *Raimbertus* iſte *Martyrum* choris inſeri, & ſacris Florentinae Eccleſiae Faſtis inſcribi certo non poterit. Ita propemodum *Martyribus* ipſis Fidelem illum accenſeri non poſſe putaverim, cuius epigraphem in *Praetextati Coemeterio* inventam edidit Marangonius [5]

ς II IDVS OCTRO
BRIS DEPOSI
TVS. MAPTV
RVS IN PACE

Quamvis enim doctiſſimus Editor adnotaverit: *Hic notandum* Marturus *loco* Martyr; nulla tamen aut in nomine perturbatio, aut ex *Marturi*, vel *Martyris* quoque, ſi libeat, voce vera martyrii nota exſculpi poterit. Quemadmodum enim opportunius alibi eſt obſervatum, *Marturae*, *Marturi*, & *Martyrii* vox veluti proprium Chriſtianae feminae virique nomen in Marmoribus aliis occurrit [6]; ſicuti in graeco Lapide reperitur [7]

ΕΖΗϹΕΝ ΜΑΡΤΥΡΙΟϹ ΕΤΗ ΕΙΚΟϹΙ ΔΥΩ ΕΙΡΗΝΗϹΟΙ ☧

*Vixit Martyrius annos* XXII. *Pax tibi. Chriſtus*; eiuſque *Martyrii* ſanctitas, & vita pro Chriſti nomine conſecrata, non ex ambiguo *Martyrii* nomine; ſed ex ampullis ſanguineo colore perfuſis inferri debet, quae Catanae una cum *Martyrii* Chriſti Martyris titulo repertae fuerant. Ita quoque vox *Marturus* proprium viri nomen in breviſſimo, ſed egregio hoc titulo cenſeri debet

† D̄P̄

(1) Diſs. V. pag. 199. (2) Murat. Diſs. XII. pag. 665. (3) Vghell. Tom. I. pag. 1344. (4) Vgh. Tom. III. pag. 57. (5) Pag. 117. (6) Murat. Pag. 1910. n. 4. 5. & Pag. 1911. n. 1. (7) Murat. pag. 1910. n. 3.

+ DP MARTVPI
PB IN PCI KAL DECEN
BRIS. D. SOLIS IND. XII

ubi perſpicue characteres expoſiti annum Chr. 608. vel 653. vel 698. vel 743. deſignant. Denique, ne exempla cetera hic perſequar, in breviſſimo Lapide apud Marangonium habetur (1)

MARTYR
IN PACE

ubi vera martyrii nota non ex *Martyris* nomine, ſed ex characteribus, & circumſtantiis aliis inferri debet, de quibus Mabillonius, & Scriptores alii accuratiſſime diſputarunt *. Quemadmodum ergo in titulis, atque Marmoribus iſtis verus certuſque martyrii character haberi non poterit, quod nempe *Marturi*, *Martyrii*, *Martyris* nomen ambiguum ſit, atque interdum veluti proprium Fidelis alicuius nomen uſurpari conſueverit; ita quoque contracta vox MART, quae in Raimberti Lapide reperitur, ambigua ſolum, non certa atque explorata, *martyrii* nota cenſeri fortaſſe debet; quod illa nimirum facile *Martyrarii* vocem exprimere profecto poſſit. Cumque non *Martyris*, ſed *Martyrarii*, vox ceteris in Lapide exaratis aptius haerere, melioremque cum ipſis ſenſum efficere videatur, facile Raimbertus ille non *Martyr*, ſed *Martyrarius*, habendus erit; ſacriſque Eccleſiae Florentinae Faſtis non *Martyr* aliquis, ſed *Levita* potius, & Cuſtos, vel *Martyrarius* adiungendus erit.

CLA-

(1) Pag. 117.

* Summopere commendanda illorum prudentia, qui ſuſpenſo plane gradu, & circumſpectione graviſſima procedunt. Nemo certe in vetuſta poſſeſſione facile turbandus. Eſt & heic ſuus Praeſcriptioni locus; niſi meliores titulos, eoque magis ſi certos, alii obiiciant. At quoties agitur de producendis novis, aut dubii ignotive nominis, ad certitudinem evehendis, ſeveritate utique opus eſt; & cavendum ab affectibus noſtris, qui quidquid amant, & cupiunt, ad verum, aut bonum illud continuo credendum nos facile abripiunt. Si rigidius olim actum fuiſſet, ſi a legibus Eccleſiaſticae diſciplinae ſanctiſſime conſtitutis non tam multi abſceſſiſſent, nunc minime tot Reliquias haberemus, ſive tot Corpora unius Sancti, quae in Catholicorum provinciis venerationi Fidelium expoſita intuemur. *Murat. Antiqu. Ital. Diſſert.* LVIII. *pag.* 54.

Digitized by Google

CLARISSIMIS VIRIS

# ETRVSCAE CORTONENSIS ACADEMIAE SOCIIS

## EDVARDVS CORSINVS.

PLurima quidem optimo, ſapientique conſilio a maioribus noſtris inventa, vel conſtituta fuiſſe conſpicimus, ut eruditae Antiquitatis ſtudia, quae praeclaris ipſorum laboribus atque incredibili prorſus ardore excitata fuerant, uberius adoleſcere, novoque in dies meliorique cultu ſplendere poſſent; ſed nihil eſt tamen, quod aut opportunius, aut illuſtrius excogitari potuiſſe videatur, quam celebres illi eruditorum hominum Coetus, & Academiae, quae peculiari quodam nomine, ac teſſera ſuiſque legibus, & Magiſtratibus inſignitae forent; atque in iis de ſingulis Antiquitatis generibus illuſtrandis communibus Academicorum viribus, initoque veluti foedere, certaretur. Vt enim praeteream ſaluberrimo id genus inſtituto innumera fere Antiquitatis monumenta, quae variis in locis miſere disiecta, ſquallore obſita iacere, ac deliteſcere cogebantur, ab interitu vindicari, atque in unum veluti theatrum collecta, & diſpoſita, poſterorum memoriae, ac ſi fieri quidem poterat, aeternitati conſecrari conſueviſſe; quis aperte non videat, quod ubi praeclarum aliquod eruditae Vetuſtatis monumentum repente e tenebris affulſiſſet, aut eximium quoddam argumenti genus explicandum proponeretur, longe facilius ipſius cognitio ex eiuſmodi Academicorum conſiliis ſperari poterat, quam ſi id privatis ſolum eruditi viri ſtudiis, ingenio, atque laboribus ageretur? Illud etiam accedere, plurimumque litterarum fauſtitati conſulere videbatur, quod ingenuis etiam Adoleſcentibus ita nobilior, faciliorque ad doctrinam aditus praeberetur: quippe quum, ſi Coetibus illis inſerti, ſacriſque veluti myſteriis quibuſdam initiati illi forent, facile Collegarum exemplo, Academicis exercitationibus, honeſtiſſimo laudis amore ita percelli, incendique poterant, ut non eximiam ſolum maiorum gloriam aemulari, ſed etiam augere, novumque Academiae ſplendorem, patriaeque decus acquirere niterentur. Facile id quidem ornatiſſimi, doctiſſimi-

que Viri, exemplis innumeris oſtendi poſſet, quum renatis in Italia literis eximia quaedam Antiquitatis illuſtrandae cupiditas ubique fere exarſerit, plurimaeque id genus Academiae, quas non immerito Eruditorum hominum Reſpublicas quis appellaverit, inſtitui maximoque literarum comodo florere coeperint; quibus deinde veluti facibus exterae quoque Gentes excitatae Coetus alios ac florentiſſimas Academias adornarunt; quarum ſtudiis egregiiſque laboribus immenſa quaedam eruditae Antiquitati gloria plurimuſque ſplendor acceſſit. Omnium tamen inſtar haberi, exemploque ſuo praeſtantiam hanc oſtendere profecto poterit Societas illa, quae Etrvscae Academiae nomine ſuperioribus annis apud Vos inſtituta feliciter, adeo praeclareque adolevit, ut ceteras omnes excellere facile videatur; quippe quae regia Principum munificentia ſplendidam ſedem ſortita, praeclaris legibus atque inſtitutis ornata, doctiſſimorum hominum nominibus illuſtrata; eximia Librorum, Gemmarum, Numiſmatum, Marmorum copia, pretioſiſque id genus cimeliis aliis referta ſit, ut quocumque demum oculos convertas, quocumque eruditae Antiquitatis genere delecteris, pulcherrima certe, atque eximia prorſus ornamenta ac praeſidia facile invenias. Quid vero de eruditis illis ac fere aſſiduis conventibus dicam, qui apud Vos haberi conſueverunt, ac *Corytanis* praeſertim *Noctibus*, in quibus de variis doctrinae & eruditionis generibus ita diſſeritur, ut quidquid ad Etruſcae, Graecae, Latinae, patriaeque Hiſtoriae cognitionem, atque accuratum omnigenae Antiquitatis ſtudium ſpectare poſſit, exquiſite, ſubtiliter ingenioſeque exponatur; ipſumque nitide accurateque deſcriptum in annuos veluti Faſtos, & Academiae Commentarios referatur? Neque privatis ſolum Academiae patriaeque ſedibus ingens illa eruditionis doctrinaeque gloria circumſcribitur; ſed ad exteras potius Gentes longe lateque diffunditur. Etenim plura, quae ab Etruſcae Academiae Sociis inventa, expoſita, variiſque Diſſertationibus illuſtrata fuerant, ex Commentariis ipſis excerpta, veluti ſtudiorum veſtrorum ſpecimen, ſuperioribus annis excuſa, publicam lucem adſpexere; eoque Eruditorum omnium plauſu probata atque mirifice commendata ſunt, ut communibus omnium votis uberior ipſarum ſeries in dies preditura ad Etruſci nominis gloriam, Italiaeque noſtrae decus exoptetur. Itaque, quum maximo Eruditorum conſenſu, unaque Gentium voce *Etruſcae Academiae* nomen, atque inſtituta efferantur, eaque gloria & celebritate apud exteras etiam Gentes ubique merito commendentur; intelligo ſane ingenueque profiteor, quantum mihi ſplendoris ex humanitate, ſuffragioque veſtro nuper acceſſerit, ubi me in Coetum veſtrum cooptaſtis; iiſque amoris ac benevolentiae ſignificationibus, dum paucis ab hinc menſibus Academiae Aedes inviſerem, devinxeritis; quarum immortalis eſt in me futura ac iucundiſſima recordatio. Ac memorem hunc quidem gratumque animum meum nobiliori quadam ratione, meliorique monimento teſtari cuperem, ſtudiiſque veſtris illuſtrandae Antiquitati unice intentis ſymbolam quamdam conferre, niſi tenues ingenii mei vires, eorumque ſtudiorum ratio, quibus diſtineor, quodammodo revocarent. Vt aliqua tamen ratione amori atque humanitati in me veſtrae reſpondere videar, eamque ſaltem, quam modo poteram, obſequii gratique animi ſignificationem exhibeam, eximia quaedam Marmora nuper inventa ſelegi, quae Vobis, Ornatiſſimi Viri, communicarem, ſimulque Latina interpretatione brevibuſque obſervationibus illuſtrata, nomine auſpicioque veſtro evulgarem; quum praeſertim, neque immerito fortaſſe, coniecerim hoc argumenti ſtudiique genus neque ab inſtituti veſtri ratione, neque a ſolemnibus Academiae exercitationibus, neque ab ipſo demum patriae Vrbiſque veſtrae nomine, origine, ac dignitate abhorrere. Quum enim ex veteri Academiae veſtrae inſtituto ſtatis quibuſque temporibus eximium aliquod ac illuſtre Graecorum Feſtum erudita Diſſertatione, & praeclaris aliis ingenii lucubrationibus exponere ac illuſtrare, Victorique praemium tribuere conſueveritis; non iniucundum certe Vobis futurum, atque a rece-

Digitized by Google

recepto hoc more alienum putavi, ſi in Graecis hiſce Marmoribus exponendis exemplo veſtro incitatus, operam ac ſtudium aliquod collocarem, in quibus celeberrima quaedam Graecorum Feſta, Agones, Certamina, Victorumque nomina ac praemia memorantur. Quandoquidem vero Marmora in ipſis Arcadum Vrbibus olim poſita, Arcadicarum Vrbium Civiumque nomina, ſpectatiſſima quoque Arcadum Feſta memorant; fieri certe vis poterit, quin eiuſmodi Monimentorum adſpectu celeberrima Gentis, Vrbiſque veſtrae origo repente vobis animo oculiſque obverſetur, eorumque Populorum gloria memoriae animiſque veſtris eximio quodam voluptatis ſenſu ingeratur, qui Graeciae totius florentiſſimi apud Vos olim ſedem fixiſſe, Vobiſque originem, mores, linguam, nomenque indidiſſe memorantur. Quis enim ignoret Arcadas, qui prius a Pelaſgo Lycaonis patre, Nyctimique & Oenotri avo, *Pelaſgi* ſunt appellati; moxque ab Arcade Nyctimi filio *Arcadum* nomen accepere, omnium primos ſuis ex ſedibus migraſſe, eamque Italiae partem primum occupaſſe, quae ab Oenotro ipſorum duce *Oenotria* dicta fuit; moxque Pelaſgos ipſos ſupra Tyrrhenos CORTONAE Vrbem finitimaſque regiones incoluiſſe? Perſpicuis id certe Pauſaniae (1) & Herodoti (2) teſtimoniis erudimur, ſi quidquid temere in Herodoti textum iam inde a Dyonifii Halicarnaſſei temporibus vitiatum irrepſerat, Maffeio praeſertim duce, expungatur, veraque lectione graviſſimo Scriptori reſtituta de *Creſtonis* Vrbis loco, veraque Pelaſgorum ſede nitide decernatur. Quemadmodum ergo Latini, ſed ſequiori ſolum aetate, a Pelaſgis ipſis, Evandro duce, colonos, literas, plurimoſque Graecorum ritus ac mores accepere; ita quoque *Cortona* Tyrrhenarum Vrbium princeps, atque ut Stephanus appellavit, *Metropolis* florentiſſima, ritus ac diſciplinas accepit: quibus longa deinde ſeculorum ſerie mirifice excelluit, iiſque ſtudio praeſertim veſtro iterum redivivis gloriari poſſe conſpicitur. Itaque non plurimum fortaſſe ego fallor, ſi pulcherrima haec Arcadum monimenta, quae Vobis offero conſecroque, pretium aliquod habitura, Vobiſque probanda fore confidam: ubi praeſertim in iis, atque leviſſimo hoc munere, argumenti dignitatem ſimulque, quod enixe peto, obteſtorque, devinctiſſimi animi mei ſenſus perhumaniter inſpicere, & quo cetera conſueviſtis, amore ac benevolentia complecti volueritis.

II. Prope Tegeam florentiſſimam quondam Arcadiae Vrbem adhuc Eccleſia ſupereſt Epiſcopali titulo ac dignitate ornata. In Templi pariete Marmor inſertum conſpicitur, quod anno 1747. diligens quidam harum Antiquitatum indagator exſcripſit; eaque prorſus characterum forma, laciniis, interiectiſque lacunis exhibuit, quas exprimendas curavi

 ENA-

(1) Οἴνωτρος δὲ ὁ τῶν παίδων νεώτατος Λυκάονι τῶν ἀρσένων, Νύκτιμον τὸν ἀδελφὸν χρήματα καὶ ἄνδρας αἰτήσας, ἐπεραιώθη ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ ἡ Οἰνωτρία χώρα τὸ ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύοντος. Οὗτος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐς ἀποικίαν στόλος πρῶτος ἐστάλη· ἀναριθμουμένῳ δὲ ἐς τὸ ἀκριβέστατον οὐδὲ ἐκ τῶν Βαρβάρων οὐδένες πρότερον ἢ Οἴνωτρος ἀφίκοντο ἐς τὴν ἀλλοδαπήν. At natu minimus Oenotrus, pecunia & viris a fratre Nyctimo acceptis, claſſe in Italiam tranſmiſit; a quo fuit ea, *in qua conſedit*, terra de regis nomine Oenotria vocitata. Atque haec prima a Graecis colonia deducta. Sed neque Barbarae gentes ante Oenotrum [ ut accuratiſſime *omnis antiquitatis memoria* revolvatur ] ad exteras gentes commigraſſe reperiuntur. Pauſan. Arcad. c. 3 pag. 603.

(2) Ἣν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· εἰ δὲ χρεόν ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἳ ὅμουροί κοτε ἦσαν τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλεομένοισι· οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γῆν τὴν νῦν Θεσσαλιῶτιν καλεομένην, καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκησάντων ἐν Ἑλλησπόντῳ, οἳ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι, καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἐόντα πολίσματα τὸ οὔνομα μετέβαλε· εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες - - - - - - - - - καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστωνιῆται οὐδαμοῖσι τῶν νῦν σφέας περιοικεόντων εἰσὶν ὁμόγλωσσοι, οὔτε οἱ Πλακιηνοὶ, σφίσι δὲ ὁμόγλωσσοι· δηλοῦσι δὲ ὅτι τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ. Quam vero linguam habuerint Pelaſgi, non poſſum certo aſſerere. Si tamen ex indiciis, & coniecturis aliquid dicere oporteat, eandem habuerunt, quam Pelaſgi, qui adhuc exſtant, & ſupra Creſtonam Tyrrhenorum Vrbem habitant, vicinique aliquando fuerunt iis, qui nunc Dorienſes vocantur, cum regionem illam incolerent, quae modo Theſſalia appellatur, & Placiam, & Pſylacem [ quum Pelaſgi ad Helleſpontum ſiti Athenienſium vicini fuerint ] & exiguas Vrbes alias, quae cum Pelaſgicae forent, nomen mutarunt. Si ex iſtis coniecturam ſumere oporteat, barbaram, *non Graecam*, linguam habuere Pelaſgi - - - - Etenim neque Creſtoniatae, neque Placieni cum Gentibus ullis ſibi nunc finitimis in lingua conveniunt, cum inter ſe tamen conveniant; adeoque oſtendunt quod eundem linguae characterem, idemque genus, qua in ea loca migrarunt, adhuc conſervant. Herodot. Libr. 1. c. 57.

Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. 1. ita ſuperiorem Herodoti locum expreſſit, ut in ipſo *Crotonem*, & *Crotoniatas* exaratum fuiſſe demonſtret: quod ad veram lectionem proxime accedit, cum perſpicue ibi *Cortona*, & *Cortonenſes* intelligi, legique debeant.

Digitized by Google

ΕΝΑΓΟΣΙ . ΤΟΙΣ . ΟΛΥΜΠΙΑ . ΟΚΟΙΣ.
ΤΩ . ΜΕΓΙΣΤΩ . ΚΑΙ . ΚΕΡΑΥΝΟΒΟΛΩ . ΔΙΙ.
ΑΝΑΤΕΤΘΕΙ . ΜΕΝΟΙΣ
ΕΚΟΜΙΣΑΝΤΟ . ΤΟΥΣΤΕΦΑΝΥΣ
ΙΕΡΗΣ . ΑΙΛΟΔΑΜΟΣ . ΕΠΑΝΑΘΑΝΑΙΑΝ , ΠΟΛΙΤΑΙ
ΔΗΜΕΑΣ , ΟΥΤΙΣ , ΦΙΛ . . . . , ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΟ.
ΚΑΙ , ΔΑΛΙΣ . ΤΕΑΤΙΠΑ , ΜΕΤΟΙΚΟΙ
ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ . ΟΛΥΜΠΙΟΣ . ΔΕΞΗΡΑΤΗΣ
ΔΕΞΗ , ΑΡΙΣΤΙΔΑΣ , ΔΙΟΝΟΣ . ΚΙΡΑΡΙΩΤΑΙ
ΠΟΛΥΤΑΙ
ΚΛΕΑΣΘΙΑΣ . ΕΑΥ , . . . ΔΙΟΚΛΗΣ , ΕΠΑΛΙΣ
ΝΙΚΑΣ . ΙΑΣ . ΛΕΡΕΑ . ΔΑΜΙΑΕΝΕΤΟΣ . ΔΕΙ
ΘΕΟΙΛΙΣ . ΘΕΟΚΑΡΙΣ . ΝΙΚΑΣ , ΑΛΚΙΣΘΕΝΕΤΟΣ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ
ΤΙΜΟΚΛΗΣ , ΤΙΜΟΚΡΕΩΙ . ΜΙΚΙΩΝ , ΓΟΡΤΥ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ

Quamvis autem eximium hoc Marmor alicubi mutilum, vitiatumque ſit, atque in ſingulos fere verſus aut lacunae, aut errores irrepſerint; pleriſque tamen rite ſuppletis, emendatis, ac reſtitutis, illud ita Latine reddi poſſe putaverim:

*In Agonibus Olympiacis*
*Maximo, & Fulminanti Iovi*
*Dedicatis*
*reportarunt coronas*
*Hieres. Aelodamus. EpAthanaean. cives*
*Demeas. Outis. Phil...... Ariſtotelis.*
*Et. Dalis. Teatipae, inquilini.*
*Olympiodorus. Olympii. Dexerates*
*Dexeratis. Ariſtides, Dionis.* Cirariotae
*Cives,*
*Cleaſtias. Eau,.... Diocles, Epalis*
*Nicas. ias. Lereae. Damiaenetus. Dei*
*Theoilis. Theochalis. Nicas. Alciſtenetus*
*inquilini.*
*Timocles. Timocrei. Micion. Gortis*
*inquilini*

Itaque ex integra Marmoris ſerie perſpicue apparet, plures in illo memorari, qui coronas aut victoriam in *Olypicis* quibuſdam Graeciae Ludis reportarunt; ut proinde merito Athleticis Inſcriptionibus a Falconerio, Muratorio, aliiſque Scriproribus una collectis, haec etiam accenſenda videatur. Illud unum in noſtro Marmore obſervari facile poterit, quo a ceteris, veluti quodam diſcrimine, diſtinguatur; quod in iſto quidem Victorum nomina, patria, & conditio, diſſimulato victoriae vel certaminis genere, memorentur; in ceteris autem victoriarum titulis ubique fere Ludi genus exprimitur, in quo Victorum quilibet palmam retulerit. Sic, ut innumeris exemplis aliis abſtineam, Cl. Muratorius pag. 649. & 651. duo Marmora Thebis poſita ex Cyriaci Schedis exhibuit, in quibus plurima Ludorum genera, totidemque Victorum nomina recenſentur; atque ita quidem ut in primo *ſtadium, pugilatus*, aliaque id genus certamina memorentur, quae curſus pernicitate, corporis viribus, & lacertorum robore peragebantur; in alio vero *cythara*, prorſa, vorſaque oratione, variis nimirum imgenii animique viribus, certatum eſſe dicatur. Quandoquidem vero ſingula Victorum nomina, qui in *Olympiis, Pythiis, Nemeaeis*, atque *Iſthmiis* Grae-

Digitized by Google

Graeciae Ludis coronam adepti fuerant, accuratiſſime conſervari conſueverant, ut in *Agoniſticis Diſſertationibus* (1) obſervavi, idque Thebis etiam inſtitutum eſſe pulcherrimis iis Marmoribus erudimur; mirari certe non poſſumus, ſi Tegeae quoque, florentiſſima nimirum Arcadiae urbe, mos ipſe invaluerit, ut Olympicorum Ludorum Victoribus eximius hic honor haberetur, ipſorumque nomina Marmoribus inſcriberentur.

III. Nihil eſt autem cur in inquirenda regione vel urbe diutius immorer, in qua *Olympici Agones* iſti peracti fuerint, qui in eiuſmodi Tegeatum Marmore memorantur. Quamvis enim *Olympiorum* nomine celeberrimi Agones illi plerumque intelligi, vel deſignari conſueverint, qui in Elide ſolum pentaeteride qualibet inſtaurari, maximaque gloria celebrari ſolebant; non alios hic tamen exprimi vel indicari putaverim, quam qui in Arcadia, atque in ipſa quoque Tegeae urbe, ſtato quodam conſtantique ritu peragerentur. Etenim plurimis Scriptorum teſtimoniis erudimur *Olympia* quaedam, Elidenſium inſtar, Athenis etiam, Smyrnae, Antiochiae, Neapoli, Epheſi, Theſſalonicae, Thyatirae, atque Alexandriae ſplendide magnificeque inſtaurari conſueviſſe (2); ut facile proinde apud Arcadas etiam, qui eximio quodam cultu Iovem venerabantur, *Olympia* quaedam inſtituta fuerint, in quibus vario certaminum, ac praemiorum genere tum *cives*, tum *inquilini* coronam aſſequerentur; quemadmodum Tegeatas ipſos quotannis hiemis tempore *Iovi Clario* feſtos dies agitaſſe Pauſanias (3) oſtendit; atque in Arcadia ipſa tum *Aleaea*, tum *Lycaea* vario certaminum ludorumque apparatu celebrari conſueviſſe oſtendetur. Ac ne coniecturas alias hic perſequar, quum Marmor, victoriaeque titulus Tegeae poſitus ſit, Victoreſque in illo memorati Arcades videantur, ut opportune mox obſervabitur, ad Olympicos certe Elidenſium Ludos victoriae illae referri non poterunt; niſi quis temere ſuſpicetur tunc in Olympicis Elidenſium Ludis non alios fere, quam Arcadas ipſos, victoriam reportaſſe. Itaque *Olympia* quaedam ab Arcadibus, & fortaſſe quoque Tegeatis, celebrata admitti debent, quae *Fulguratori*, vel *Fulminanti Iovi* conſecrata fortaſſe forent; ſive, quod Iupiter ipſe hoc nomine a Pindaro (4), ceteriſque Graeciae Scriptoribus honorari conſueverit; ſive potius quod hac appellatione eximioque titulo apud Arcadas ipſos templa ac ſtatuae Iovi dicatae forent; quemadmodum ſane Cynaetenſes Arcadiae populi, ut Pauſanias aſſerit (5), ἣν Ὀλυμπίᾳ τὸ ἄγαλμα ἀνέθυσαν τῷ Διὸς, κεραυνὸν ἐν ἑκατέρᾳ ἔχοντα τῇ χειρὶ: *in Olympia Iovis ſignum poſuere, fulmen utraque manu praeferens*; ut facile proinde hac ipſa loquendi forma, ſacroque ritu Olympicos Arcadum Ludos ab Elidenſibus diſtingui poſſe videatur; quemadmodum prorſus exinde quoque veluti charactere diſtingui poſſe putaverim, quod hic in recenſendis Victorum nominibus *cives* ab *inquilinis* ubique nitide ſecernantur; quod in Olympicis Elidenſium victoribus obſervari non conſueverat.

IV. Quandoquidem vero Victores illi partim *cives*, partim *inquilini* vocantur, ſed ipſorum tamen quilibet ad Arcadicam quandam Vrbem ſpectaſſe videtur; e re futurum putaverim ſi Victorum patriam urbiſque nomen ex vitiato, obſcuroque Marmore exculpere enitar; ſimulque nonnulla Scriptorum loca Marmoris huius praeſidio exponere, ac illuſtrare pergam. In *quinto* Inſcriptionis verſu ita Victorum nomina proferuntur:

ΙΕΡΗΣ . ΑΙΛΟΔΑΜΟΣ . ΕΠΑΘΑΝΑΙΑΝ . ΠΟΛΙΤΑΙ

Itaque *Hieres*, & *Aelodamus*, qui repente nobis occurrunt, *cives* hic nitide diſerteque appellantur. Sed quid obſcuriori, imperfectaque voce ΕΠΑΝΑΘΑΝΑΙΑΝ intelligi, vel indicari poſſe putabimus? Num depravatum aliquod alterius Victoris nomen, aut potius *Hieris*, atque *Aeladami* patria cenſeri illa debet, ut nempe ipſorum uterque unius eiuſdemque Vrbis civis dicatur? Verum quae-

(1) Pag. 112. (2) Vid. Diſſert. Agon. pag. 19. & pag. 21. & Vaillantus pag. 339. (3) Arcad. c. 53. (4) Olymp. IV. Ariſt. de Mundo c. 7. Cornunt. de Nat. Deor. c. 9. (5) Arcad. c. 19.

quaenam aut Arcadiae, aut alterius etiam regionis, Vrbs in Scriptoribus inveniri, vel afferri unquam poterit, quae hoc nomine appellaretur? Nulla quidem, opinor, aut eſſe, aut rite feliciterque inveniri illa poterit; ac, niſi plurimum fortaſſe ego fallor, eiuſmodi nomine non aliud, quam peculiaris quaedam Tegeatum *Tribus*, intelligi profecto debet, cui duo Victores illi inſcripti fuerint; ut ii proinde Tegeates eſſent, atque in *Athaneate* ipſorum Tribu cenſerentur. Etenim Pauſanias(1), ubi de Tegeatis ipſis accuratiſſime diſſerit, teſtatur illos in Tribus quatuor diremptos fuiſſe, quarum quaelibet Agyao Apollini ſignum dicaverit: tum ſubdit: ὀνόματα δὲ αἱ φυλαὶ παρέχονται, Κλαρεῶτις, Ἱπποθοῖτις, Ἀπολλονεάτις, Ἀθανεάτις. καλῦνται δὲ ἀπὸ τῦ κλήρυ, ὃν τοῖς παισὶν Ἀρκὰς ἐποίησεν ὑπὲρ τῆς χώρας, καὶ ἀπὸ Ἱππόθυ τῦ Κερκύωνος: *Tribuum ipſarum nomina perhibentur, Clareotis, Hippothoitis, Apolloneatis, Athaneatis: ſic appellatae ab agri ſorte, quam liberis Arcas propoſuit ſuis, & ſimul ab Hippothoo Cercyonis filio*: quemadmodum alibi *novem* Tegeatum ipſorum δήμυς *Populos* ita recenſet Τεγεάτας *Tegeatas*, Γαρεάτας *Garetas*, Φυλακεῖς *Phylacenſes*, Καρυάτας *Caryatas*, Κορυθεῖς *Corythenſes*, Πωταχίδας *Potachidas*, Μανθυρεῖς *Manthyrenſes*, Ἐχευήθεις *Echevethenſes*, Αφείδαντες *Aphidantes*: itaque, niſi me fallit opinio, in vitiato Marmore reſcribendum erit ΑΘΑΝΕΑΤΑΙ; duoque characteres alii ΕΠ Notae cuiuſdam, & contractionis inſtar, Aelodami patrem exprimem; ſicuti inferius nota ſive compendio ΔΕΞΗ, *Dexerati* pater indicatur. At fieri fortaſſe etiam poteſt, ut levi, facilique mutatione legendum ſit ΕΞΑΘΑΝΑΙΑΣ, ſive contracte ΑΘΑΝΕΑΤΙΔΟΣ. Quacumque tamen ratione eiuſmodi vox inflectatur, perſpicuum, ut opinor, erit, aut Vrbis, aut certe Tribus, nomen ibi deliteſcere: quemadmodum prorſus in *nono* verſu vox alia ΚΙΡΑΡΙΩΤΑΙ, quae poſt *Ariſtidae* victoris, eiuſque patris *Dionis* nomen exprimitur, perſpicue certoque victoris eiuſdem patriam, aut Tribum ſignificat. Quandoquidem vero ex Arcadicae regionis Vrbibus, variiſque locis, quorum plurima a Strabone(2), & Pauſania(3) memorantur, nullum occurrit, cui facile commodeque vox illa congruere vel affigi poſſit; ipſa non aliud, quam primam ex Tegeatum Tribubus, indicatam eſſe coniecerim: ut proinde pro ΚΙΡΑΡΙΩΤΑΙ, quod exſcriptoris, aut quadratarii vitio irrepſerat, ΚΛΑΡΕΩΤΑΙ reponi ibi debeat; quemadmodum in *decimo* proximoque verſu ΠΟΛΙΤΑΙ legendum erit. Itaque *Olympiodorus Olympii* filius (facile nimirum ΟΛΥΜΠΙΟΥ pro ΟΛΥΜΠΙΟΣ reſcribi poſſe putaverim) *Dexerates Dexerati*, & *Ariſtides Dionis* filius ex una eademque Tribu vel patria oriundi, eodemque civitatis iure donati victoriam reportarunt: cumque ii ſeorſim a civibus aliis proximeque poſt prima inquilinorum nomina memorentur, alio fortaſſe dictinctoque certaminis genere dimicaſſe videntur; quemadmodum certe varietas aliqua in iis Ludorum generibus admitti debet, in quibus inquilini non una eademque, ſed varia prorſus triplicique ſerie recenſiti coronam abſtulerunt. Quod autem ad ipſa inquilinorum nomina pertinet, haec in mutilo depravatoque Marmore vitiata adeo, confuſa, atque mirifice perturbata ſunt, ut facile exinde exculpi nitideque deſignari non poſſint. Illud unum hic aſſeri vel conſtitui poſſe videtur, quod in recenſendis quidem civium nominibus ubique Victorum patria, vel Tribus exprimitur, ut ſuperiori loco iam monui; at in triplici inquilinorum ſerie, vel claſſe, quae Marmori inſcripta conſpicitur, ſola ipſorum nomina, nullibi vero patria vel Tribus indicatur: quod ii nimirum neque in Tribum adſciti, neque civitatis iure donati forent; ſed omnis veluti patriae expertes Arcadicae ſolum regionis, ſive potius Tegeatum Vrbis, *inquilini* dicerentur. Quod argumento plane eſſe poterit, Victores alios, qui *cives* hic appellantur, non ad varias Arcadicae regionis Vrbes; ſed ad unam potius Tegeam Vrbem, adeoque varias ipſius Tribus, referendos eſſe.

V. Ac, ne fortaſſe coniicere, vel ſuſpicari quis poſſit in ultima inquilinorum ſerie ubi legitur

TIMO-

(1) Arcad. c. 53. (2) Libr. VIII. pag. 388. (3) Arcadica.

Digitized by Google

ΤΙΜΟΚΛΗΣ . ΤΙΜΟΚΡΕΩΙ ΜΙΚΙΩΝ . ΓΟΡΤΥ

truncatam ΓΟΡΤΥΝΙΟΣ vocem exaratam eſſe; adeoque *Micionem* illum ad *Gortynam* Arcadiae urbem revocari poſſe; obſervari velim, quod ΓΟΡΤΥΣ *Gortys*, veluti gentile nomen, apud Arcadas uſitatum, a Pauſania (1) ceteriſque Scriptoribus memoratur; ideoque, ſicuti *Timocles Timocrei* filius appellatur; ita quoque *Micion*, adiecto patris nomine, *Gortys* filius dicatur. Certe Pauſanias ubi de Pelaſgi, Lycaonis, ipſorumque poſteris accuratiſſime diſſerit, ait Agamedem, & Gortyn Stymphali filios quarto poſteritatis gradu ab Arcade remotos eſſe; cumque adiecisſet Aleum Aphidantis filium nonniſi tertium ab Arcade numerari, ipſumque Tegeae regiam ſibi ſedem fixiſſe, repente ſubdit: Γορτυς δὲ ὁ Στυμφήλυ πόλιν Γόρτυνα ᾤκισεν ἐπὶ ποταμῷ. καλεῖται δὲ Γορτύνιος, καὶ ὁ ποταμὸς (2): *Gortys vero Stymphali Gortyna urbem ad amnem condidit; amni etiam ipſi fuit Gortynius nomen*. Haec ipſa quoque de *Gortyna* Arcadiae urbe, de *Gortynio* Arcadum fluvio, de *Gortys*, qui utrique nomen indiderat, Pauſanias (3) ipſe variis in locis nitide conſtanterque teſtatur; alibique memorat Gortynem alium Tegeatae filium in Cretam migraſſe, ibique Gortynem urbem ſibi cognominem habitaſſe (4). Itaque mirari iam ſubit cur doctiſſimus Caſaubonus ad ſuperiora Pauſaniae verba annotaverit: *Vide num legendum ſit* Γύρτος, *a quo civitatem appellatam ait* Γυρτῶνα, *cuius meminit Homerus Iliad. H.* 4. 738. *& Apollon. Lib. II. Arg. v.* 57. *ubi interpres Graecus*, ἔςι δὲ, *inquit*, πόλις Θεσσαλίας, ἢ Περαιβίας: *Gortys autem civitas in Creta a Tauro Europae raptore condita. Euſtath. in Dionyſ. Perieg. p.* 18. Quid vero, quod etiam Khunius ibi Γύρτος legendum eſſe opinatur, laudatoque Caſauboni loco ſubiecit: *Nos quoque legimus* Γύρτος, *vel ideo, quod etiam in ea parte Macedoniae, vel Theſſaliae, quae Stymphalia dicta*, Γυρτώνην *urbem collocet Ptolemaeus Lib.* 3. *Geogr. Straboni dicitur* Γυρτών. Vterque tamen ex Interpretibus iſtis profecto fallitur, temereque prorſus Pauſaniae textum ſollicitat. Vt enim ommittam Gortynam illam a Pauſania ſemel iterumque memorari, ipſamque, licet exigui oppidi facie, Pauſaniae temporibus adhuc exſtitiſſe; adeoque Pauſaniae, auctoritatem, qui Arcadicarum, hoc eſt patriarum rerum, peritiſſimus erat, hac in parte maximam eſſe oportere, Gyrton Theſſaliae, Macedoniae, vel Stymphaliae civitas non ab Arcade quodam, vel Pelaſgi poſtero; ſed a Gyrtone Phlegyae vel Ixionis fratre originem, nomenque accepit, ut a Strabone, & Stephano, aliiſque Scriptoribus erudimur. Itaque nihil in Pauſaniae textu corrigi, mutarique poteſt; ſed *Gortyne* quaedam Arcadicae regionis urbs admitti debet; quamvis illa in noſtro Marmore minime memoretur: neque Micion *Gortynae* inquilinus, ſed *Gortys* potius, aut *Gortyos* filius videatur. Atque iſta quidem de eximio hoc Marmore, in quo *Olympicorum* Ludorum Victores memorantur, qui non alibi, quam in patria, Tegea nimirum urbe, coronam reportarunt.

VI. Quemadmodum vero Tegeatae perenni quodam monimento Victorum illorum nomina aeternitati conſecrarunt, qui in patriis Agonibus palmam adepti fuerant; adeoque plures, qui uno eodemque tempore Victores exceſſerant, ſuperiori Marmori inſcribendos curarunt; ita quoque Victorum etiam illorum nomina conſervarunt, qui in exteris Graeciae Ludis victoriam adepti, patriam urbem hoc etiam decore exornarunt. Id ex pulcherrimo praeſtantique Marmore deduci poteſt, quod in eadem ipſa Tegeae urbe in Eccleſia *S. Demetrio* ſacra, anno 1747. repertum, plures victorias, victoriaeque genera exponit, quibus Damatrius quidam, Ariſtippi filius, ac Tegeae civis, excelluit.

ΔΑ-

(1) Arcad. c. 28. & c. 4. (2) Arcad. c. 4. (3) Ibi c. 28. (4) Ibi c. 53.

Digitized by Google

ΔΑΜΑΤΡΙΟΥ ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ ΟΛΥΜΠΙΑ ΠΑΙΔΑΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
ΝΕΜΕΑ ΠΑΙΔΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑ ΠΑΙΔΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΛΕΑΙΑ ΠΑΙΔΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ
ΛΥΚΑΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΚΙΧΟΝ ΤΕΤΡΑΚΙΣ
ΜΕΜΕΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΤΡΙΣ
ΕΚΑΤΟΜΒΟΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΙΠΠΙΟΝ ΔΙΣ
ΙΣΘΜΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΔΙΣ
ΑΛΕΑΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΤΡΙΣ
ΠΥΘΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΔΙΣ
ΟΛΥΜΠΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΑΠΑΞ
ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΑΝΔΡΑΣ ΔΟΛΙΧΟΝ ΔΙΣ

*Damatrius Ariſtippi* filius vicit *Olympia* inter *iuvenes*
*Stadio*
*Nemea iuvenes dolicho*
*Aſclepia iuvenes dolicho*
*Aleaea iuvenes dolicho*
*Lycaea viros dolicbo quater*
*Nemea viros dolicho ter*
*Hecatomboea viros dolicho equeſtri bis*
*Iſthmia viros dolicho bis*
*Aleaea viros dolicho ter*
*Pythia viros dolicho bis*
*Olympia viros dolicbo ſemel*
*Baſilia viros dolicbo bis*.

Plurima quidem eximio huic Marmori illuſtrando proferri facile poſſent, ubi ſingula Certaminum, aut Ludorum genera complecti quis vellet, in quibus Damatrius ille coronam obtinuit. Quandoquidem vero plurima, ac illuſtriora certe, quae ad *ſtadium*, & *dolichum* ſpectare poterant, in *Agoniſticis Diſſertationibus* opportune iam protuli (1); quidquid etiam ad *Olympia*, *Pythia*, *Nemea*, atque *Iſthmia* referri poſſe videbantur, ita fuſius expoſui, ut verum quoque tempus oſtenderim, quo celeberrimi quatuor Graeciae Ludi ſacra, conſtantique periodo celebrarentur, nihil propemodum de Ludis illis hic diſſeram; ſed aliqua ſolum de *Aſclepiis*, praeſertim vero de *Aleaeis*, *Lycaeis*, *Hecatombaeis*, *Baſiliis*, ſive *Regiis* opportune complectar; quippe quae nunc primum in Marmoribus memorata repente nobis occurrunt.

VII. Itaque, ut ab *Aſclepiis* exordiar, Ludis nimirum, ac Feſtis illis, quae *Aſclepio*, hoc eſt *Aeſculapio*, conſecrata fuerant, haec in variis Graeciae, vel Orientis urbibus agebantur. Sic Ancyrae maximo ſplendidoque cultu celebrabantur; adeoque Μεγαλαςκλήπια dicebantur, ut in Gruteri Marmore (2) perſpicue legitur, & eximio quoque Lapide confirmatur, quod Muratorius (3) ex Montfauconio protulit. Athenis etiam haec ipſa Feſta peragi conſueviſſe ipſe omnium primus ex illuſtri Aeſchinis loco demonſtravi (4), ſimulque *octavam* Elapheboliopis diem Aſclepiis Feſtis ſacram fuiſſe oſtendi. Apud Arcadas etiam Feſta quaedam Aeſculapio conſecrata fuiſſe exinde facile ſuaderi poterit, quod ille ibi templum, ſtatuam eximioſque honores acceperit, ut a Pauſania (5) erudimur. Nullibi tamen ſplendidius ac magnificentius Aſclepia Feſta, quam Epidauri, peragebantur; adeoque Pauſanias ipſe teſtatur: τὰ γὰρ Ἀσκλήπεια εὑρίσκω τὰ ἐπιφανέςατα ἐξ Ἐπιδαύρυ (6): *Aſclepia invenio magnificentiſſima*

(1) Pag. 14. (2) Pag. 415. n. 1. & 410. n. 3. (3) Pag. 630. n. 3. (4) Faſt Attic. Tom II. pag. 308. (5) Arcad. c. 25. 26. & 28. (6) Corinth. c. 26.

Digitized by Google

*na ex Epidauro*. Ibi nimirum non modo Rhapſoedorum, & Muſicorum certamina committebantur, ut perſpicuo Platonis teſtimonio probavit Meurſius; verum etiam Agones Athletici, ut ex Pindarico Scholiaſte colligitur (1), longeque illuſtrius in Athleticis Marmoribus obſervatur, in quibus Athleta quidam, Ἐπίδαυρον Ἀσκλεπίεια (2) *in Epidauro Aſclepiia* viciſſe dicitur; quemadmodum in Sponiano Marmore legitur (3) ΑϹΚΛΕΠΙΔΕΙΑ ΕΝ ΕΠΙΔΑΥΡω, *Aſclepia in Epidauro;* cetera nimirum Marmora, in quibus Μεγαλασκληπιεῖον, *Megalaſclepiorum* Victores memorantur, non ad *Epidauria*, ut immerito putavit Meurſius, ſed ad *Ancyrana* potius, Aſclepia referri debent. Eiuſmodi vero Aſclepiorum tempus, quae Epidauri magnificentiſſime agebantur, in *Faſtis Atticis* (4), iterumque in *Agoniſticis Diſſertationibus* (5) perſpicuis veterum teſtimoniis demonſtravi; ut illa vel Hecatombaeoni, vel potius Thargelioni menſi concedi debeant. Ceterum, ut ad Damatrium, eiuſque victorias in Marmore memoratas revertar, quamvis *Aſclepia* Feſta variis in locis celebrari conſueverint; non alia tamen hic memorari putaverim, quam quae Epidauri peragebantur. Illa nimirum pentaeterica, ceteris ſplendidiora, longeque celeberrima habebantur; adeoque κατ' ἐξοχὴν *Aſclepia* vocabantur. In iis Athletarum certamina, adeoque *puerorum dolichon* in noſtro Marmore memoratum, inſtitui conſueverat; quod Athenis, Ancyrae, in Arcadia, alibique uſurpatum eſſe ignoramus. Illa denique ceteris antiquiora fuerant; cum Ancyrae ſequioribus ſolum temporibus Aſclepia Feſta inſtituta videantur, quibus Caeſarum aetate Ancyra ipſa Galatiae metropolis, atque Aſiaticarum urbium ſpectatiſſima haberi coepit. Certe Vaillantius (6) ex Ancyrae Numis, quibus *Aſclepiorum* nomen inſcribitur, Feſta illa Caracallae temporibus ibi inſtituta demonſtrat; quod Civitas illa pluribus beneficiis a Caracalla acceptis ornata, ſe *Antoninianam* ex eius nomine appellari voluerit; ſimulque *Aſclepia* Feſta, ob ſanitatem ab Auguſto recuperatam, Aeſculapio conſecrata inſtituerit. Quandoquidem vero in Nummis ipſis Aſclepia Feſta Σωτήρια; at in Lapidibus Μεγάλα *Magna* appellantur, Vaillantius ipſe coniecit *Soteria* quidem annua; *Magna* vero, Epidauriorum inſtar, *pentaeterica* fuiſſe; cumque poſt Caracallae aetatem nullibi *Soteria* memorentur, illa in deſuetudinem abiiſſe; adeoque pentaeterica ſolum aut magna perſtitiſſe, ex Ancyranis Marmoribus erudimur. Ita perſpicue certoque ad Epidauria ipſa referri debet victoria, quae in hoc Marmore memoratur:

| | |
|---|---|
| Δ--- ΚΗΔΙΣΤΩ ΜΕΓΙΣΤΩ | *Iovi colendo maximo* |
| ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ ΔΕΞΗ. | *Xenophanes Dex. fil.* |
| ΕΝ ΑΓΩΣΙΝ ΑΣΚΛΗ. | *in certaminibus Aſclepiis* |
| ΝΙΚΗΤΗΣ | *Victor* |
| ΒΩΜΟΝ ΑΦΙΕΡΩΣΕ | *Aram dicavit.* |

Siquidem Marmor, araeque titulus in Diario Eruditorum (7) Florentiae editus, nuper Epidauri repertus fuit. Itaque non alia, quam patria, ſive *Epidauria*, *Aſclepia* in illo memorantur; & Xenophanes ille non alteri urbi, quam Epidauro, adſcribi debet; ideoque Nota, ſive contractio ΔΕΞΗ non patriam; ſed Victoris patrem, ſignificat: ut proinde ΔΕΞΗΡΑΤΟΥ legi ſuppleriqne debeat; quemadmodum prorſus in Tegeate Marmore, quod ſuperius exhibui, ΔΕΞΗΡΑΤΗΣ ΔΕΞΗ. *Dexerates Dexeratis* filius nominatur.

VIII. Proxime poſt Aſclepia certamina, in quibus Damatrius *puerili dolicho* palmam obtinuit, ΑΛΕΑΙΑ *Aleaea* recenſentur, ex quibus eodem ipſo certaminis genere Damatrius Victor exceſſerit. Eiuſmodi vero Feſta, ſive certamina apud Arcadas illuſtria, *Aleae* Minervae conſecrata fuerant. Quamvis autem Dea cognomen illud ab *Alea* Arcadiae urbe acceperit, ubi ipſius tem-



(1) Nem. III. & Olymp. XIII. (2) Grut. pag. 314. n. 1. (3) Pop. Attic. pag. 222. (4) Tom. II. pag. 308. (5) Pag. 96. (6) Pag. 331. (7) Tom. V. Par. 2. pag. 254.

plum exſtiterat, ut a Pauſania erudimur [1]; quum tamen Aleus ipſe Aphidantis filius, qui Aleaeam urbem condiderat, Tegeatis ipſis Aleaeae Minervae templum conſtruxiſſet, illa eximio prorſus cultu a Tegeatis honorari conſueverat; admirabile ipſius ſimulacrum ex ebore efformatum apud illos exſtabat, quod Auguſtus Romam tranſtulit [2]; atque a Tegeatis ipſis haec Aleaea Feſta ſacro conſtantique ritu peragebantur. Itaque Pauſanias, cum plurima de Tegea urbe diſſeruiſſet, haec addit: τῦ ναῦ δὲ ὐ πόῤῥω ςάδιον χῶμα γῆς ἔςι, καὶ ἄγουσιν ἀγῶνα ἐνθαῦτα τὸν μὲν Α᾿λαῖα ὀνομάζοντες, ἀπὸ τῆς Α᾿θηνᾶς. τὸν δὲ, Α῾λώτια· ὅτι Λακεδαιμονίων τὸ πολὺ ἐν τῇ μάχῃ ζῶντας εἷλον [3]: *non procul a templo ſtadium eſt ex aggeſta terra exſtructum, in quo celebrant agones, unum quidem a Minervae nomine Aleaea vocantes; alium vero Halotia, quod plurimos Lacedaemoniorum vivos ceperunt*. Hic ipſe quoque Aleaeorum Agon a Pindari Scholiaſte una cum ceteris Arcadum Ludis memoratur: Πολλοὶ δ᾿ ἄγονται ἀγῶνες ἐν Α᾿ρκαδίᾳ. Λύκαια, Κόρεια, Αλέαια [4]: *multi vero celebrantur Agones in Arcadia; Licaea, Coria, Aleaea*: quem quidem Pindarici Scholiaſtae locum Coriis Ludis explicandis optime accurateque protulit Meurſius [5], ut oſtenderet Agones illos in Proſerpinae honorem ab Arcadibus inſtitutos eſſe; at ubi Plutarchi [6] quoque locum repente ſubiecit, in quo Scriptor ille teſtatur Calippum ἐν τοῖς Κορείοις *in Coriis*, ſive *Proſerpinalibus* Feſtis, caedem commiſiſſe, perſpicue fallitur; cum *Coria* illa Plutarcho memorata, non ad Arcadas ipſos, ſed ad Syracuſanos ſpectaverint.

IX. Ceteris tamen Arcadum Ludis antiquitate, & ſplendore excellere videbantur ΛΥΚΑΙΑ *Lycaea*, in quibus Damatrius eodem ipſo certaminis genere, nimirum *dolicho*, quater victoriam, ſed inter viros, obtinuit. Certaminis huius, Feſtique originem nitide accurateque deſcribit Pauſanias; cumque a Lycaone Pelaſgi filio Lycoſuram urbem in Lycaeo monte conditam fuiſſe, Iovique *Lycaei* nomen inditum dixiſſet, poſtremo ſubdit, quod Lycaon ipſe καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια *& Agonem ſtatuit Lycaea* [7]. Quandoquidem vero Lycaon ille, ut teſtatur Pauſanias, uno eodemque tempore in Arcadia, quo Cecrops in Attica regnavit, prima Lycaeorum inſtitutio 780. fere annis ex Petavii calculo Olympiades praeceſſiſſet. At in Euſebii Chronico *Agon Lyciorum*, hoc eſt, ut optime emendavit Scaliger, *Lycaeorum primus actus* ad annum DCCCLXXVI. refertur; ideoque ex illius hypotheſi 365 annis primum Olympicum annum praecederet: quod eo nimirum tempore Lycaea ſacra non primum quidem inſtituta, ſed iſtaurata potius fuerint, ut Scaliger ipſe obſervavit. Ita propemodum in Oxonienſi Marmore [8], ſive Marmoreo Chronico, Lycaea Feſta, humanaſque victimas in Arcadia incoepiſſe legitur, Pandione Cecropis filio in Attica imperante; & quamvis evanidae mutilaeque ſint numerales notae, quibus annus exprimebatur; perſpicue tamen ex finitimis epochis aliis apparet, circa annum R. I. 3400. adeoque 538. annis ante Olympiadas, eiuſmodi Feſta inſtituta, ſive potius, ut Prideauxius exiſtimavit, inſtaurata, meliorique cultu peracta fuiſſe. Nefarios autem ritus, quibus in Lycaeis ipſis, prorſus ut in Latiari apud Romanos ſacro humanae victimae immolari, humanoque ſanguine Iovis Lycaei ara perfundi conſueverat, nihil moror; cum ii a variis Scriptoribus expreſſi fuerint, quorum teſtimonia Scaliger, Meurſius, aliique congeſſere. Id unum potius Marmori noſtro illuſtrando addidiſſe iuverit, quod Lycaeorum Agon in ipſo Lycaeo monte olim peragi vel committi conſueverat. Etenim Pauſanias de Lycaeo ipſo diſſerens ait [9]: Ε῎ςι δὲ ἐν τῷ Λυκαίῳ Πανός τε ἱερὸν, καὶ περὶ αὐτὸ ἄλσος δένδρων, καὶ Ι῾ππόδρομός τε, καὶ πρὸ αὐτοῦ ςάδιον. τὸ δὲ αρχαῖον τῶν Λυκαίων ἦγον τὸν ἀγῶνα ἐνθαῦθα. Ε῎ςι δὲ αὐθόθι καὶ ἀνδριάντων βάθρα οὐκ ἐπόντων ἔτι ἀνδριάντων. Ε᾿λεγεῖον δὲ ἐπὶ τῶν βάθρων Α᾿ςυάνακτός φησιν εἶναι τὴν εἰκόνα, τὸν δὲ Α᾿ςυάνακτα εἶναι γένος τῶν ἀπὸ Α᾿ρκάδος: *Eſt in Lycaeo Panis etiam fanum condenſo circumſpectum luco: adiacet Hippodromus, Hippodromo ſtadium. Antiquitus Lycaeorum agonem ibi celebrabant. Sunt ibidem*

(1) Arcad. c. 23. (2) Ibi c. 46. (3) Ibi cap. 47. (4) Olymp. VII. pag. 87. (5) Graec. Feriat. in Κορείοις. (6) In Dione. (7) Arcad. c. 2. (8) Epoch. 18. (9) Arcad. c. 38.

Digitized by Google

*ibidem aliqui ſtatuarum cippi, ſtatuis amotis: eorum unius inſcriptio elegis teſtatur fuiſſe eam Aſtianactis effigiem, Arcadis patria hominis.* Itaque, ſi Pauſaniae aetate in hyppodromo, aut ſtadio ſoli ſtatuarum cippi ſtatuis amotis ſupererant, atque ille Lycaeorum Agonem τὸ ἀρχαῖον ibi peragi conſueviſſe teſtatur; non obſcure, ut opinor, innuitur Agonem illum Pauſaniae temporibus alio in loco, equiriis pompaeque commodiori celebratum fuiſſe; quemadmodum prorſus Nemei Ludi, qui prius ad Nemeum lucum inter Cleonas, & Phlyuntam poſitum agebantur, Pauſaniae aetate prope, Argiis maenia celebrabantur, ut mox demonſtrabitur. Pindari tamen aetate adhuc in ipſo Lycaeo monte, vel prope Iovis Lycaei aram haec certamina peragi conſueviſſe videntur. Siquidem Pindarus ipſe varias Xenophontis Corinthii victorias celebrans ait [(1)]:

. . . . . . . . . . . ὅσα τὲ
Α'ρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρή-
σει Λυκαΐου βώμος ἄναξ;

*quam multaque*
*Arcadas vincens* geſſerit, *teſta-*
*bitur Lycaei* Iovis *ara regina:*

ibique Scholiaſtes adnotavit κ̓ ἐν Α'ρκαδίᾳ δὲ ὅπως δεσπότης γέγονε τῦ ςεφάνυ, ὁ βώμος ἐςι μάρτυς ὁ τῦ Λυκαίυ Διὸς, κ̓ ἡ ἐκεῖ ἀγομένη πανήγυρις, ἐκεῖ γὰρ νικήσας ἐςέφθη: *quod autem & in Arcadia quoque coronam obtinuerit, teſtatur ara Lycaei Iovis, & panegyris ibi celebrata: ſiquidem ibi victoriam adeptus, coronatus eſt.* At non corona ſolum, ut ex iſto Pindarici Scholiaſtae loco apparet; ſed aereus quoque tripus victori praemii loco concedebatur, ut ex alio Scholiaſtae loco colligitur [(2)]: χαλκὸς τὸ ἆθλον τοῖς ἐν Α'ρκαδίᾳ Λυκαίοις . . δίδοται γὰρ ἐν ταῦτοις τρίπυς χαλακῦς: *aereum* erat *praemium in Lycaeis* Ludis *in Arcadia* celebratis ... *etenim in illis aereus tripus concedebatur.*

X. Atque hactenus quidem Damatrius in Agognibus illis, qui in Marmore memorantur, *dolicho* ſolum, nimirum curſu viciſſe dicitur. In alio vero Agonis, Ludique genere, quod Nemeis ſubiicitur, hoc eſt in *Hecatomboeis, equeſtri dolicho* victoriam ex viris retuliſſe legitur. Quid eiuſmodi nomine, diſtinctoque certaminis genere intelligatur, in *Agoniſticis Diſſertationibus* opportune iam monui [(3)]; & qui fortaſſe plura deſiderat, uberrimos Fabri, aliorumque Scriptorum fontes adire poterit; qui ſingula Agonum genera in Graeciae Ludis uſurpata accuratiſſime demonſtrarunt. Id unum potius inquirere, vel oſtendiſſe nunc decet, ubinam Gentium Agones illi peragerentur, cuique Deo ſacri forent, qui in Tegeate hoc Marmore Ε'κατόμβοια *Hecatomboea* vocantur; cum praeſertim eiuſmodi nomen nullibi certe, quod noverim, aut in Scriptoribus, aut in Marmoribus aliis occurrat. Quamvis tamen nullus omnino error in Marmore ſupponatur, riteque potius vox illa ΕΚΑΤΟΜΒΟΙΑ & a quadratario, & ab exſcriptore quoque exarata fuerit; non aliud certe vel Agonis, vel Feſti genus hic exprimi, vel indicari putaverim, quam quod in Iunonis honorem eximio ſplendidoque ritu ab Argivis celebrari conſueverat, atque a Scriptoribus Η'ραῖα *Heraea*, ſive Iunonia, ſimulque Ε'κατόμβαια *Hecatombaea* vocatur. Vtrumque certaminis, Feſtique nomen, ſimulque vocis originem Pindari Scholiaſtes expoſuit. Cum enim Pindarus varias Diagorae Rhodii victorias celebrans dixiſſet [(4)]:

Ο, τ' ἐν Α'ργεϊ χαλκὸς ἔ-
γνω μὶν

*Quoque* datur *in Argis aes, no-*
*vit eum*

ad illa Pindari verba Scholiaſtes ille annotavit: Τελεῖται γὰρ κατὰ τὸ Α"ργος τὰ Η"ραια, ἃ κ̓ Ε'κατόμβαια καλεῖται, παρὰ τὸ ἑκατὸν βῦς θύεσθαι τῇ Θεῷ τὸ δὲ ἔπαθλον, ασπὶς



(1) Olymp. XIII. verſ. 152. (2) Olymp, VII. verſ 153. pag. 87. (3) Pag. 14. (4) Olymp. VII. verſ. 152. pag. 87.

πὶς χαλκῆ· ὁ δὲ ϛέφανος, ἐκ μυρσίνης. *Peraguntur enim in urbe Argo Herea, quae etiam Hecatombaea vocantur; quia centum boves immolantur Deae: praemium vero ſcutum aereum; corona vero ex myrto.* Eadem fere recentior alius Pindari Scholiaſtes exponit; additque certamen ipſum, victoriaeque praemium ab Archino rege inſtitutum fuiſſe; bouumque carnes civibus omnibus diſtribui conſueviſſe. Itaque Meurſius, aliique plures exiſtimant unum idemque Argivum certamen, Feſtum, aut Agonem fuiſſe, qui duplici dictinctoque nomine vocaretur; ut aliquando quidem Ἡραῖα *Iunonia* a Numine, cui ſacra illa fuerant; aliquando Ἑκατόμβαια *Hecatombaea*, a centenario victimarum numero diceretur. Quin etiam Hyginus (1) de Ludis ipſis, quos a Lynceo Aegypti filio inſtitutos eſſe teſtatur, nitide diſerteque docet, quod Agon ille Ἀσπὶς ἐν Ἄργῳ, *Scutum in Argo* dicebatur: ſive quod Victori non corona, ſed clypeus veluti praemium, concederetur; ſive potius quod in Ludis illis in edito urbis loco clypeus quidam valide affigeretur, iſque victoriam, ac praemium aſſequeretur, qui clypeum revellere potuiſſet. Inſignem hunc Hygini locum exſcripſit Meurſius, ſimulque Marmora, in quibus Athletae quidam ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΗΡΑΣ *Clypeum Iunonis*, & ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ *Clypeum ex Argo* viciſſe memorantur; ſed ibi tamen Hyginum hallucinatum eſſe contendit, quod eiuſmodi nomine Ἀσπὶς ἐν Ἄργῳ, *Clypeus in Argo* non ſolum victoriae praemium, ſed Agonem ipſum, ab Argivis appellatum eſſe putaverit; cum potius *Scuti* nomine non Agon ipſe, ſed Agonis praemium intelligatur; eoque ſenſu Athletica Marmora explicari debeant. Ego vero doctiſſimi, atque immortalis Meurſii pace nihil hic in Hygino corrigi, vel reprehendi poſſe putaverim; eoque nomine non victoriae praemium, ſed Agonem ipſum, tum a Scriptoribus, tum in Marmoribus etiam expreſſum eſſe coniecerim. Atque illud in primis obſervari facile poterit, quod in Marmoribus illis, quae Meurſius ipſe, iam viderat, non victoriae praemia; ſed ſola potius Agonum nomina recenſentur, ut *Pythia*, *Nemea*, *Iſthmia*, *Capitolia*. Itaque, quum ceteris Agonum nominibus etiam Ἀσπὶς ἐξ Ἄργους *Clypeus ex Argo*, & Ἀσπὶς Ἥρας ἐν Ἄργει *Clypeus Iunonis in Argo* inſeratur; quis aperte non videat eiuſmodi voce non victoriae praemium, ſed Agonem ipſum indicari? Ita propemodum in Oxonienſi Marmore (2), in quo *C. Antonii Septimii Cytharoedi* victoriae recenſentur, viciſſe ille dicitur *Olympia*, *Adriana*, *Actia*, ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ, *Nemea &c.* adeoque *Argolici Clypei* nomine non praemium victoria parta relatum, ſed Agon ipſe perſpicue deſignatur; cum praeſertim in extrema Marmoris parte legatur θεματικοὺς δὲ, καὶ ταλαντιαίους πάντας ὅσους ἠγωνίσατο: quod minus accuratae feliciterque a Prideauxio redditur: *omnia propoſita praemia ſua habuere, & fuere difficillima*: quum perſpicue, certoque ſignificent: *thematicos* vero, eos nimirum, in quibus aliquid praemii loco dabatur, *& pecuniarios vicit omnes quoſcumque certavit;* nec facile fortaſſe quis dixerit *Cytharoedis* etiam, qui in Argivis Ludis viciſſent, *clypeum* coronae praemiique loco concedi conſueviſſe. Accedit etiam quod Hyginus ipſe alio in loco (3), qui fortaſſe Meurſii diligentiam effugerat, nitide diſerteque teſtatur, Lynceum Agones Iunoni conſecraſſe, *qui quinto quoque anno aguntur, qui appellantur Aſpis in Argo; e quibus Ludis curſoribus corona non datur, ſed clypeus.* Denique, ne coniecturis, & argumentis aliis hic immorer, cum Feſtum, atque Agon ille a Pindaro (4) Ἀγὼν χάλκεος, *Agon aereus* vocetur; atque in Heſychio (5) legatur Ἀγὼν χάλκειος. Τὰ ἐν Ἄργει Ἑκατόμβαια: *Agon aereus. In Argo Hecatombaea*; adeoque Iunonia Feſta Argis celebrata ex aereo clypeo, qui Victoribus concedebatur, *Aereus Agon* appellari conſueverint; intelligi ſane non poterit cur illa clariori, melioriquc voce ab Hygino, & Marmoribus Ἀσπὶς ἐν Ἄργῳ, *Clypeus in Argo*, vel Ἀσπὶς Ἥρας *Clypeus Iunonis* appellari non potuerint; adeoque *Aſpidis* nomen ab Hygino, Marmorumque auctoribus uſurpatum non ad Agonem; ſed ad ſolum potius certaminis praemium, cum Meurſio referri debeat.

XI. Quid

(1) Cap. 273. (2) Num, III. pag. 70. (3) Cap 170. (4) Nem. X. verſ. 41. (5) In Gloſſis.

XI. Quid vero ſi *Iunonia* Feſta ab Argivis celebrata, non vario ſolum, diſtinctoque *Heraeorum*, *Hecatombeorum*, & *Clypei* nomine vocari; ſed variis etiam diſtinctiſque ritibus, temporibus, ac diebus peragi conſueviſſe, nunc dixerim? Innuere id primum videtur ipſa nominum varietas, quibus in Scriptoribus, praeſertim vero in Marmoribus appellantur. In eximio Titi Statilii Marmore, quod in *Agoniſticis Diſſertationibus* expoſui [1], Argus civitas ipſum honorat ϛρατήγησαντα τῶν Α'χαίων, τὸν Αγωνοθέταν Η'ραίων, ϗ Νεμείων, ϗ Σεβαϛείων, ϗ Νεμείων, ϗ Α'τινοείων ἐν Α''ργει [2]: *Praetorem Achaeorum*, *Agonothetam Heraeorum*, *&* *Nemeorum*, *&* *Auguſtalium*, *&* *Nemeorum*, *&* *Antinoorum in Argo*. Itaque Feſta illa Iunoni ſacra hic *Heraea* vocantur; quemadmodum prorſus hoc ipſo nomine a Livio deſignantur cum ait, Philippo Macedonum regi *curationem Heraeorum*, *Nemeorumque ſuffragiis* Argivi *Populi delatam* fuiſſe [3]. At in noſtro Marmore certamen illud, in quo Damatrius palmam obtinuit, non *Heraeorum* nomine, quod certe illuſtrius, ac nobilius fuiſſet; ſed *Hecatoboeorum*, vocantur: in ceteris vero Marmoribus, quae ſuperius exhibui, neque *Heraea*, neque *Hecatomboea*; ſed ubique conſtanter vel Η''ρας Α'ρπὶς *Iunonis Scutum*, vel Α'σπὶς ὲν Α''ργῳ, *Clypeus in Argo*, vel Α'σπὶς ἐξ Α''ργυς, *Clypeus ex Argo* appellatur. Qui vero fieri potuiſſe putabimus, ut unum idemque Certamen variis hiſce nominibus in victoriarum titulis appellaretur, niſi quaedam Certaminum varietas in celeberrimis Feſtis illis haberi, adeoque varii, diſtinctique Ludi peragerentur? Haec ipſa quoque Certaminum, aut ſpectaculorum varietas ex ipſa locorum varietate non obſcure colligi deducique poſſe videtur, in quibus illa peragi conſueviſſe erudimur. Siquidem Pauſanias [4] nitide diſerteque teſtatur Nemea, atque Heraea Feſta, & Agones in ſtadio peractos eſſe, quod in ipſa Argorum Vrbe prope arcem exſtructum erat. Hecatombaea vero, vel centum boum apparatus, pompa, caedes, ac diſtributio, templum quoque Iunoni ſacrum, in quod frequentiſſima adoleſcentum armatorum corona haec pompa ducebatur, ἔξω τῆς πόλεως *extra urbem* erat, ut Palaephati, Aeneae Tactici, aliorumque teſtimoniis oſtendit Meurſius [5]. Denique locus, in quo aereus clypeus ab Athletis revellendus affigebatur, editus, ac fere inaceſſus erat ſupra theatrum, nec alio, quam Α'σπίδος *Clypei* nomine ab Argivis appellabatur, ut ex variis Plutarchi [6] locis accepimus. Itaque, cum tanta & in nominibus, & in locis varietas obſervetur, nihil hic certe veriſimilius aſſeri, ſupponique poterit, quam in ipſo quoque Ludorum tempore diſcrimen aliquod admittendum eſſe; ut una quidem die ſolemnis illa pompae celebritas, armatorum iuvenum apparatus, Hecatombes ſacrificium, eaque certamina committerentur, quae *Hecatombaea*, vel *Hecatomboea* dicebantur; alia vero Agones illi, ſi qui fuerint, qui *Heraei*, ſive *Iunonii* vocarentur; alia denique antiquiſſimum Ludi genus, quo clypeus ex edito loco refigeretur, ſimulque muſica aliaque id genus certamina peragerentur. Quandoquidem tamen Agones illi, quicumque illi fuerint, Iunoni ſacri fuerant, uno eodemque *Heraeorum* nomine a veteribus praeſertim Scriptoribus appellari potuerunt: quemadmodum prorſus apud Athenienſes Feſta Dionyſio ſacra; quamvis quatuor dies, *Pithoegia* nimirum, *Choas*, *Chytros*, & *Lenaea* complecterentur; uno tamen eodemque *Anteſteriorum* nomine vocabantur, & *novem* dierum celebritas, quorum quilibet proprio diſtinctoque certaminis, aut pompae genere decorabatur, communi receptoque *Eleuſiniorum* nomine vocabatur [7]. Quod ſi Heraea Feſta, adeoque Hecatomboea ipſa, uno tamen eodemque anni tempore apud Argivos peragi, ac inſtaurari conſueverint, ad tertios Olympiadum annos propemodum exeuntes referri illa debent. Quemadmodum enim in *Agoniſticis Diſſertationibus* obſervavi [8], Philippus Macedonum rex curatione Heraeorum, ac Nemeorum ſuſcepta, prius Heraeis, tum Nemeis praeſedit; adeoque, cum Nemea illa ineunte quar-

(1) Pag. 80. (2) Murator. pag. 561. n. 2. (3) Lib. XXVII. (4) Corinth. c. 24. (5) In Heraeis. (6) In Agide, & Pyrrho. (7) Vid. Faſt. Attic. Tom. II. pag. 306. & 378. (8) Pag. 65. & 80.

quarto Olymp. CXLII. anno contigerint, Heraea Feſta ad ſuperiorem Olympicum annum referri debent: ut ex perſpicuo quoque Iuliani Caeſaris loco deducitur, ubi teſtatur, quod apud Argivos Nemeis Ludis ϗ δύο πρόκειvται Α'γῶνες ἕτεροι, *duo etiam Agones alii praeponuntur*: quoru munus *Heraea* ipſa certiſſime cenſeri debent; alter vero fortaſſe ad *Antinoia* Argis celebrata ſpectaverit; quae in Argivo Statilii Marmore poſt Heraea ipſa memorari iam vidimus. Ceterum ex Tegeate Marmore, quod illuſtrandum ſuſcepi, non modo Feſtorum nomen, ſed Certaminis etiam genus hactenus incognitum atque in iis uſurpatum, perſpicue deducitur; quod nimirum *Equeſtre dolichum* ceteris Ludis accenſeretur; eoque certaminis genere Damatrius ſemel iterumque palmam retulerit.

XII. Antequam tamen ab *Hecatomboeis* ipſis digrediar, inſignem Pindarici Scholiaſtae, & Hygini locum ſubieciſſe nunc libet: quippe qui minus accurate feliciterque a Meurſio, ceteriſque Scriptoribus exponatur. Pindarus Ariſtomenis Aeginetae victorias enumerans, ait (1):

Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας,
Μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος, Η"
ρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον
Νίκαις τριοσαῖς, Ω'ριςόμενε-
νες, δάμασσας ἔργῳ.
*Megaris autem babes praemium,*
*Receſſuque in Marathonis. Iunoniſque certamen patrium.*
*Victoriis triplicibus, o Ariſtomenes, ſuperaſti fortitudine:*

Scholiaſtes ad haec Poetae verba obſervavit: ὡς ϗ ἐν Α'ιγίνῃ Η'ραίων ἀγομένων, κατὰ μίμησιν τῦ ἐν Α"ργει ἀγῶνος. ἄποικοι γὰρ Α'γείων Αἰγινῆται. Δίδυμος δε φησι τὰ Ε'κατόμβαια, αὐτὸν νῦν λέγειν ἐπιχώριον ἀγῶνα Αἰγινητῶν, διὰ τὴν συγγένειαν: *quod etiam in Aegina Heraea agerentur, ad imitationem Agonis, qui in Argo* celebrabatur; *ſiquidem Aegmetae Argivorum Coloni* erant. *Didimus vero ait* Poetam *ipſum Hecatombaea nunc dicere*, qui *patrius* erat *Aeginatarum Agon propter cognationem*. Perſpicuum hunc Scholiaſtae locum arripuit Meurſius, ut oſtenderet, quod Hecatombaea *Didymus etiam Aeginetis tribuit, qui nimirum ab Argivis acceperant, quorum coloni erant* (2). Sed certe ille fallitur. Tantum enim abeſt ut ex Didymi teſtimonio inferri poſſit, Hecatombaea Feſta apud Aeginetas ipſos celebrari conſueviſſe, ut nitide potius oppoſitum oſtendatur. Etenim, ſi Agon ille vere in Aegina Ariſtomenis patria peractus eſſet, ille non διὰ τὴν συγγένειαν *propter cognationem* ſolum; ſed ex ipſo potius civitatis iure, Ariſtomeni victori *patrius* a Didymo diceretur: nec Didymi ſententia vel explicatio a ſuperiori Scholiaſtae interpretatione diſſideret, ipſique contraria poneretur. Itaque Didymi ſententia fuit, Ariſtomenem Argis quidem Hecatombaea viciſſe; ſed Agonem tamen illum ipſi *patrium* fuiſſe, atque Aeginetarum *patrium* a Pindaro nominari, quod Aeginetae ab Argivis originem duxerint; ideoque ſingula Argivorum Feſta cognationis huius, ac originis iure Aeginetis ipſis *patria* viderentur: perinde quaſi non Argis, ſed in Aegina peragerentur. Ad Hygini vero locum quod attinet, ubi de Ludis a Lynceo inſtitutis, hoc eſt de Clypeo, qui a certantibus revellendus erat, victoriaeque praemio ille dixerit, haec etiam habet (3): *In his Ludis qui ſemel vincit, & iterum deſcendit ad certamen, ut niſi iterum vincat, ſaepe deſcendat*. Haec Hygini verba ſic exponit Meurſius, ut dixerit, *oportere ſemel victorem iterum vincere*; perinde quaſi nulli victoriae palma concederetur, qui ſemel iterumque non viciſſet. Eadem prorſus interpretatio idemque valor Hygini verbis a Munkero in nitida Scriptoris illius editione tribuitur. Ita nimi-

(1) Pyth VIII. verſ. 112. pag. 279. (2) In Hecatomb. (3) Cap. CCLXXIII.

Digitized by Google

mirum Hygini textum ibi refingendum exiſtimat: *In his Ludis, qui ſemel vicit, iterum deſcendit ad certamen, & niſi iterum vincat, ſaepe deſcendit*: ut nempe nemo iuſtus victor cenſeatur, niſi qui duas palmas continuas adeptus fuerit. Perizonius vero iampridem legerat: *In his Ludis, qui ſemel vicit, & iterum deſcendit ad certamen, is niſi iterum vincat, ſaepe deſcendit*: ut ſenſus ſit, eum, qui ſemel vicerit, ſi iterum aleam certaminis ſubeat, niſi iterum vincat, ſaepius in certamen deſcendere ſolere ac debere; ne qui ſemel iam victor fuerit, temere dein pro victo diſcedat. Vtramque tamen explicandi rationem ab Hygini ſententia diſſidere putaverim. Quis enim exiſtimet in Agonibus illis aereum Clypeum quem Tharraeus, aliique *clavis fixum, validum, & ſublatu difficilem* appellant, in arduo, atque inacceſſo loco ea lege affigi conſueviſſe, ut ſemel iterumque ab uno eodemque Athleta revelli deberet; eique ſoli victoriae gloria concederetur, qui iterato certamine fractiſque iam viribus clypeum ipſum iterato avulſiſſet? Tanta certe in eiuſmodi certaminis genere dexteritas, tantumque lacertorum robur requirebatur, ut in proverbium abierit ὡς τὴν ἐν Α῎ργει Α᾿σπίδα καθελὼν *quaſi in Argo Clypeum attollens* (1): perinde quaſi victoria ſine eximio quodam, praeſtantique robore acquiri non poſſet. Itaque qui fieri unquam potuit, ut nemo victor iuſtus cenſeretur, niſi qui duas palmas, eaſque continuas, adeptus eſſet, cum iteratum illud virium experimentum ne in facilioribus quidem Graeciae Agonibus exigeretur? Quinetiam, ſi Hygini verba quis accuratius inſpexerit, facile intelliget hunc certaminis iterum ſubeundi morem non a Victoribus omnibus, atque ex legis praeſcripto; ſed ex ſolo potius quorundam arbitrio, & ſuperbia uſurpari conſueviſſe. Quod vero ad Perizonii ſententiam attinet, illa a communibus Graecorum Ludorum moribus perſpicue abhorret; in quibus idem ille, qui in aliquo certaminis genere Victor exceſſerat, ſi in alio ſuccumberet, victus a Iudicibus decernebatur. Vbi vero Perizonius exiſtimat, quod Victores illi, qui in ſecundo certamine ſuccubuerant, ſaepe deſcendere cogebantur, ut iterum victoria tandem iterato parta recederent, immerito ſupponit Athletam illum, qui in ſecundo certamine fractis iam viribus ſuccubuerat, palmam facilius referre potuiſſe, ſi tertio quartoque in certamen deſcendiſſet. Itaque, niſi plurimum fallor, nihil in Hygini textu corrigi refingique debet; niſi fortaſſe cui libeat cum Heinſio legere *& iterum deſcendit ad certamen, lex eſt ut niſi &c.* Eiuſmodi vero legem, aut diſcriminis iterum ſubeundi morem retundendae ſolum Victorum ſuperbiae inſtitutum eſſe putaverim. Ille nimirum, qui in gravi, ac difficillimo, ut antea vidimus, Agonis genere ſemel palmam retulerat, ſi in certamen iterum deſcenderet, Agonis gravitatem, & victoriae gloriam veluti contemnere, ſuiſque viribus nimium tribuere, vel arrogantius efferri videbatur. Hinc optimo, gravique conſilio inſtitutum videtur, ut niſi ſecundo quoque certamine Victor fuiſſet, arrogantiae poenas daturus ſaepius in certamen ipſum defendere, viribus frangi, fatiſcere, ludibrium denique ſpectantibus debere cogeretur.

XIII. Vltimo tandem loco Feſtis, ac Ludis illis, in quibus Damatrius victoriam obtinuit, in Tegeate Marmore memorantur ΒΑΣΙΛΕΙΑ *Baſilia*, quibus ille viros bis *Dolicho* ſuperavit. Eiuſmodi vero certaminis, Feſtique nomen nullibi certe, quod noverim, in Marmoribus hactenus editis obſervatur; quin etiam ex plurimis Graecis Scriptoribus unus omnino Pindari Scholiaſtes eiuſmodi Feſtorum nomen duplici in loco, ſed ita tamen expreſſit, ut in alterutro, vel utroque potius, error irrepſerit. Etenim, quum Pindarus Diagorae victorias enumerans, dixiſſet (2)

Ο῞, τ᾿ ἐν Α῎ργει χαλκὸς ἔ-
γνω μὶν· τά τ᾿ ἐν Α᾿ρκαδίᾳ
Ε῎ργα· ϗ Θήβαις· ἀγῶνές
Τ᾿ ἔννομοι Βοιώτιοι·

*Quod-*

(1) Vid. Meurſ. in Heraeis. (2) Oly. VII. verſ. 152. pag. 87.

*Quodque* datur *in Argis aes novit eum: quaeque* dantur *in Arcadia*
*Opera: & Thebis: certaminaque legitima Boeotia:*

Scholiaſtes ad ultima Pindari verba adnotavit: ἄγονται ἀγῶνες ἐν Α'ρκαδίᾳ. Λύκαια, Κόρεια, Αλέαια. ἐν δὲ Θήβαις, τὰ Η'ράκλεια. τὰ δὲ αὐτὰ ϗ Ι'όλαια καλεῖται. ἐν δὲ Βοιωτίᾳ ἐν μὲν Θεσπειαῖς, Ε'ρώτια, ἐν δὲ Λεβαδείᾳ, τὰ καλόμενα Βασίλεια: *celebrantur Agones in Arcadia quidem, Lycea, Coria, Aleaea; Thebis vero Heraclia, quae etiam Iolaea vocantur. In Boeotia vero, Theſpiis quidem Erotia*, vel Cupidinea; *in Lebadia vero* certamina, *quae vocantur Baſilia*; quemadmodum Scholiaſtes alius ait: τελῦνται δὲ ἐν Βοιωτίᾳ διάφοροι ἀγῶνες, ἐν μὲν Θεσπειαῖς τὰ Ε'ρατίδια, ἐν δὲ Πλαταιαῖς τὰ Ε'λευθέρια· ἐν δὲ Λεβαδείᾳ τὰ Τροφώνια· ἐν δὲ Ω'ρωπῷ τὰ Α'μφιάραια: *peraguntur in Boeotia varii Agones; Theſpiis quidem Eratidia; Plataeis vero Eleutheria; Lebadiae autem Trophonia, & in Oropo Amphiaraea*. At Scholiaſtes ille, qui ſuperius *Baſilia* Lebadiae peragi, vel celebrari dixerat, alibi Feſta ipſa in Euboea celebrata fuiſſe teſtatur (1): ἐν μὲν Θήβαις Ι'όλεια, ἢ Η'ράκλεια. ἐν δὲ Ο'ρχομενῷ. Μινύεια, ἐν δὲ Ε'υβοίᾳ, Βασίλεια. ἐν δὲ Θεσσαλίᾳ Πρωτεσίλεια: *Thebis quidem Iolaea, vel Herculana; Orchomenii Minyea; in Euboea vero Baſilia; in Theſſalia autem Proteſilea*. Itaque Meurſius, ut ambagem hanc dirimat, in poſteriori Scholiaſtae loco pro ἐν Ε'υβοίᾳ, reſcribendum aſſerit ἐν δὲ Λεβαδείᾳ. Atque optime id quidem, ſi tamen cetera conſpirarent; neque eiuſmodi lectio Pindarici Scholiaſtae loco reſtituta Pindari verbis, atque perſpicue Scholiaſtis ſententiae repugnaret. Etenim Pindarus varia loca recenſens, in quibus Herodotus victoriam adeptus erat, Eleuſinem, Mynion, & Euboeam nitide diſerteque memorat:

Καὶ σέθεν Α'μφιτρύων παῖδας προσειπεῖν, τὸν Μινύα τε μυχὸν,
Καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ε'λευσῖνα, ϗ Ε"υβοιαν ἐν γναμπτοῖς δρόμοις.
*Et tuos, o Amphitryo, filios compellare, Minyaeque receſſum,*
*Et Cereris inclytum locum Eleuſinem, & Euboeam in inflexis curriculis.*

Itaque Poetae verbis accurate exponendis varia certaminum genera Scholiaſtes enumerat, quae in locis a Pindaro memoratis agebantur: & quemadmodum Eleuſine *Demetria*, Minyii Orchomeni *Minyaea* peragi conſueviſſe obſervavit; ita quoque in Euboea *Baſilia* Feſta celebrata fuiſſe teſtatur. Ergo *Euboeae* nomen ex Pindarici Scholiaſtae textu expungi non poteſt, eiuſque loco *Lebadeae* nomen cum Meurſio reſcribi; alioquin, nullum certaminis genus ſupereſſet, quod in Euboea peractum a Scholiaſte, ipſoque Pindaro deſignaretur; quum tamen Pindarus Agonem aliquem in Euboea celebratum perſpicue certoque indicaverit. Ita vero controverſiam hanc dirimi, vel Scholiaſtas ipſos, eorumque teſtimonia, quae diſſidere videntur, facile componi poſſe putaverim, quod utrobique cognomine Feſtum ageretur: hoc eſt *Baſiliorum* Agon, tum in Euboea, tum Lebadeae quoque celebraretur. Etenim, ſi Olympia, Pythia, Aſclepia, Coria, Heraea, aliaque plurima Ludorum, & Feſtorum genera variis in locis inſtituta fuerant, ut ſuperius obſervavimus; quid prohibet quin *Baſilia* quoque Lebadeae, ſimulque in Euboea variis fortaſſe ritibus, atque temporibus agerentur; ut proinde Scholiaſtes unus Agones illos enumerans, qui in Boeotia celebrabantur, Lebadeorum *Baſilia* recenſuerit; moxque Scholiaſtes alius ut Agonem in Euboea peractum exponeret, *Baſilia* ab Euboicis celebratum expreſſerit? In hac hypotheſi, quae facile pluribus

(1) Ad Iſthm. I. v. 12. pag. 431.

Digitized by Google

ribus exemplis aliis ſuaderi, & illuſtrari poſſet, nihil in Pindari, eiuſque Scholiaſtae loco mutandum eſſet; novumque ſolum Certaminis, vel Feſti nomen ita diſtingueretur; ut quemadmodum Meurſius ipſe *Baſilia* quaedam Lebadeae celebrata ceteris Graecorum Feſtis inſeruit, quod illa a Pindari Scholiaſtae, licet unico, memorentur; ita quoque *Baſilia* alia Euboica admittantur; quod iſta quoque eodem ipſo Pindarici Scholiaſtae teſtimonio proferantur. Ac de Euboicis quidem *Baſiliis* iſtis nihil propemodum in tanta rerum obſcuritate, veterumque Scriptorum ſilentio coniici, vel definiri nunc poteſt. De aliis vero, quae Trophoniorum inſtar, apud Lebadeam, incognito licet ritu, ac tempore committebantur, id unum facile coniici, vel non immerito probari poſſe putaverim, quod illa Iovi, vel Iunoni, vel utrique fortaſſe ſacra forent. Etenim Pauſanias (1) ubi de Trophonii antro apud Lebadeam celeberrimo loquitur, perſpicue teſtatur Iovem ibi R*egis* nomine, ac titulo honorari conſueviſſe: Θύει δὴ ὁ κατιὼν αὐτῷ τε τῷ Τροφωνίῳ ..... καὶ Δΐϊ ἐπίκλησιν Βασιλεῖ, καὶ Ἥρᾳ Ἡνιόχῃ: *Immolat, qui huc deſcendit, Trophonio ........ & Iovi, cui Regi cognomen, atque Iunoni Heniochae*. Ita quoque Iunonem ipſam apud Lebadeos *Regiae*, vel *Reginae* titulo decorari, eoque nomine coli conſueviſſe, pulcherrimo Cyriaci Marmore deprehendi, quod ille *Lebadeae ad Templum Iunonis Regiae ingens, & ornatiſſimum* exſcripſit (2):

ΗΡΑ . ΒΑΣΙΛΙΔΙ
ΚΑΙ . ΤΗΙ . ΠΟΛΕΙ . ΛΕΒΑΔΕΩΝ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ . ΧΡΗΣΙΜΟΥ . ΙΕΡΗΤΕΥΣΑΣ
ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΑ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . ΑΝΕΘΗΚΕΝ . ΙΕΡΗΤΕΥΟΥΣΗΣ
ΓΥΝΑΙΚΟΣ . ΑΥΤΟΥ . ΠΑΡΗΣΙΑΣ . ΤΗΣ
ΟΝΑΣΙΜΒΡΟΤΟΥ

*Iunoni Reginae*
*& Civitati Lebadeorum*
*Menander*. *Chreſimi* filius. *Sacerdotio functus*
*quinquennio*. *pecunia ſua dicavit*. *Sacerdotio fungente*
*Ipſius uxore Pareſia*
*Onaſimbroti* filia.

Itaque, ſi apud Lebadeos Iupiter *Regis*, & Iuno *Reginae* titulo veluti peculiari quodam, diſtinctoque honoris genere colebantur, eique *Iunoni Reginae* Sacerdos eligebatur, qui *pentaeteridis* ſpatio eo munere fungeretur; nihil certe veriſimilius hic aſſeri coniicive poterit, quam Ludos etiam aliquos *pentaeteride* qualibet Lebadeae peragi, vel inſtaurari conſueviſſe; qui cum Iovi *Regi*, vel Iunoni *Reginae*, vel utrique dicati forent, optimo maximoque iure Βασίλεια, *Baſilia*, ſive *Regia* dicerentur; adeoque in illis ipſis Damatrius in Tegente marmore nunc illuſtrato memoratus dolicho bis inter viros victoriam reportaverit.



(1) In Boetic. c. 39. (2) Pag. 33. n. 218.

## CLARISSIMIS VIRIS
## SOCIETATIS FLORENTINAE COLVMBARIAE SOCIIS

### EDVARDVS CORSINVS.

VNiverſam Hominum vitam mutuis quibuſdam officiis, veluti vinculis contineri, eamque fauſtitatem, quae ex foedere, & ſocietate inter homines inſtituta manare poterat, ex ſola officiorum viciſſitudine, velut uberrimo fonte profluere, graviſſimo, Sapientum omnium teſtimonio erudimur; ut optime proinde dixerit Cicero officiis illis ſublatis, omnem quoque vitae rationem, ac fauſtitatem dirimi, vel auferri oportere. Quod ſi in ceteris hominum coetibus, in publicis, privatiſque muneribus, quaecumque illa fuerint, tanta ſocietatis huius utilitas, mutuaeque benevolentiae, ac officii vis eſſe ſolet; certe non minor in iis etiam eſſe conſpicitur, quae ad literarum ſtudia, atque honeſtiſſimas facultates omnes augendas, promovendaſque ſpectare poſſunt. Quis enim ignoret ingenii noſtri vires anguſtis quibuſdam finibus circumſcribi, ut nemo unus omnia explorare, varias, atque mirifice diſſidentes eruditionis partes imbibere, animoque complecti poſſit? Huc etiam accedit, quod ingenia quaedam peculiaris cujuſdam eruditionis genere impenſius delectari, alacrius in illo verſari, atque liberius exſpatiari conſueverint; quum ceteri tamen homines ingenito quodam, occultoque pondere ad aliud omnino cognitionis ſcientiaeque genus rapi quodammodo videantur. Denique acrioribus aliquando viris ingenii quidem acumen, vividumque lumen affulget, quo graviores etiam tenebras Antiquitati circumfuſas pervadant; ſed ea tamen praeſidia illis deeſſe fortaſſe poſſunt, ex quibus uberior, & accuratior rerum cognitio pendere debeat; ſicuti viciſſim haec ipſa praeſidiorum genera iis interdum adeſſe ſolent, qui iis feliciter uti non poſſint. Itaque nihil liberalibus iſtis literarum ſtudiis ornandis promovendiſque, praeſertim vero ſingulis Antiquitatis generibus illuſtrandis, opportunius inveniri profecto poterat, quam eruditorum Hominum Societates, in quibus mutuis officiis ita certaretur, ut ipſorum alter alteri facem praeferre, alter praeſidiis alium inſtruere; omnes demum conſiliis, ſtudiis, atque ſuffragiis una coniunctis de argumentis illis, quae diſſerenda, vel explicanda contigerint, decernere viderentur. Id oculis certe veſtris, Clarissimi Viri, atque animo obverſabatur, dum eximiam Societatem hanc inſtituere voluiſtis, quae mvtvis officiis, veluti charactere quodam, ac teſſera, diſtingueretur; quod nimirum in illa Academicorum quilibet in colligendis, explorandis, illuſtrandiſque omnigenae eruditionis praeſidiis verſaretur; ut

Digitized by Google

ut quemadmodum nempe praeclare ille dixerat, quod ἡ χάρις χάριν φέρει; (1) ita quoque cognitio una cognitionem aliam pareret, praeſidium unum alteri nobiliorique praeſidio adiungeretur. Quam vero feliciter, & abunde ſpem hanc impleverit Societas vestra, adeoque Cl. Viri Equitis Ioannis Hieronymi Pactii conſilio, votis, & amori reſponderit, qui Societatem ipſam ſuis in Aedibus inſtituit, aſſidue fovit, aluit, omnique praeſidiorum genere liberaliter inſtruxit, perſpicue ſatis oſtendunt eximiae Diſſertationes illae, quae veluti primum induſtriae, ſtudiique veſtri ſpecimen Imperatoris Caeſaris FRANCISCI I. auſpiciis, tantoque Eruditorum plauſu nuperrime prodiere. Sed longe tamen uberius, ac illuſtrius oſtendere profecto poterunt innumerae Obſervationes, quaeque in privatis, publiciſque conventibus Academicorum oculis exponuntur; quae iam inde a prima Societatis origine, in Commentarios relatae, certaſque veluti in Claſſes diſtributae, uberrimum quemdam Eruditionis theſaurum continent. Quidquid enim ad patriae Civitatis, vel Etruriae Hiſtoriam, aut ſingula Antiquitatis genera illuſtranda conferre poteſt, undique conquiſitum, & accuratiſſime expreſſum deſcribitis: Numiſmata, ſigna, ſigilla, veteres lapides, aut nuper in lucem erutos, aut oblivione pridem tenebriſque obſitos, omnem denique cum ſacrae, tum profanae Antiquitatis memoriam ab interitu vindicatis; ut haec immenſa veterum eiuſmodi Monimentorum ſeges non modo Civibus, ſed Exteris etiam, qui ſpartam iſtam adornandam ſuſceperint, praeſidio eſſe poſſit. Hinc optimo maximoque iure intelligimus quantum ſplendoris, ac ornamenti florentiſſimae Civitati noſtrae bonarum artium, ac doctrinarum omnium altrici per Vos acceſſerit: ut quemadmodum nempe in celeberrimis Academiis aliis de Etruſcae linguae nitore, & caſtitate, de Poeſis, ac Eloquentiae gloria, de liberalibus etiam diſciplinis, atque artibus agebatur; ita quoque in Societate Vestra omnigenae Antiquitatis ſtudia mutuis Academicorum officiis, atque laboribus illuſtrata florerent. Id vero facilius a Vobis perfici profecto poterit, quod Societatem hanc veſtram felicibus adeo auſpiciis praeclariſque legibus inſtitutam non patriae, vel Etruriae, vel Italiae finibus circumſcribi, ſed exteris etiam Viris ingenio doctrinaque conſpicuis ita patere voluiſtis, ut illi quoque in Coetum veſtrum adlecti, eodemque prorſus Antiquitatis illuſtrandae amore incenſi, quidquid ubique, vel memoria, vel obſervatione dignum occurreret, Vobis communicarent, atque exemplo veſtro incitati in augendam veterum monimentorum cognitionem ſedulo incumberent. Quo certe loco praeclare de patria, de pulcherrimo hoc eruditionis genere, ac de Florentinis etiam Academiae Columbariae Sociis meritos eſſe conſpicimus non paucos ingenio, dignitate, atque eruditione praeſtantes Viros, qui in Coetum veſtrum adſcripti, quum prima Academiae veſtrae ſtudia, atque inſtituta merito ſuſpexiſſent, ſimulque eximio Antiquitatis explicandae ſtudio excellerent, Societatem aliam veſtrae ſimilem Panormi excitarunt, quam datis nuperrime ad Vos literis veluti *primam Florentinae Societatis Coloniam* habendam eſſe ingenue profitentur. Itaque praeclaris Academiae veſtrae inſtitutis, amori quoque, ac benevolentiae in me veſtrae deeſſe ego videar, ſi in Coetum veſtrum humanitate, ſuffragioque veſtro cooptatus, aliquo obſervantiae ſtudiique genere par pari referre, vel memorem certe gratumque animum teſtari non ſatagam. Quandoquidem vero ſplendidius aliud, & accuratius voluntatis huius erga Vos meae monimentum exſtare modo non poterat, illud idem Laconicum Marmor, cuius apographum a Vobis accepi, curante Collega veſtro Cl. V. Antonio Franciſco Gorio, veſtrae gloriae amplificandae, bonique litterariae Reipublicae augendi flagrantiſſimo, brevioribus quibuſdam notis illuſtratum Vobis offero, conſecroque: ratus eiuſmodi muneris, ac ſtudii genus eo Vobis gratius futurum, quod plurima neque iniucunda, neque a ſtudiis veſtris aliena complectatur; praeſertim vero quod a Vobis ipſis acceptum, ad Vos iterum novo fortaſſe cultu decoratum revertatur.

II. Dum Chriſtianiſſimi Galliarum Regis auſpicio, atque imperio Cl. Fourmon-



(1) Sophocl. in Oedip. Colon. ver. 1242.

montius anno MDCCXXIX. & MDCCXXX. varias Orientis Vrbes inviſeret, ut quidquid in illis eruditae Antiquitati illuſtrandae reperiretur, accuratiſſime exploraret, Spartam quoque, quae temere cum *Miſithra* confundi ſolet, adivit; eiuſque ſitum, Cyriaco aliiſque Scriptoribus hactenus incompertum, Pauſania duce, perſpicue deprehendit. Celebre in illa Lycurgi Templum, Minervae aliorumque Deorum Aedes, Regum Sepulchra, admirabile Theatrum, magnifica id genus alia florentiſſimae olim Vrbis Aedificia obſervavit; quae temporis tamen iniuria, barbaraeque gentis furore diruta, diſiecta, miſeroque fato fere ſepulta iacebant. Tercentas ibi Inſcriptiones Marmoribus inſculptas invenit, ex quibus integra fere Regum, Ephororum, Nomophylacum, aliorumque Magiſtratuum ſeries contexi poſſit. Lycurgi Sacerdotes in aliis, in aliis Agoranomi, & Plataniſtae recenſentur; Pſephiſmata, vel decreta publica, Agidiſque leges, ſepulcrales Regum tituli, Iamidarum monimenta, aliaque innumera ſubinde occurrebant, quae Vir Cl. diligentiſſime explorata deſcripſit: ex quibus incredibilem fere ſplendorem in Laconicis rebus explicandis oriri poſſe, Fourmontius ipſe teſtatur, ubi Regiae Pariſienſis Academiae Sociis Itineris huius hiſtoriam uberesque fructus expoſuit. (1) Ex plurimis autem Marmoribus, & Epigraphis, quas accuratiſſime idem Fourmontius exſcripſit, haec una, quod noverim ad *marmoream baſim Spartae* poſita, ex ipſius autographo excerpta, primum Cortonam ad Socios Etruſcos, mox per Cl. Sellarium I. C. Florentiam ad Socios Columbarios tranſmiſsa fuit, quam ſervato verſuum ordine, & characterum forma, ſubiicio, ut latina interpretatione ſimulque variis adnotationibus illuſtretur.

| Η ΠΟΛΙΣ | *Civitas* |
|---|---|
| ΠΙ ΑΙΛ ΑΛΚΑΝΔΡΙΔΑΝ ΔΑΜ̊ΡΑ | *Publium Aelium Alcandridam Damocra-* |
| ΤΙΔΑ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤȢ | *tidae* filium. *Pontificem maximum Augusti*. |
| ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ | *amantem Caeſaris*. *&* *amantem Patriae* |
| Β̄ ΠΕΡΙΟΔΟΝΙΚΗΝ ΑΡΙΣΤΟ, | *bis Periodonicam*. *optimum* |
| ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΡΕΣΒΥΝ ΒΙΔΕ | *Graecorum*. *ſeniorem Bidiae-* |
| ΩΝ ΟΙ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣ ΜΑΡ | *orum honorat. in magiſtratu Collegae Marcus* |
| ΑΥΡ ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ ΑΥΡ ΑΡΙ | *Aurelius Agatocles*. *Aurelius Ari-* |
| ΣΤΟΚΡΑΤΗΣ ΗΡΑΚΛΑ ΑΙΛ | *ſtocrates Heracleae* filius. *Aelius* |
| ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΥΡ ΕΥΤΙΧΙ | *Apollonius*. *Aurelius Eutichi-* |
| ΩΝ ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΥΡ ΑΡ | *on Philocratis* filius. *Aurelius Ar-* |
| ΤΕΜΙΔΩΡΟΣ ΛΥΚΟΥ ΤΗΣ ΤΕ | *temidorus Lyci* filius *eius tum* |
| ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΑΥΤΟΥ | *in Patriam* |
| ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ | *benevolentiae cauſſa*. *tum* |
| ΤΗΣ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΤΙΜΗΣ ΚΑΙ | *in ipſos obſervantiae*. *&* |
| ΦΙΛΟΦΡΟΣΥΝΗΣ | *amicitiae*. poſuerunt. |

In ſiniſtro latere eiuſdem baſis

| | |
|---|---|
| ΤΙΒ ΚΛ ΣΩΦΡΟΝ ΒΩΜΟΝΙ | *Tiberius Claudius Sophron Bomoni-* |
| ΚΙΣ ΣΥΝΕΦΗΒΟΣ ΠΙ | *ca* iam *Ephebus una cum Publio* |
| ΑΙ ΔΑΜΟΚΡΑΤΙΔΑ ΤΟΥ ΑΛ | *Aelio Damocratida* filio *Al-* |
| ΚΑΝΔΡΙΔΑ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ | *candridae Pontificis maximi* |
| ΤΟΥ ΣΕΒ ΚΑΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ | *Auguſti*. *&* *Divorum* |
| ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΑΥΤΟΥ | *Progenitorum eius*. |
| ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟ | *amantis Caeſaris* *&* *amantis* |
| ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΑΙΩΝΙΟΥ ΑΓΟ | *Patriae*. *perpetui Ago-* |
| ΡΑΝ ΠΛΕΙΣΤΟΝ ΕΙΚȢ ΠΑ | *ranomi*. *ſaepius Victoris ad-* |
| ΡΑΔΟ ΞΟȢ ΚΑΙ ΑΡΙΣΤȢ Ε. Λ | *mirabilis*. *&* *optimi Greco-* |
| ΝΩΣ ΣΥΝΔΙΚΟΣ ΚΑΙ ΔΑΜ | *rum*; nunc vero *Syndicus*. *&* *publicus* |
| ΣΙΟΜΑΣ ΤΗΣ ΕΠΙ ΠΑΤΡΟ | *Inquiſitor ſub Patro-* |
| ΝΟΣ ΠΑΤΡΙΔΙΚΟΥ ΤΟΥ ΕΥΔΑΜΟΥ | *ne Patridici* filio *Eudami* nepote |
| ΕΞ ΗΓΗΤΗΣ ΤΩΝ ΛΥΚΟΥΡΓΕΙΩΝ | *Praeſes*. ſive Enarrator. *Lycurgiorum*. |

At-

(1) Hiſtor. Acad. Inſcrip. Tom. IV. pag. 538.

Atque, ut ab ipſo Marmoris titulo exordiar, voces illae Η ΠΟΛΙΣ, quae in pluribus Monimentis aliis occurrunt, ſeptemque Marmoribus, quae Spartae Cyriacus exſcripſerat, praefixae conſpiciuntur, id unum ſignificant, quod Marmor, ac Monimentum illud *Civitatis decreto*, ſive *permiſſu* excitatum fuit. Siquidem pecuniae vis, & impenſa, quae ſtatuae, vel titulo erigendo neceſſaria fuerat, non ex publico Civitatis aerario, quod in pluribus tamen aliis factum conſpicitur; ſed ex privato potius civis alicuius conſenſu deprompta videtur. Hinc in Marmoribus aliis a Cyriaco laudatis, ubique Civis ille memoratur, qui impenſam ſuſcepit; nulluſque dubito quin Marmoris huius erigendi curam, ſumptumque ſuſceperit, una cum P. Aelii Collegis in ipſo Marmore recenſitis, *Tiberius Claudius*, qui in ſiniſtro Marmoris eiuſdem latere nominatur: & quemadmodum titulos alios, aut ab amico, aut ab uxore, aut a nepote, aut a Collegis excitatos eſſe conſpicimus; ita quoque *Publio Aelio Alcandridae* ea de cauſſa titulus iſte a *Tiberio Claudio* poſitus ſit, quod is cum Damocratida Alcandridae filio Ephebus fuerit; ipſoque Alcandrida *Bidiaei* munus obeunte, legitimum Epheborum tempus exegerit. Ex pluribus autem patriae magiſtratibus, quos Alcandridas geſſiſſe dicitur, quibuſque rite peractis, ſtatuae, titulique honorem meritus videtur, principe in loco memoratur, quod ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ *Pontifex Maximus Auguſti* fuerit. Itaque hoc etiam illuſtri teſtimonio, & exemplo confirmatur, quod Auguſtis ipſis, eorumque Gentilibus Sacerdotes, divinique cultus apud Graecos inſtituti, vel conſecrati iam fuerant. Sic in eximio Sponii [1] Marmore Herodes Marathonius Ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαςῶν *Pontifex Maximus Auguſtorum* vocatur; Tiberius Claudius in alio apud Cl. Muratorium [2] Ἀρχιερεὺς Ἀντωνίας Σεβαςῆς: *Pontifex Maximus Antoniae Auguſtae* dicitur; atque, ut exemplis aliis abſtineam, in pulcherrimo Athenienſi Marmore, quod ex Montfauconio [3] in Faſtis Atticis [4] opportune iam protuli, Zeno Menneae filius Phlyeus Eponymus Athenienſium *Archon*, ſimulque *Druſi Conſulis Sacerdos* vocatur. Quamvis enim Sponius [5] in Marmoris initio legerit: Ἄρχοντος κ̀ ἱερέως Δρύσου Ὑπάτου; adeoque reddendum putaverit: *Archonte, & Sacerdote Druſo Conſule*; perinde quaſi Druſus ipſe non modo Romanorum *Conſul*, ſed etiam Athenienſium *Archon*, & *Sacerdos* fuerit; perſpicue tamen in Marmore, quod adhuc Pariſiis ſupereſt, atque accuratiſſime a Montfauconio exhibetur, legitur: Ἄρχων κ̀ ἱερεὺς Δρύσου Ζήνων Μεννέου Φλυεὺς *Archon, & Sacerdos Druſi Conſulis Zeno Meneae Phlyeus*; neque *Druſo Conſule* hic reddi poterit, ut Montfauconius ipſe putavit; quum Athenienſes non Conſulum Romanorum, ſed Eponymorum potius Archontum nominibus annos exprimere, vel deſignare conſueverint; nec Zeno ille, qui Archontis Eponymi munere fungebatur, ſacerdotium aliud geſſiſſe videatur, quam Druſi, qui Tiberii Auguſti filius erat; adeoque facile hoc honoris genere ab Athenienſibus exornari potuerat. Sed neque *Auguſti* ſolum, ut in ſuperioribus exemplis apparet, eius nempe, qui tunc temporis Imperio praeerat, ſed etiam ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΑΥΤΟΥ *Divorum ipſius Progenitorum* Sacerdos in Spartano hoc Marmore Alcandridas vocatur: quod nimirum Auguſto ipſi, eiuſque Maioribus apud Spartanos unus idemque cultus tributus eſſet; quum inter Divos relati forent; adeoque a Graecis uſitato ΘΕΙΩΝ *Divorum* nomine appellarentur. Itaque, quum Alcandridas Auguſtorum Sacerdotio apud Spartanos, ut videtur, inſtituto fungeretur, ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑ *amantem Caeſaris*, quemadmodum etiam ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ *Amantem Patriae* ipſum appellatum hic eſſe conſpicimus; idemque laudis, ac praeconii genus in ſiniſtro quoque Marmoris latere, vel poſtrema Inſcriptionis parte exprimitur; in qua iterum Alcandridae nomen veluti Φιλοκαίσαρος, κ̀ φιλοπάτριδος *amantis Caeſaris, & amantis Patriae* occurrit.

III. Auguſtorum Sacerdotio, eximioque in Caeſarem, ac Patriam amori novum aliud Alcandridae decus additur; quod ille nimirum Β̄ ΠΕΡΙΟΔΟΝΙΚΗΣ, *bis*

(1) Pop. Attic. pag. 220. (2) Pag. 551. n. 1. (3) Palaeogr. pag. 148. (4) Tom. II. pag. 154. (5) Popul. Attic. pag. 106.

Digitized by Google

*bis Periodoalca* fuerit. Etenim character ille, vel nota B̄, quae non ad Φιλόπατριν, ſed Περιοδονίκην, certiſſime referri debet, δὶς *bis* ſignificat; adeoque exprimit Alcandridam ſemel iterumque in *Periodo* victorem, adeoque *bis Periodonicam* fuiſſe. Quid vero *Periodi*, & *Periodonicae* nomine intelligatur, in *Agoniſticis Diſſertationibus* [1] opportune iam monui; quod nimirum in *Gymnicis Certaminibus*, ut Feſtus ait, *Peribodon viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit, a circumitu eorum Spectaculorum*. Hinc *Periodonicae* nomen ſaepiſſime in Scriptoribus, & in Marmoribus obſervatur, quorum teſtimonia ibi protuli; quemadmodum in contexenda *Hieronicarum* ſerie, eorum nempe, qui in celeberrimis quatuor Graeciae Ludis victoriam obtinuerant, ſingula *Periodonicarum* nomina accurate recenſui; quibus eodem ipſo iure *P. Aelium Alcandridam*, cuius nomen, atque cognitio ex hoc uno Marmore repente nobis affulſit, adiungendum eſſe putaverim. Illud tamen obſervari maxime velim, quod in quatuor illis Graeciae Ludis victoriae gloria non Athletis ſolum, qui curſu, lacertorum viribus, corporiſque robore certarent; ſed iis etiam concedebatur, qui cantu, cithara, aliiſque certaminum generibus excellere videbantur; quemadmodum certe Herodorus Megarenſis viciſſe dicitur cantu: ἐπὶ περίοδον *in periodo*. [2] Itaque, ſi cui fortaſſe mirum, atque abſurdum videatur, quod Alcandridas iſte, qui Auguſti Sacerdotio, aliiſque pacis muneribus Spartae tunc fungebatur, Athletarum more, pugilatu, pancratio, curſu aliiſque id genus certaminum generibus palmam retulerit; is facile ſuſpicari poterit Alcandridam mitioribus aliis certaminibus, cantu nimirum, aut cithara contendiſſe, atque in iis victoriam reportaſſe; niſi fortaſſe potius exiſtimet Alcandridam ideo victorem hic appellari, quod equos, & quadrigas ad Ludos miſerit; adeoque Hieronis, Alcibiadis, aliorumque inſtar, victoris nomen obtinuerit. Illud etiam hic opportune obſervari poterit, quod Alcandridae in ſuperiori quidem Marmoris parte ΠΕΡΙΟΔΩΝΙΚΟΥ *Periodonicae*; in altera vero, ſive ſiniſtra, ΠΛΕΙΣΤΟΝΕΙΚȢ *Pliſtonicae*, hoc eſt *ſaepius-victoris* nomen tribuitur: quemadmodum prorſus in Muratoriano Marmore mox proferendo, Alcandridae ipſi ΠΛΕΙΣΤΟΝΙΚΟΥ titulus, atque honor conceſſus conſpicitur; ſimulque ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ *Paradoxi*, vel *admirabilis* titulo is decoratur: cuiuſmodi nomen Athletis conceſſum in Athleticis monimentis aliis occurrit, accurateque a Falconerio, aliiſque Marmorum Interpretibus explicatur. Ceterum, licet *Periodonicae*, vel *Pliſtonicae* nomen, & gloria quaecumque illa fuerit, maxima apud Graecos haberetur; longe tamen gravior nobiliorque titulus ille cenſeri debet; qui mox in Marmore memoratur, quod ſcilicet Alcandridas *Graecorum optimus* appellatur. Quamvis enim ultima vocis litera extrita ſit, adeoque in Marmore ΑΡΙΣΤΟ.. legatur, perſpicue tamen legi, ſupplerique debet ΑΡΙΣΤΟΝ; cum praeſertim in 26. verſu nitide diſerteque legatur ΑΡΙΣΤȢ: ſicuti viciſſim in hoc ipſo verſu, ubi depravate nunc legitur: Ε.ΛΝΟΣ ſuperioris verſus praeſidio reſtituti facile poterit ΕΛΛΗΝΩΣ, niſi fortaſſe malis ΕΛΛΗΝΩΝ.

IV. Eiuſmodi vero Alcandridae munera, ac dignitates non in principe ſolum, nobiliorique Marmoris facie; ſed etiam in ſiniſtro eiuſdem latere, iiſdem fere formulis vocibuſque exprimuntur; niſi quod in ſiniſtra Marmoris parte, ceteris muneribus in patria ſuſceptis, hoc etiam adiicitur, quod ille ΑΙΩΝΙΟΥ ΑΓΟΡΑΝ̄ dignitatem obtinuit. Quandoquidem vero contracta voce vel Nota ΑΓΟΡΑΝ̄ nihil aliud, quam ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥ, intelligi exponique debet, *Agoranomi* dignitas, ac Magiſtratus ceteris Laconum muneribus adiungi debet; quamvis illud nullibi, quod noverim, in Marmoribus, atque Scriptoribus obſervetur; ſed nunc primum ex hoc ipſo Marmore repente nobis affulgeat. Quinetiam Heſychius Aediles, aut Praefectos illos, qui Foro, rebuſque venalibus Spartae praeerant, a Laconibus non *Agoranomos*; ſed peculiari potius patriaque voce *Empeloros* appellatos eſſe teſtatur: Ἔμπελωρος, Ἀγορανόμος. Λάκωνες

*Em-*

(1) Pag. 100. (1) Athen. Lib. X. c. 3. & Pollux Lib. IV. ſegm. 89. 90.

*Empelorus*. Ita *Agoranomus* vocabatur apud *Lacones*: quod nimirum *Empelori* munus, ac dignitas apud Lacones eadem foret, quae Athenis, alibique clariori *Agoranomi* nomine vocabatur. Itaque Marmoris huius praeſidio conicere, vel ſuſpicari nos poſſumus, quod antiquioribus quidem temporibus adhuc incolumi Spartanae reipublicae forma, iiſque moribus, ac inſtitutis, quibus a Licurgo ornata fuerat, adhuc vigentibus, Magiſtratus illi, qui Foro praeerant, *Empelori* nomine vocarentur, illudque nomen in Scriptoribus obſervatum Heſychius expreſſerit. Romanis autem Spartae imperantibus, veterique Magiſtratum facie mirifice perturbata, novum quoque nomen a Graecis aliis uſitatum irrepſerit; adeoque non amplius *Empelori*, ſed *Agoranomi* dicerentur. At fieri fortaſſe etiam potuit, ut *Empelori* dignitas ab *Agaranomi* dignitate diſtincta foret; adeoque Spartae non *Empelori* ſolum, ſed *Agoranomi* quoque ſemper exſtiterint. Certe apud Cretenſes, qui leges, ac inſtituta plurima cum Spartanis ipſis communia habuerunt, eademque tenacius conſervarunt, *Agaranomi* dignitas habebatur, ut ex Gortynio Marmore (1) oſtendi poteſt, in quo legitur:

| | |
|---|---|
| ΠΟΥΒΛΙΟΝ . ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ | *Publium Septimium* |
| ΓΕΤΑΜ . ΤΑΜΙΑΝ . ΚΑΙ | *Getam Quaeſtorem, &* |
| ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΙΓΟΝ | *Propraetorem* |
| ΚΡΗΤΗΣ . ΚΑΙ . ΚΙΡΗ | *Cretae, & Cyrenes* |
| ΝΗΣ . ΑΝΤΟΝΙΟΣ . ΠΑΡ | *Antonius Parae-* |
| ΑΙΒΑΤΗΣ . ΚΑΙ . ΤΕΤΤ | *bata, & Tet-* |
| ΙΟΣ . ΜΑΚΕΡ . ΚΑΙ . ΤΕΙ | *tius Macer, & Ti-* |
| ΜΑΓΕΝΗΣ . ΣΟΛΩ | *magenes Solon* |
| Ν . ΟΙ . ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙ . ΤΟΝ | *Agoranomi* |
| ΦΙΛΟΝ | *Amicum* (hoc monumento honorant) |

Ita quoque in Litto, quae Cretenſis Inſulae urbis fuit, *Agoranomus* eligebatur, ut in Gruteri Marmore (2) conſpicitur, quo Τ . Φ . ΛΕΟΝΤΙΟΥ . ΥΙΟΝ . ΚΥΡΕΙΝΑ . ΑΚΕCΤΙΜΟΝ . ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΝ . Β̄ . ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ . Β̄ . ΞΥCΤΑΡΧΗΝ . ΙΕΡΟΥ . ΑΓΩΝΟC ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝ . ΤΟΥ . ΚΟΙΝΟΥ . ΤΩΝ . ΚΡΗΤΩΝ . . . . Τ . Φ . ΧΑΡΜΑΤΙΩΝ . ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ . ΠΑΤΡΩΝΑ: *Titum Flavium Leontii* filium *Quirina Aceſtimum Protocoſmum ſecundo, Agoranomum ſecundo, Xiſtarcham ſacri Agonis quinquennalis Communis Cretenſium . . . . Titus Flavius Charmation ſuum Patronum* honoravit. Quocumque tamen tempore haec *Agoranomi* dignitas apud Cretenſes, & Laconas etiam inſtituta credatur, cum in Gortynio Marmore tres Agoranomi memorentur, exinde facile inferri poterit Spartae quoque non unicum, ſed plures potius, totidemque fere Agoranomos quotannis eligi conſueviſſe; quamvis Cragius Lib. II. c. 8. de *Empeloris* ipſis accurate diſſerens, ingenue teſtetur obſcurum, ac incertum eſſe quot fuerint Empelori apud Lacedaemonios; quum Plato tamen quinarium Agoranomorum numerum in ſua Republica conſtituendum eſſe decreverit: (3) quo certe loco Platonem non Lacedaemoniorum, ſed Athenienſium potius morem rexpexiſſe putaverim, apud quos Agoranomi quinque in Piraeeo, totidemque in Vrbe ſortito duci, vel deſignari conſueverant, ut ex Harpocratione erudimur. Quandoquidem vero Alcandrides tum in noſtro, tum etiam in Muratoriano Marmore Αἰώνιος Ἀγορανόμος *perpetuus Agoranomus* appellatur; perſpicue apparet Agoranomos alios Lacedaemone certo quodam temporis ſpatio imperaſſe, & facile quotannis mutari conſueviſſe: quemadmodum prorſus Gymnaſiarchas etiam definito ſolum temporis ſpatio hoc munere perfunctos eſſe Cyriaci Marmor oſtendit in quo legitur: (4)

Η ΠΟ-

(1) Gruter. pag. 1099. n. 7. (2) Pag. 1094. n. 5. (3) *De* Legib. VI. (4) Pag. 38. n. 248. & Murator. pag. 560. n. 4.

Digitized by Google

Η ΠΟΛΙΣ
ΣΕΚ . ΠΟΜ . ΣΠΑΤΑΛΟΝ . ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑ . ΚΑΙ . ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΤΟΝ ΔΙΣ . ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ . ΚΑΙ
ΠΑΤΡΟΝΟΜΟΝ . ΚΑΙ , ΑΙΩΝΙΟΝ , ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ

*Civitas*
*Secundum . Pomponium . Spatalum . Agatoclis* filium
*Amantem Caeſaris . & amantem Patriae*
*bis Gymnaſiarcham . &*
*Patronomum . & perpetuum Gymnaſiarcham .*

In alio quoque Cyriaci eiuſdem Marmore (1) *perpetai Gymnaſiarchae* mentio reperitur, ſimulque *trinus* eiuſmodi Gymnaſiarcharum apud Spartanos numerus hactenus incognitus demonſtratur;

Η ΠΟΛΙΣ
Μ . ΑΥΡΗΛΙΟΝ . ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗ . ΔΑΜΑΙΝΕΤΟΥ . ΙΕΡΕΑ . ΚΑΤΑ . ΓΕΝΟΣ
ΑΠΟ . ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ . ΜΗ . ΑΠΟ . ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ . ΜΔ . ΑΙΩΝΙΟΝ . ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ
ΜΕΤΑ . ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ , ΚΑΙ . ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ . ΚΑΙ . ΠΟΛΙΤΗΝ . κ, τ . λ.

*Civitas*
*M. Aurelium . Ariſtocratem . Damaeneti* filium *Sacerdotio gentilitio fungentem*
*ab Hercule XLVIII. a Dioſcuris XLIV. perpetuum Gymnaſiarcham*
*cum Dionyſio , & Ariſtotele , & civem &c.*

moxque in extrema Marmoris parte cives alii recenſentur, qui Πρόϛαντες ἐν Γυμνασίῳ *Praefecti Gymnaſio* nominantur, titulumque Ariſtocrati amicitiae cauſſa dedicaſſe dicuntur.

V. Ceteris demum Alcandridae laudibus, & honoribus hic etiam poſtremo loco accenſetur, quod ille ΠΡΕΣΒΥΣ ΒΙΔΕΩΝ fuerit. Cui quidem muneri, ac dignitati accuratius exponendae illud in primis obſervari facile poterit, quod in ipſo Marmore ΒΕΙΔΙΩΝ, ſive potius ΒΕΙΔΙΑΙΩΝ reſcribi debet. Siquidem Magiſtratus illi, vel Cives, qui moderandis, dirigendiſque Epheborum moribus, & exercitationibus a Lycurgo inſtituti fuerant, ab Euſtathio, & Pauſania quoque Βειδιαῖοι *Bidiaei* appellantur. Itaque componendis Epheborum moribus, & controverſiis, quae inter illos obortae forent, dirimendis, *Bidiaei* praeerant; eoque nomine, ut optime Cragius obſervavit, ſuum & ipſi tribunal curiamque Foro proximam habuere: τῶν Ε᾽φόρων, καὶ Νομοφυλάκων καὶ καλυμένων Βειδιαίων ἀρχεῖα ἐϛιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς: (2) *Ephororum, & Nomophylacum, & eorum, qui Bidiaei appellantur, tribunalia* ſupra *Forum ſunt*. Eiuſmodi vero gymnicae Epheborum exercitationes tum in Χορῷ *Choro*, tum in Δρόμῳ *Dromo*, loco nimirum curſibus opportuno; tum in Ε᾽φεβαίῳ *Ephebaeo;* praeſertim vero ἐν τῷ Πλατανιϛᾷ *Plataniſta*, loco ſcilicet platanis ubique conſitis ornato, peragi conſueverant, ut fuſe, accurateque deſcribit Pauſanias; (3) adeoque *Bidiaei* τὰ ἐπὶ τῷ Πλατανιϛᾷ καλύμενα, καὶ ἄλλυς τῶν Ε᾽φήβων ἀγῶνας τιθέναι καθέϛηκεν: *iis, quae in Plataneto ſiunt*, adeoque *Plataniſta vocantur, & aliis Epheborum certaminibus praeſunt*. (4) Ita vero Pauſanias ipſe Bidiaeos Ephoris quorum dignitas Lacedaemone maxima, & ſuprema fuerat, coniungit, ut Ephoros, *quinque*, totidemque prorſus Bidiaeos etiam fuiſſe dixerit: τοῖς δὲ Ε᾽φόροις, καὶ Βιδιαίοις πέντε ἀριθμὸν ἑκατέροις ὖσι: *Ephori, & Bidiaei quini numero utrique*. Itaque, licet in noſtro Marmore *Bidiaei* nomen vitiatum ſit; nullus tamen ambigendi locus ſupererit, quin Alcandridas hoc Bidiaei munere perfunctus fuerit; adeoque ceteri, qui mox in Marmore recenſentur, atque οἱ συνάρχοντες *in Magiſtratu collegae* vocantur, eodem ipſo Bidiaei munere ſint decorati; quemadmodum prorſus in alio Marmo-

(1) Pag. 38. num. 249. & Murator. pag. 610. n. 2. (2) Pauſan Lacon. c. 11. (3) Ibi c. 14. (4) Ibi c. 11.

Digitized by Google

more mox proferendo οἱ Συνάρχοντες τῆς Πατρονομίας *Collegae Patronomi* memorantur. Ea vero de cauſſa Alcandridam ΠΡΕΣΒΥΝ ΒΙΔΙΑΙΩΝ *Seniorem Bidiaeorum* in Marmore vocatum eſſe putaverim, quod inter Bidiaeos ipſos vel ordine primus, vel natu maior, vel in obeundo munere antiquior eſſet; ſicuti in alio Marmore ΠΡΕΣΒΥΣ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΩΝ *Senior Nomophylacum* vocatur. Ac certe quidem ex pluribus, qui uno eodemque Magiſtratu, vel munere fungebantur, eum honoratiorem, aliorumque veluti principem, haberi conſueviſſe ex Xenophonte (1) deduci poteſt, qui inter *Hippagretas* natu maximi, ſeniorisque praecipuam rationem habitam eſſe teſtatur: καὶ τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἱππαγρετῶν κέλευέ σοι ξύμπεμψαι ἓξ ἢ ἑπτὰ, οἳ ἂν τύχωσι παρόντες: *maximo natu Hippagretarum manda, ut tecum mittat ſex, aut ſeptem, qui forte aderunt*. Quandoquidem vero Pauſanias nitide, diſerteque teſtatur Bidiaeos Spartae, Ephororum inſtar, *quinque* ſolum eligi conſueviſſe; & Συνάρχοντες *Collegae* illi, qui in Marmore recenſentur, *quinarium* numerum explent; qui fieri unquam poterit, ut Alcandridas ipſe una cum illis, veluti Collegis, *Bidiaei* munus obiverit, niſi *ſenarius* Spartae Bidiaeorum numerus admittatur? Controverſiae huic, aut difficultati dirimendae ſuſpicari facile poſſumus, quod ita Marmor intelligi, exponique debeat, ut quinque Cives illi, qui Συνάρχοντες vocantur, Bidiaei munere tunc temporis fungerentur, quo titulus Alcandridae poſitus, & honores, exacto iam Magiſtratus tempore, decreti fuerunt: Alcandridas autem eo Magiſtratu iampridem exceſſerit; eaque ratione, vel ſenſu Πρέσβυς Βιδιαίων *Senior Bidiaeorum* in Marmore nominetur, quo apud Romanos ille *Ex-Conſul*, *Ex-Praefectus &c.* vocari conſueverat, qui iis muneribus perfunctus eſſet. Fieri etiam poteſt ut Alcandridae temporibus, quibus antiquior Spartanae Reipublicae forma plurimum variata fuerat, Bidiaei non *quinque*, ſed potius *ſex* eligerentur; aut veteri quinque Bidiaeorum numero, quem Lycurgus inſtituerat, novus alius, veluti primus aliorumque Praeſes, adiungeretur, qui proinde *Bidiaeorum Senior*, atque nobilior appellaretur: quo plane fieret eiuſmodi Marmor poſt Pauſaniae aetatem, quo ſuperſtite adhuc *quinarius* Spartae Bidiaeorum numerus habebatur, excitatum fuiſſe. Poſterior haec explicatio facile Inſcriptionis alterius exemplo confirmari fortaſſe poterit, quam Cyriacus Lacedaemone ad marmoreas Caſtoris, & Pollucis ſtatuas invenit (2):

ΘΕΟΙΣ
ΣΩΤΗΡΣΙ . ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ
ΓΕΡΟΝΤΕΣ . ΕΠΙ . ΤΟΥ . ΜΕ . ΠΡΑΤΟΛΑΟΥ . ΤΟΥ . ΔΕΞΙΜΑΧΟΥ . ΩΝ
ΠΡΕΣΒΙΣ . ΝΕΙΚΟΚΡΑΤΕΣ . ΣΕΙΜΗΔΕΙΚ . ΓΕΡΟΝΤΕΥΣΑΣ . Δ . ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΣ . ΓΒ

*Diis Servatoribus Dioſcuris*
*Senes ſub Tot. me Pratolao Deximachi* filio.
*quorum Senior* eſt *Nicocrates Simedicae* filius
*Senis munere perfunctus quater*, *Senioris* autem *ter*

Perſpicue hic apparet *Geromes*, aut *Senes*, ex quibus ampliſſimus, Spartaeque honoratiſſimus ordo, ſive Senatus componebatur, ſtatuas illas Dioſcuris ſub Pratolao Deximachi filio Ephori, ut videtur, aut alterius Eponymi magiſtratus munere fungente dedicaſſe, dum Nicocrates Simedicae filius Gerontum ipſorum *Senior* eſſet, eodemque *ſenioris* honore iam *tertium* fungeretur; quemadmodum *Gerontis* munus *quarta* iam vice obibat. Itaque, ſicuti Nicocrates ille, qui Gerontum Πρέσβυς *ſenior* hic appellatur, ceteris Senibus, qui titulum ſtatuaſque dicaverant, certiſſime adiungi debet; ita quoque vix dubito quin Alcandridas, qui in noſtro Marmore Πρέσβυς Βιδιαίων *Senior Bidiaeorum* vocatur, ceteris *quinque* Synarchontibus, ſive Collegis in ipſo Marmore nominatis, ſit accenſendus, adeoque *ſenarius* Bidiaeorum numerus admitti debeat.



(1) Rerum Graec. Lib. III. pag 290. (2) Pag. 40. n. 257. Murat. pag. 401. num. 4.

VI. At neque ſolum inter *Bidiaeos*, ſed etiam inter *Nomophylaces*, hoc ipſo Πρέσβεως *ſenioris* munere Alcandridas ille perfunctus fuit; ut ex alio Cyriaci (1) Marmore oſtendi poteſt, quod ea de cauſſa libentius hic proferam, ut cetera ſuperius expoſita confirmentur; & Cyriaci fides in exſcribendis Marmoribus, quae pluribus ſuſpecta eſſe ſolet, opportune oſtendatur; cum eadem prorſus Civium, & Magiſtratuum nomina in Cyriaci Marmore memorentur, quae in noſtro quoque Fourmontii Marmore conſpiciuntur. Itaque Cyriacus inſcriptiones aliquot Lacedaemone *ad egregiam Gymnaſiorum ſcenam* exſcribens, hanc etiam *ad marmoream baſim* invenit:

Η ΠΟΛΙΣ
Μ.ΑΙΛΙΟΝ.ΛΕΟΝΤΑΝ.ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ.ΤΑΤΕ.ΑΛΛΑ.ΚΑΛΩΣ
ΠΟΛΙΤΕΥΣΑΜΕΝΟΝ.ΚΑΙ.ΜΑΛΙΣΤΑ.ΤΗΝ.ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΙΑΝ.ΦΙΛΟΤΙΜΩΣ
ΚΑΙ.ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΩΣ.ΕΚΤΕΛΟΥΝΤΑ.ΚΑΙ.ΤΗΣ.ΑΛΛΗΣ.ΑΡΕΤΗΣ.ΧΑΡΙΝ
ΠΡΟΣΔΗΞΑΜΕΝΟΥ.ΤΟ.ΑΝΑΛΩΜΑ.ΠΟΠΛΙΟΥ.ΑΙΛΙΟΥ.ΔΑΜΟΚΡΑΤΙΔΑ.ΤΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΡΙΔΑ.ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ.ΤΟΥ.ΣΕΒΑΣΤΟΥ.ΚΑΙ.ΤΩΝ.ΘΕΙΩΝ.ΠΡΟΓΟΝΩΝ
ΑΥΤΟΥ.ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΟΣ.ΚΑΙ.ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟΣ.ΑΙΩΝΙΟΥ.ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥ
ΠΛΕΙΣΤΟΝΙΚΟΥ.ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.ΚΑΙ.ΑΡΙΣΤΟΥ.ΕΛΛΗΝΩΝ.ΠΡΕΣΒΕΩΣ
ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΩΝ

*Civitas*
*Marcum Aelium Leontam Gymnaſiarcham. qui & in aliis*
*civem egregium ſe praebuit. & praeſertim Gymnaſii Praefecturam decore*
*magnificeque geſſit. aliarumque ipſius virtutum cauſſa* honorat.
*Suſcipiente impenſam Publio Aelio Damocratida*
filio *Alcandridae Sacerdotis maximi Auguſti. Divorumque eius Progenitorum*
*amantis Caeſaris. & amantis Patriae. perpetui Agoranomi*
*ſaepius Victoris admirabilis. & optimi Graecorum. Senioris*
*Nomophylacum*

Qui Cyriaci Marmor cum Fourmontiano contulerit, facile intelliget unum eundemque Alcandridam Damocratidae patrem in utroque memorari; & quamvis in Cyriaci Marmore ſenſus obſcuritas, atque perplexitas obſervetur, ideoque ambiguum videatur an munera, quae in poſtrema ipſius parte recenſentur Damocratidae, vel Alcandridae ipſius patri adſcribi debeant, Alcandridam tamen potius, quam Damocratidam titulis, atque honoribus illis ornatum eſſe putaverim. Itaque ceteris Alcandridae muneribus hoc etiam adiungi debet, quod ille graviſſimo *Nomophylacum* collegio inſcriptus fuit; atque inter illos Πρέσβεως *ſenioris* titulum, principem nimirum nobilioremque locum, obtinuit. Nomophylaces autem a Lacedaemoniis eligi conſueviſſe, qui legum cuſtodiae praeeſſent, ipſas exponerent, & Magiſtratus alios receptis legibus uti cogerent, perſpicuo Pauſaniae teſtimonio oſtenderat Cragius, (2) cui certe nobilius aliud, longeque illuſtrius ex hoc ipſo Marmore teſtimonium accedit. Atque utinam quidem praeſidium etiam aliquod definiendo Nomophylacum numero exſculpi inde poſſet! quum ille nobis incognitus, obſcuruſque ſit. Minoëm quidem, qui Cretenſibus iura conſtituit, Nomophylaces duos Rhadamantum ſcilicet, ac Talum elegiſſe Plato teſtatur: (3) quod argumento fortaſſe eſſe poſſet apud Cretenſes, & Spartanos etiam, qui inſtituta plurima ex Cretenſibus acceperant, (4) Nomophylaces *duos* eligi conſueviſſe; ſed in tanta obſcuritate, veterumque Scriptorum ſilentio nihil temere definire ego velim. Id unum veluti perſpicuum ex ſuperiori Marmore conſtitui poteſt, quod cum Alcandridas Πρέσβυς Νομοφυλάκων *Senior Nomophylacum* dicatur, binarius ſaltem Nomophylacum numerus apud Lacedaemonios admitti debet. Quandoquidem vero, ut id opportune obſervetur, Πρέσβεως *Senioris* titulum cum Bidiaei, & No-

(1) Pag. 39. n. 251. & Murator. pag. 546. n. 4. (2) Lib. II c. 6. (3) In Minoë. (4) Pauſan. Lacon. c. 2.

Digitized by Google

Nomophylacis etiam nomine coniunctum eſſe conſpicimus, facile Heſychius notari, corrigique poterit, qui Πρέσβεως *Senioris* nomine *Agoranomum* deſignatum eſſe putavit: Πρέσβυς. Α'γορανόμος. *Senex*. *Agoranomus*: perinde quaſi *Agoranomi* dignitas alterutro nomine appellaretur. Viderat, opinor, Heſychius in Scriptore, vel monimento quodam civem aliquem Πρέσβυν Α'γορανόμον, ſive Α'γορανόμων *Seniorem Agoranomorum* vocari; adeoque temere exiſtimavit tantumdem *Presbeos*, & *Agoranomi* nomen exprimere; cum tamen id unum exinde colligi, inferrique poſſet, inter Agoranomos etiam ipſorum aliquem *Senis* nomine diſtingui conſueviſſe; quemadmodum prorſus in Bidiaeis, ac Nomophylacibus obſervatum eſſe iam vidimus.

VII. Atque iſta quidem de variis honoribus, victoriaeque praeconiis, quae vel Lacedaemone, vel in aliis Graeciae Vrbibus Alcandridas iſte obtinuit. Quandoquidem vero Tiberius Claudius Sophron, qui titulum hunc excitavit, Alcandridae laudibus, ac officiis ordine memoratis, ad illa quoque digreditur, quibus ipſe in Spartana Republica fungebatur; ea nunc breviſſime complectemur, ut illa praeſertim opportune exponantur, quae pridem eruditis omnibus incomperta ex hoc ipſo Marmore primum affulſere. Nihil eſt autem, ut ab ipſo nomine exordiar, cur in Notis, aut Siglis iſtis TIB. KΛ. explicandis hic immorer; cum iis nitide diſerteque *Tiberii Claudii* nomen hic alibique ſaepius exprimatur; quod, quamvis Romanum foret, aliorum tamen inſtar, a Graecis ipſis adhiberi conſueverat, ut exemplis aliis apparet. Itaque vox alia ΣΩΦΡΩΝ peculiare viri nomen, vel agnomen ſignificat; perinde quaſi civis ille Latinorum more *Tiberius Claudius Sophron* diceretur. At non facile profecto ego dixerim quid alio ΒΩΜΟΝΙΚΙΣ nomine deſignetur: utrum nempe Tiberius Claudius Sophron hoc etiam nomine vocaretur; ſive potius ΒΩΜΟΝΙΚΙΣ voce Sophronis eiuſdem pater exprimatur; quemadmodum prorſus civibus aliis, qui in Marmore recenſentur, ſemper etiam patrum nomen adiicitur. Si graeci tamen nominis inflexionem ſpectaveris, in Marmore ΒΩΜΟΝΙΚΗΣ reſcribendum, adeoque diſtinctum aliud Sophronis agnomen hoc eſſe conieceris. In proxima autem voce pro ΣΥΝΕΦΗΒΟΣ perſpicue reponi debet ΣΥΝΕΦΗΒΟΣ *Synephebus*: quod nimirum Lacedaemone, ut ſuperius eſt obſervatum, adoleſcentes una gymnaſticis ſtudiis, atque exercitationibus certo quodam, legitimoque temporis ſpatio vacarent; adeoque merito *Synephebi*, vel *ſimul-Ephebi* dicerentur; quemadmodum ii, qui ex Ephebis ipſis exceſſerant, *Sphaerei*, Pauſania [1] teſte, vocabantur: Σφαιρεῖς οἱ ἐκ τῶν Ε'φήβων ἐς ἄνδρας ἀρχόμενοι συντελεῖν: *Sphaerei qui, cum ex Ephebis exceſſerint, inter viros iam cenſeri incipiunt*. Vbi vero Sophron ille dixiſſet ſe una cum Damocratida Alcandridae filio olim Ephebum fuiſſe; tum ſubdit ſe modo *Syndici* munere decorari, ideoque ΣΥΝΔΙΚΟΣ in Marmore nominatur. Quid eiuſmodi nomine, vel officii genere apud Laconas intelligatur, definiri certe non poterit, cum neque Cragius, neque ullus omnino Veterum *Syndici* nomen, ac dignitatem a Laconibus uſurpatam eſſe memoraverit. *Prodici* quidem nomen, in Plutarcho ceteriſque, qui Laconici regni formam atque inſtituta expreſſere, ſubinde nobis occurrit; [2] ſed eo Regum, qui pupilli forent, Ε'πίτροποι, *Tutores*, vel *Curatores* vocantur; adeoque a *Syndici* nomine manifeſtiſſime diſtingui debet, quod iis temporibus Spartano civi conceſſum conſpicitur, quo Regum nomen, ac dignitas extincta fuerat. Itaque facile *Syndici* nomen, ac munus ſequioribus fortaſſe temporibus inſtitutum, atque ex Graecis Vrbibus aliis acceptum putaverim; ut ipſius proinde cognitio ex Gentium aliarum moribus repetenda videatur. Ita vero Harpocration *Syndici* munus Athenis uſurpatum deſcribit: Σύνδικοι ἦσαν, πρὸς οὓς τὰ δημευόμενα ἀπεφέρετο: *Syndici erant, ad quos publicata Civium bona deferebantur*; ii nimirum, ut optime, accurateque oſtendit Sigonius, [3] qui de bonis civium publicatis cognoſcerent; ut proinde apud illos ἀπογραφαὶ inſtituerentur, lites nimirum, quas intendit is, qui publici quidquam alium retinere contendat.



(1) Laconic. c. 14. (2) Vide Crag. Lib. II. c. 11. (3) De Republ. Athen. Lib. III. pag. 191.

Digitized by Google

dat. Aliud etiam *Syndicorum* genus a Demoſthene memoratum, atque Athenis uſurpatum invenio; quamvis illud a Sigonio, & Harpocratione omiſſum, vel diſſimulatum fuerit: quippe quum publica praeſertim, non privata, Athenienſium munera expreſſerint. Ait Demoſthenes [1] Aeſchinem aliquando ab Athenienſibus electum fuſſe Σύνδικον ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας: *Syndicum pro Templo, quod in Delo eſt, ad Amphictyonas:* quo certe loco *Syndici* nomine *Patronus*, *Defenſor* intelligi, exponique debet. Ita propemodum Heſychius ipſe hoc eodem ſenſu Syndici vocem exponit: Σύνδικος σύμφωνος, ἢ συνήγορος βουλῆς. Σύνδικοι οἱ ἐν ταῖς δίκαις βοηθοί: *Syndicus aſſertor, ſive patronus in Curia. Syndici in iudiciis adiutores*. Itaque, ſi Athenienſium, aliorumque Graecorum ritus ad Laconas etiam transferre liceat, idemque prorſus officii genus eodem *Syndici* nomine apud utroſque deſignatum cenſeri, Sophron ille, qui Lacedaemone *Syndicus* fuiſſe dicitur, publico ſive privato quoque, ſi libeat, civium patroni munere perfunctus erit; ſiquidem *Patroni*, vel *Defenſores, quos Graeci Syndicos appellant, ad certam cauſſam agendam, vel defendendam eliguntur*, ut in ultima Arcadii lege § *Defenſores de muner. & honor.* exprimitur: quemadmodum Caius l. 1. *quod cuiuſque univerſ. nomine* perſpicue teſtatur, quod etiam *Collegiis permiſſum eſt ad exemplum Reipublicae habere res communes, Actorem, ſive Syndicum, per quem, tanquam in Reipublica, quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, fiat.*

VIII. Proxime poſt *Syndici* nomen duo magiſtratus alii, vel munera a Sophrone ſuſcepta memorantur; quod ille nimirum ΔΑΜΟΣΙΟΜΑΣ ΤΗΣ, & ΕΞΗΓΗΤΗΣ ΤΩΝ ΛΥΚΟΥΡΓΕΙΩΝ fuerit. Quod ad primum quidem munus attinet, non modo ſyllabas temere a quadratario, vel exſcriptore divulſas ita coniungendas exiſtimo, ut ΔΑΜΟΣΙΟΜΑΣΤΗΣ legatur; verum etiam hic ΔΑΜΟΣΙΟΜΑΣΤΗΡ potius legendum eſſe coniecerim; ut ex ipſa vocis origine mox exponenda facile ſuaderi poteſt. Nullibi quidem, quod ego noverim, *Damoſiomaſtae* nomen, ac dignitas apud Lacedaemonios, aut Graecos alios uſurpata in Scriptoribus, aut monimentis aliis occurrit; ſed illa tamen Marmoris huius praeſidio ceteris Laconum Magiſtratibus a Cragio accuratiſſime recenſitis adiungi debet. Eiuſmodi vero *Damoſiomaſtae*, vel *Damoſiomaſteris* nomine nihil aliud, quam *publicum Inquiſitorem*, deſignatum eſſe putaverim Siquidem Harpocration de *Maſteribus* Athenienſium loquens ait: Μαστῆρες. ἔοικεν Ἀρχή τις εἶναι ἀποδεδειγμένη ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τοῦ δήμου, ὡς οἱ Ζητηταὶ, καὶ οἱ ἐν Παλλήνῃ Μάστροι. *Maſteres. Videtur eſſe Magiſtratus quidam conſtitutus, ut publicas Populi res inquireret: ut Zetetae*, vel Inquiſitores; *atque ut in Pallene Maſtri*. Ita Heſychius: Μάστροι. παρὰ Ῥοδίοις βουλευτῆρες, *Maſtri apud Rhodios Senatores*; quumque proxime praemiſiſſet: Μαστρίαι. αἱ τῶν Ἀρχόντων εὐθύναι: *Maſtriae* ſunt *Magiſtratuum rationes*; exinde facile inferri poterit *Maſtros* illos exigendis aliorum Magiſtratuum rationibus inſtitutos eſſe. Quemadmodum ergo Μάστροι, ſive Μαστῆρες apud Athenienſes, Rhodios, ac Pallenenſes Magiſtratus erant, qui in privatas, ſive potius publicas res inquirerent; ita quoque apud Lacones, quibus Pallenenſes accenſebantur, Μάστηρ, aut Μάστης hoc ipſo munere perfunctus videtur: quumque is publicis Civitatis rebus praeſideret, atque fortaſſe publicos Civitatis proventus exigeret, optime Δαμοσιομάστηρ appellatus videtur. Atque ab iſto *Damoſiomaſtae* munere, certiſſime diſtingui debet officium aliud a Laconibus uſurpatum, quod ex alio Cyriaci [2] eiuſdem Marmore exſculpi poſſe ego ſuſpicor, in quo civibus aliis ordine recenſitis adiungitur:

ΙΟΥΛ. ΦΙΛΗΡΑΤΙΔΑΣ
ΠΟΔΑΜΟΥ. ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ
ΝΕΙΚΟΚΛΗΣ, ΔΗΜΟΣΙΟΣ
ΝΕΙΚΟΚΛΗΣ. ΝΕΟΣ. ΔΗΜΟΣΙΟΣ
ΕΣΤΙΑΤΕΜΕΝΟΣ. ΔΙΣ. ΚΑΤΑ. ΠΕΡΣΟΝ

In

(1) Orat. de Corona pag. 332. (2) Pag. 39. n. 253. Murat. pag. 595. num. 1.

Digitized by Google

In poſtremo verſu Leichius [1] reſcribendum exiſtimat: ΕΠΕΣΤΑΛΜΕΝΟΣ . ΔΙΣ. ΚΑΤΑ . ΠΕΡΣΑΣ *bis contra Perſas miſſus*; ſuperioremque ita reddit: *Adjuarius iunior*: quod Reineſius [2] Arundelliano Marmore explicando, Δημόσιε, *Demoſii* vocem hoc ipſo ſenſu a Demoſthene adhibitam eſſe demonſtraverit. At eruditi Viri pace, non ΠΕΡΣΑΣ, ſed ΠΕΡΣΩΝ hic retineri, legique debet; & vox illa ΝΕΟΣ non ad ΔΗΜΟΣΙΟΣ referri, perinde quaſi inter *Demoſios*, quicumque illi fuerint, diſcrimen aliquod haberetur; ſed cum Nicoclis nomine coniungi debet; ut Nicocles iſte, *iunioris* nomine, veluti *natu minor*, ab alio Nicocle diſtinguatur, qui proxime nominatus eodem ipſo *Demoſii* munere fungens exprimitur. Hinc ibi non Νέος, ſed contractionis ope Νεώτερος, legendum eſſe putaverim: qua voce, veluti charactere, cives duos cognomines in Graecis Marmoribus diſtingui ſolere conſpicimus.

IX. Quod autem ad honorem alium in Marmore memoratum attinet, quo Sophron ΕΞΗΓΗΤΗΣ ΤΩΝ ΛΥΚΟΥΡΓΕΙΩΝ vocatur, haec etiam Laconum dignitas Scriptoribus indicta, adeoque Eruditis omnibus adhuc incognita, nunc primum ex pulcherrimo, praeſtantique hoc Marmore innoteſcit. Itaque in tanto Veterum ſilentio facile definiri non poterit, quid eiuſmodi voce, vel officii genere deſignetur. Fortaſſe civis ille Ἐξηγητὴς τῶν Λυκυργείων a Laconibus appellabatur, qui Lycurgi Leges, atque inſtituta exponeret; controverſias etiam, quae in explicandis illis oriri ſubinde poterant, privata, vel publica potius auctoritate dirimeret: ut proinde Ἐξηγητὴς τῶν Λυκυργείων nihil aliud fuerit, quam *Enarrator Lycurgiorum*, legum ſcilicet, atque inſtitutorum, quibus Laconum Rempublicam Lycurgus olim inſtruxerat, quaeque tanto olim in pretio apud Spartanos haberi conſueverant. Quum tamen eiuſmodi legum explicandarum cura, ac poteſtas *Nomophylacibus* potius commiſſa videatur; ſuſpicari facile, vel opinari quis poterit, civem illum τῶν Λυκυργείων Ἐξηγητὴν, *Lycurgiorum Enarratorem* in Marmore nominari, qui quotannis in publico, ſolemnique conventu res a Lycurgo praeclare geſtas, eiuſque laudes oratione proſequebatur, ut a Plutarcho erudimur. Sed, quamvis haec aliquam veri ſpeciem praeſeferant, ac voces illae Ἐξηγητὴς, & Λυκυργείων, hoc etiam ſenſu facile exponi poſſint; longe tamen veriſimilius exiſtimo Λυκυργείων nomine, non inſtituta Lycurgi, vel res ab illo praeclare honeſteque geſtas, ſed Feſta potius, hic indicari, quae in ipſius honorem Lacedaemone peragerentur. Etenim Strabo teſtatur [3] Spartae Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρύσθαι, καὶ θυέσθαι κατ' ἔτος: *Lycurgo templum eſſe dicatum, & quotannis ſacrificari*; quemadmodum Plutarchus [4] ipſe de Lycurgo loquens ait: ἱερόν τε γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ θύουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς θεῷ. . . οἱ δὲ ἑταῖροι, καὶ οἰκεῖοι διαδοχήν τινα, καὶ σύνοδον ἐπὶ πολλοὺς χρόνους διαμείνασαν κατέστησαν, καὶ τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς συνήρχοντο, Λυκουργίδας προσηγόρευσαν: *Extat enim ipſius templum, eique anniverſaria Sacra faciunt ut Deo . . . . Amici eius, & familiares anniverſaria, & conventum, qui longo tempore manſit, inſtituerunt, ac dies, quibus conventum celebrant, Lycurgidas appellavere*. Itaque, licet hi *Lycurgidae* dies, & conventus ille Plutarchi temporibus obſoleverit; feſtus tamen, ſolemnis, ac anniverſarius Lycurgi dies, & ſacra quoque illi, veluti Heroi, Legumlatori, & Deo, peracta perſtitiſſe videntur, eademque prorſus in noſtro Marmore Λυκούργεια vocari. Denique, ne coniecturas alias hic perſequar, explicando *Lycurgiorum* nomini, obſervari etiam poterit, quod celebre Certamen illud, quod *Plataniſta*, ſive *in Plataniſta* dicebatur, ita peragi, vel committi conſueverat, ut Ephebi duas in partes, velut acies oppoſitas, dirimerentur; atque alii quidem *Lycurgidae*, alii *Heraclidae* vocarentur, ac ita certarent ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τοῦ περιγράμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι, τοὺς κατὰ Λυκοῦργον οἱ καθ' Ἡρακλέα, ἢ ἔμπαλιν, συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ: [5] *donec partem adverſariam pars alterutra loco circumſepto eiiciat, & Lycurgidas Heraclidae, aut e contrario, in aquam impellant*. Quid ergo prohibet quin *Lycurgiorum* nomine haec ipſa Epheborum certantium acies, ſive Certamen ipſum, intelligatur. Ceterum, ſive Feſtum, atque Certamen in Pla-

(1) Pag. 468. (2) Claſ. VII. n. 24. pag. 501. (3) Lib. VIII. pag. 366. (4) In Lycurgo. (5) Lucian. de Gymnaſ.

Plataneto peractum; ſive potius Sacra, & Feſta Lycurgo dicata, eiuſmodi voce exprimantur, perſpicuum fiet, quod Tiberius Claudius Sophron ea de cauſſa ipſorum Ἐξηγητὴς, hoc eſt *Auctor*, *Curator*, *Praeſes* vocatur; quod celebrandis illis pecuniae vim contulerit, ſive ducem, ac moderatorem ſe praebuerit, aut certe publica auctoritate iis praeſederit. Quid vero ſi non Feſta ſolum, & Sacra Meurſio, Caſtellano, Pottero, ceteriſque Scriptoribus memorata; ſed Agones etiam, & Ludicra *Lycurgi* nomine conſecrata apud Spartanos ſtatis quibuſdam temporibus inſtituta, vel peracta fuiſſe quis dixerit? Suſpicionem hanc inicere, ac fovere fortaſſe poterit Inſcriptio quaedam, quam Lacedaemone *prope coloſſeam Lycurgi ſtatuam* Cyriacus invenit: (1)

ΔΑΜΘΚΛΕΙΔΑΣ. ΧΑΛΕΑ · ΕΠΙ. ΑΛΚΙΠΠΟΥ
ΝΕΙΚΑΣΑΣ. ΤΩ - ΠΑΙΔΙΚΟΝ. ΚΕΛΗΔΑ
ΤΡΕΜΙΤΙΟΡΘΕΡΑ

*Damoclidas Chaleaae* filius *ſub Alcippo*
*victoriam adeptus inter pueros celete.*
*Tremitiortberae.*

Optime quidem novi Feſta plurima Lacedaemone olim peragi, vel celebrari conſueviſſe, quae fuſe accurateque Meurſius tum in *Graecia Feriata*, tum in *Miſcellaneis Laconicis* (2) exponit. Sed illa tamen Agones, & gymnica Certamina minime complectebantur, ſi *Pitanaten*, & *Ephipton* exceperis; in quibus tamen equiriis, aliiſque athleticis certaminibus dimicatum eſſe ignoramus. Itaque, licet a nullo quoque Scriptore memoretur in *Lycurgiis* eiuſmodi certaminum genera uſurpata fuiſſe, Damoclidae tamen victoria fortaſſe ad illa referri poterit; quum *Lycurgia*, veluti eximia Laconum Feſta, in hoc Marmore proponantur; atque unicum Spartae Ludicrum exſtitiſſe, in quo *celete* certaretur, exinde facile deduci poſſit, quod *Damoclidae* victoria *celete* parta, diſſimulato Agonis, Feſtique nomine, memoretur; quemadmodum prorſus Damoclidam non alibi, quam Spartae, victoriam hanc reportaſſe perſpicue inferri inde poterit, quod exterae Vrbis nomen in Marmore non occurrat: quum tamen in ceteris victoriarum titulis, quibus Athletae in exteris Graeciae Ludis victores honorantur, ſemper aut Vrbis, aut Agonis nomen exprimatur. Sed haec divinando fere nunc dixerim: quemadmodum prorſus eodem ipſo liberioris coniecturae genere in extrema voce ΤΡΕΜΙΤΙΟΡΘΕΡΑ artificis *Tremitiortherae* nomen deliteſcere poſſe putaverim: ſicuti in alio Marmore, quod in extrema Diſſert. III. parte ego protuli, Artificis nomen a praecedentibus vocibus fere ſeiunctum conſpicitur.

X. Interim vero dum Sophron dignitates illas enumerat, quas in patria *Damoſiomaſteris*, & *Exegetis* titulo obtinuit, has etiam voces in Marmore interſerit: ΕΠΙ ΠΑΤΡΩΝΟΣ ΠΑΤΡΙΔΙΚΟΥ ΤΟΥ ΕΥΔΑΜΟΥ; nulluſque dubito quin voces ipſae veluti perſpicua temporis nota Marmori inſcriptae fuerint; ut celebri nimirum receptoque more exprimatur Tiberium Claudium Sophronem iis muneribus ſub *Patrone*, ſive *Patronis* imperantis tempore, decoratum fuiſſe; quemadmodum prorſus, ut innumeris exemplis aliis abſtineam, antea vidimus *Gerontas*, aut *Senes* ΕΠΙ. ΤΟΥ. ΜΕ. ΠΡΑΤΟΛΑΟΥ. ΤΟΥ. ΔΕΞΙΜΑΧΟΥ ſtatuam Dioſcuris dedicaſſe; & Damoclidam Caleae filium ΕΠΙ. ΑΛΚΙΠΠΟΥ equo *celete* victoriam retuliſſe. Itaque in hac hypotheſi ſenſus, quem obſcuriora Marmoris verba praeſeferunt, hic eſſe poterit, quod Magiſtratus Eponymus, ille nimirum, qui nomine ſuo iis temporibus annos diſtinguere, vel deſignare conſueverat, adeoque publicis eiuſmodi monimentis praefigebatur, erat *Patron Patridicus Eudami* filius; ſive, ſi libeat, *Patron Patridici* filius, *Eudamique* nepos: quumque *Ephori* dignitas, quae olim Spartae ſuprema fuerat, annumque ſignare conſueverat, a Cleomene quidem ſublata, tum Nabide ſuperato, reſtituta Domitia-

(1) Pag. 40. num. 261. & Murat. pag. 645. n. 4. (2) Lib. II. c. 13. & 14.

tiani Caeſaris aetate floruerit, ut contra Cragium demonſtravit Meurſius; [1] ſed ambiguum tamen obſcurumque ſit, an Alcandridae noſtri temporibus Lacedaemone uſurparetur; illud etiam ambiguum, & obſcurum erit, quo nomine magiſtratus ille, quem *Patron* obibat, appellaretur. Ipſa tamen *Patronis* voce proprium, ac gentile viri nomen hic exprimi, tum ex perſpicuo Marmoris ſenſu; tum ex ſuperioribus exemplis, quibus repente poſt vocem ΕΠΙ gentile viri nomen exprimitur; tum ex Marmoribus aliis apparet, in quibus hoc ipſum nomen occurrit; ut apud Cyriacum ipſum in Lapide, quem is Daulide exſcripſit: [2]

ΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΟΣ. ΒΟΥΛΑΡΧΕΟΝΤΟΣ. ΚΑΛΛΙΚΛΗ
ΟΥΣ. ΜΗΝΟΣ. ΔΟΜΟΥ

ubi tamen aliquid in primi verſus initio excidiſſe videtur: perinde quaſi ſcriptum foret ΕΠΙ. . . . . ΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΟΣ; atque obliterato iam Eponymi Magiſtratus nomine, ſolum patris nomen ſuperſit. Itaque in noſtro etiam Marmore *Patronis* voce Spartani civis, ac Magiſtratus nomen exprimi, vel deſignari videtur. Quamvis tamen haec maximam, ut opinor, veri ſpeciem praeſeferant, conicere fortaſſe, vel ſuſpicari quis poterit hac ipſa *Patronis* voce non civem, qui magiſtratu, vel munere nobis incognito fungeretur; ſed munus ipſum, & titulum, deſignari: ut iis proinde temporibus nova quaedam *Patroni* dignitas, a Romanis derivata, Spartae haberetur; quae, niſi publica, ſuprema, & eponyma, ſed privata foret; Marmoribus tamen, aliarum inſtar, inſcribi poſſet. Certe cives illi, qui veteri conſtantique more a Romanis *Patroni* dicebantur, ΠΑΤΡΩΝΕΣ *Patrones* a Graecis appellabantur, ut nitide diſerteque tradit Heſychius; idemque nomen a Graecis uſurpatum, non modo in veterum Iuriſconſultorum Libris, ſed in ipſis etiam Marmoribus obſervatur, ut apud Gruterum pag. 595. num. 11. & 12. Itaque hoc ſenſu, vel explicandi ratione *Patridicus Eudami* filius publicus Spartanae Civitatis, vel privatus Tiberii Claudii Sophronis, *Patronus* habendus eſſet: quum non modo privati cives, ſed Vrbes etiam ipſae ſuos *Patronos* habere ſolerent, ut facile exemplis innumeris oſtendi poſſet. Fieri etiam poterat, ut *Patridicus* ille non Vrbis, non Sophronis, ſed Epheborum potius Praeſes, ac *Patronus* eſſet; eorum nempe, qui in *Lycurgiis* Feſtis, & Ludis ſub Sophrone, veluti *Exegeta*, certaverant. Ita propemodum titulum, atque honores *P. Vegellio* decrevit: [3] COLLEGIVS IVVENVM PATRONO DIGNISSIMO OB RENOVATAM AB EO LVSVS IVVENVM QVOD VETVSTATE TEMPORVM FVERAT OBLITERATVM. Denique, quum in re ſubobſcura verſemur, in qua ſplendor ullus, atque praeſidium ex veteribus Scriptoribus expectari certe non poteſt, quid prohibet quin liberius aliud coniecturae genus hic proferatur, atque in Marmore non ΠΑΤΡΩΝΟΣ, ſed ΠΑΤΡΟΝΟΥ, pro ΠΑΤΡΟΝΟΜΟΥ, exaratum, vel ſcribendum dicatur? Perſpicuo certe Pauſaniae teſtimonio erudimur, quod Cleomenes Spartae Rex τὸ κράτος τῆς γερουσίας καταλύσας, Πατρονόμους τῷ λόγῳ κατέστησεν ἀντ' αὐτῶν: [4] *Senatus auctoritate everſa, Patronomos, quoad ipſum dumtaxat nomen, inſtituit pro eo ordine*. Ita quoque in Libro *An ſeni gerenda ſit Reſpublica*, Plutarchus ipſe demonſtrat apud Laconas inter Magiſtratus alios etiam *Patronomos* extitiſſe; qui nimirum paterna cura Reipublicae res adminiſtrarent, paternoque animo in legum cuſtodia, atque Reipublicae adminiſtratione affecti forent; idemque Laconici magiſtratus nomen etiam a Philoſtrato memoratur. [5] Sic, ut Scriptorum teſtimoniis Marmorum quoque auctoritas adiungatur, in Cyriaci Marmore ſuperius expoſito *Sextus*, vel potius *Secundus Pomponius Spatalus* Spartae Πατρόνομος *Patronomus* appellatur; quemadmodum apud Cyriacum ipſum hoc aliud Spartanum Marmor occurrit: [6]

Η. ΠΟ-

(1) Miſcell. Lacon. Libr. II. c. 4. (2) Pag. 32. n. 212. (3) Murator. pag. 652. n. 2. (4) Corinth. c. IX. pag. 131. (5) In Vita Apollon. Lib. IV. c. 10. (6) Pag. 39. n. 252. & Murator. pag. 567. n. 3.

Η . ΠΟΛΙΣ
ΞΕΝΑΡΧΙΔΑΝ · ΔΑΜΙΠΠΟΥ · ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΥΝΤΑ, ΑΞΙΩΣ. ΤΗΣ · ΠΟΛΕΩΣ
ΕΥΝΟΙΑΣ · ΧΑΡΙΝ · ΟΙ · ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΗΣ . ΤΗΣ . ΠΑΤΡΟΠΡΟΝΟΜΙΑΣ
ΠΡΟΣΕΔΕΞΑΝΤΟ . ΤΟ . ΑΝΑΛΩΜΑ

*Civitas*
*Xenarchidam Damippi* filium *Gymnaſiarchae munere pro Civitatis dignitate fungentem benevolentiae cauſſa* honorat. *Collegae Patronomi impenſam ſuſcepere*

Itaque, ſicuti Ephori nomen, veluti temporis character, publicis Monimentis olim inſcribi conſueverat; quid prohibet quin *Patronomi* quoque, qui ſublatis Ephoris, ſaltem voce tenus, ipſis fortaſſe ſucceſſerant, eadem ipſa praerogativa, ſeu munere fungerentur? Verum in tanta obſcuritate, veterumque Scriptorum ſilentio nihil hic temere definire velim. Id unum potius coronidis loco ſubieciſſe nunc libet, quod eiuſmodi Laconicum Marmor, adeoque illud etiam, quod ex Muratorio iam protuli, ad ſecundum Eccleſiae ſeculum referendum videtur. Etenim Doricae, ſive Laconicae Dialecti deſuetudo, Auguſti, ac Caeſarum nomina perſpicue oſtendunt, illud Caeſarum aetate excitatum fuiſſe. *Aelii* vero nomen, quod frequenter adeo in illo conſpicitur, argumento fortaſſe eſſe poterit, ipſum proximis poſt *Titum Aelium Hadrianum* Caeſarem temporibus poſitum eſſe; quum Hadrianus ſingulas fere Graeciae Civitates inviſerit, plurima beneficia illis contulerit; atque a Graecis Civitatibus omnibus eximio cultu, atque immortalibus monimentis decoratus fuerit. Addi etiam poterit quod character ȣ, hoc eſt diphthongus ΟΥ nexu expreſſa, ſequioribus ſolum temporibus uſurpari coepit; atque antiquius ipſius exemplum, quod a Scaligero profertur, (1) ad Marci Aurelii Antonini tempora referri debet; qui anno Chr. 161. hoc eſt tertio, & vigeſimo poſt Hadriani Caeſaris mortem, imperium obtinuit. Itaque, quum hic in noſtro Marmore ſaepius occurrat, argumento eſſe poteſt, Marmor ipſum ad ea tempora ſpectaſſe.

(1) Ad Chron. Euſeb. pag. 197.

CLA-

CLARISSIMO VIRO

# ANTONIO FRANCISCO GORIO

## PRAEPOSITO BASILICAE BAPTISTERII FLORENTINI

### IN PATRIA ACADEMIA PROFESSORI

EDVARDVS CORSINVS.

QVod antiquiſſimo ATHENIENSIVM MARMORI, cuius exemplum in Batavis Eruditorum Diariis [1] inſpexeras, variis in locis ubi lacunae plures irrepſerant, opem aliquam adhiberi, novamque fortaſſe lucem affundi a me poſſe putaveris; id ego certe, CELEBERRIME GORI, eximiae prorſus humanitati in me tuae tribuendum intelligo, qua de me ſtudiiſque meis liberaliter adeo ſentire ſoles, ut obſcuris eiuſmodi Veterum Monimentis opportune illuſtrandis aliquid a me conferri poſſe confidas. Ego vero nihil aut arrogantius hic mihi ſumere, aut in pulcherrimo ſtudiorum genere, in quo ſubtilior Antiquitatis cognitio, & acrior animi vis requiritur, liberalius concedi velim: quippe qui tenues ingenii mei vires experiar, & a doctiſſimis etiam Viris acceperim in pleriſque Veterum Monimentis explicandis, aut in Notis, quae frequenter illis inſcriptae fuerint, extricandis ea nobis praeſidia deeſſe, ex quibus accurata ipſorum cognitio veruſque ſenſus exſculpi debeat. Illud etiam accedit, quod quum pretioſum iſtud Antiquitatis Cimelium Sandvicenſis Comitis cura, & liberalitate in Angliam translatum fuerit, non a Cl. Tayloro ſolum, qui uberi, ac erudito Commentario Sandvicenſe iſtud Marmor illuſtraſſe dicitur; ſed a pluribus etiam aliis ingenio doctrinaque praeſtantibus Britanniae Viris commodius, atque felicius exponi poterat, quibus Monimentum ipſum inſpicere, lacunas omnes, evanidos characteres, ſuperſtites adhuc numeralium Notarum ductus, apiceſque ſingulos explorare licuiſſet. Quandoquidem tamen, VIR PRAESTANTISSIME, e re futurum exiſtimas, ut quum Cl. Taylori Liber nondum ad ullas Italiae noſtrae oras appulerit, nec facile fortaſſe ſit afferendus, donec furentes adhuc bellorum aeſtus deſederint; quidquid ipſe pulcherrimo Athenienſium Marmori, vel corrigendo, vel explicando adnotaſ-



(1) Nouvel. Bibliot. Tom. XVI. pag. 238.

Digitized by Google

taſſem, clariori quo poterat ordine exponeretur, Operique *de Notis Graecorum*, quod propediem, Te imprimis ἐργοδιώκτῃ, fautoreque maximo eſt proditurum, coronidis inſtar adiungeretur; nihil eſt certe, Amicorum optime, ac beneficentiſſime, cur voluntati, conſilioque tuo repugnare ego velim: quum praeſertim varia Notarum genera in ipſo occurrant, ex quibus uberior fortaſſe novuſque ſplendor iis accedere videatur, quae tum in Prolegomenis, tum variis etiam in locis huiuſce Operis opportune iam dixeram; adeoque Sadvicenſe Marmor ceteris, quae Diſſertationibus aliis illuſtranda ſuſceperam, optimo maximoque iure accenſeri mereatur. Itaque Marmor ipſum ex Diariis illis accuratiſſime excerptum hic proferam, ut idem prorſus lacunarum numerus, eadem verſuum diſpoſitio, eadem quoque Marmoris, vel exſcriptoris errata ubique fideliter exprimantur; niſi quod ipſe veterem potius maiorum characterum, ſimulque numeralium Notarum formam adhibendam eſſe putavi, quam ubique in Marmore uſurpatam eſſe Taylorus ipſe teſtatur, quamvis illa in Batavi Typographi libello conſulto omiſſa, vel variata fuerit. Latinam quoque Marmoris interpretationem adieci; lacunas omnes, quibus explendis ex integra Inſcriptionis ſerie praeſidium aliquod oriri poterat, inſueta quadam, neque iniucunda fortaſſe methodo ex Arithmeticae legibus derivata ſupplevi; quidquid denique pluribus Athenienſium Magiſtratibus, ſacriſque Deliorum Feſtorum ritibus exponendis obſervandum videbatur, opportune ſubieci; ut aliqua clariſſimis etiam Viris hactenus incomperta, vel temere ab aliis expoſita, Marmoris huius praeſidio demonſtrarem. An vero feliciter accurateque cum in ſupplendo, tum in explicando Marmore quidpiam coniecerim, facile Tu, Gori doctissime, profecto intelliges; quippe qui maxima, ac beata quadam omnigenae eruditionis copia, praeſertim vero exquiſita veterum Monimentorum cognitione merito commenderis. Quod enim vel ſacrae, vel profanae Antiquitatis genus eſſe unquam poterit, quod incredibili prorſus ardore, aſſiduis ſtudiis, maximiſque laboribus illuſtrandum non ſuſceperis? Quot eruditae Antiquitatis Monumenta vel ab interitu vindicaſti, vel novo propemodum cultu, doctiſque obſervationibus adornata aeternitati conſecraſti? Tuum eſt certe, Gori Clarissime, quod Graecas, Latinaſque Inſcriptiones a Donio iampridem collectas, diuque in tenebris latitantes, nitide tandem excuſas, & eximiis etiam adnotationibus a Te illuſtratas habeamus; e quo eruditionis Theſauro illud libentiſſime teſtor, fateorque, a Te nuper, quum huiuſmodi Opus de Notis Graecorum pararem, me perhumaniter accepiſſe Schedas Donianas, quae magno mihi praeſidio ſubinde fuere. Tuum eſt etiam quod innumera propemodum Marmora, & Anaglypha, quae in variis diſſitiſque Etruriae locis diſperſa, vel interdum etiam incognita iacuerant, in unum veluti corpus compoſita, atque feliciter explicata, lucem per Te adſpexerint: quod eximia prorſus, ac praeſtantiſſima eruditae Vetuſtatis cimelia, quibus Etruria noſtra, praeſertim vero florentiſſima haec Civitas, merito efferri gloriarique ſolet, accuratiſſime expreſſa, atque illuſtrata maximo literarum commodo, ac eruditorum hominum fauſtitate prodierint: quod plurima tum patriae, tum Romanae, tum Graecae Hiſtoriae capita ab Etrvscae, vel Colvmbariae Academiae Sociis, Te imprimis auſpice, auctore, ac veluti duce, accuratius explorata feliciterque demonſtrata iam fuerint. Quid vero de antiquiſſimis Etruſcorum Monimentis, novoque prorſus eruditionis, ac ſcientiae genere hic dicam, quod in explicandis illis verſatur? Maximam quidem gloriam doctiſſimo, atque immortali Bonarotio, Senatori Florentino, Praeceptori tuo deberi intelligimus, qui primus facem hanc extulit, primuſque Etruſcae Antiquitati illuſtrandae praeſidia plurima ceteris pone ſequentibus comparavit. At nemo tamen Te, Gori Ervditissime, praeſtantiſſimi Viri veſtigiis felicius inſtitit, uberiorem Etruſcorum monimentorum copiam undique conquiſitam Eruditorum oculis exhibuit; ſimulque varias Etruſcorum artes, ritus, mores, numina, religionem, aliaque id genus innumera ex penitioribus Antiquitatis

ady-

Digitized by Google

adytis, obſcuriſque fontibus derivata perſpicue demonſtravit. Itaque mirari plane non poſſumus ſi aſſiduis accuratiſque ſtudiis iſtis veram Etruſcorum characterum, ſimulque numeralium notarum formam, alphabeticam ipſorum ſeriem, ac numerum, in quibus explorandis doctiſſimi quoque Viri variis, lubriciſque viis inſtiterant, admirabili felicitate conſtituto probatoque antiquorum Etruſcorum Alphabeto, literis tantum XVI. conſtante, nobis expreſſeris; eoque praeſidio ad Etruſca Monimenta non legenda ſolum, ſed intelligenda quoque, aditum primus aperueris. Quemadmodum vero maxima Etruſcorum monimentorum copia, quae iam pridem edideras, atque propediem novis Etruſci Muſei voluminibus es editurus, de Etruſca gente, novoque eruditionis genere immortaliter mereris; ita quoque plurimus ſacris etiam ſtudiis, ipſorumque cultoribus per Te ſplendor, atque praeſidium accedet, ubi pulcherrima Diptychorum omnium Collectio prodibit, in qua adornanda, neque ſumptibus, neque curis, neque laboribus abſterreris, ut ea nitidiſſima, & accurata editione Eruditorum oculis, tuis quoque Obſervationibus illuſtrata proponatur. Nihil dico de Symbolis, quae multo literarum fructu, magnoque Eruditorum plauſu a Te publica luce paucos intra menſes donantur, dum interim ad alia maiora, inſtauratis viribus, praeſtanda, publico bono conſtanter feſtinas. Eiuſmodi vero praeclara doctrinae, ac ingenii tui monimenta, quibus de variis eruditae Antiquitatis generibus, quam qui maxime mereri pergis, eo nobis cariora eſſe debent, quod cum incredibili morum ſuavitate, effuſa in omnes humanitate, eximioque prorſus honeſtatis, & amicitiae tuendae ſtudio coniuncta ſint: ut iis proinde egregiis ingenii, animique dotibus non modo civium, ſed exterarum quoque Gentium amorem Tibi mirifice conciliaveris. Ego ſane plurimis maximiſque amoris, ac benevolentiae generibus Tibi devinctum eſſe me intelligo, publiceque profiteor: quod ſtudiis hiſce meis omnia praeſidiorum genera perhumaniter ſuppeditaveris, ad illa alacrius ſubeunda hortari, impellere, exemploque praelucere conſueveris; omnibus denique amoris ſignificationibus impenſe fovere, complectique volueris. Itaque memorem hunc gratumque animum meum illuſtrius aliquando declarare, ac nobiliori certe, quo poteram, monimenti genere teſtari par fuerat; adeoque, quum clariſſimis Viris aliis, qui praeclare de me ſtudiiſque meis meriti fuerant, Diſſertationes alias inſcripſerim, prolixiorem hanc demum, eamque, ſi Athenienſis Marmoris praeſtantiam ſpectaveris, facile nobiliorem Tibi uni, Gori Doctissime, inſcriptam, tuoque nomine decoratam volui; ut illud idem Sandvicenſe Marmor, quod auſpice Te explicandum ſuſceperam, veluti perenne quoddam obſequii, atque obſervantiae in Te meae monimentum extaret, eoque nomine Tibi fortaſſe, quod enixe peto obſecroque, non immerito probaretur.



Digitized by Google

E. Θ.

ΤΑΔΕ ΕΠΡΑΞΑΝ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΑΠΟ ΚΑΛΛΕΟ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΜΕΧΡΙ ΤΟ ΘΑΡΓΗΛΙΩ
ΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΟ ΕΠΙ ΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΘΗΝΗΣΙ ΕΝ ΔΗΛΩ ΔΕ ΕΠΙΓΕΝΟΣ ΑΡΧΟΝ
ΤΟΣ ΜΕΧΡΙ ΤΟ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΟ ΕΠΙ
ΙΠΠΙΟ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΧΡΟΝΟΝ ΟΣΟΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΥΤΩΝ
ΗΡΧΕΝ ΟΙΣ ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟ ΣΚΑΜ
ΒΩΝΙΔΗΣ ΕΡΓΑΜΜΑΤΕΥΕΝ ΑΠΟ ΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΙΔΙΩΤΗΣ ΘΕΟΓΕΝΟΣ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΜΕ
ΧΡΙ ΤΟ ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΟ ΕΠΙ ΙΠ
ΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΣΩΣΙΓΕΝΗΣ ΣΩΣΙΑΔΟ
ΞΥΠΕΤΑΙΩΝ ΕΝΙΑΥΤΟΝ ΕΠΙ ΚΑΛΛΕΟ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΕΠΙΓΕΝ . . . ΕΤΑΓΕΝΟΣ ΕΚ ΚΟΙΛΗΣ ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ ΕΠΙΓΕΝΗΣ ΜΕΤΑΓΕΝΟΣ
ΕΥΤΙΝΟΜΟ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ Ε . . ΡΑ . . . Σ ΜΕΝΕ ΕΠΕΡΑΣΤΟΣ
ΣΤΡΑΤΟ ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ

ΑΙΔΕ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ . . ΤΟΚΟ ΑΠΕΔΟ . ΑΝ ΤΟ = ΑΠΕΔΟΣΑΝ
ΜΥΚΟΝΙΟΙ ΧΗΗ𐅄Δ ΣΥΡΙΟΙ
ΧΧΗΗΗ ΤΗΝΙΟΙ Τ ΚΕΙΟΙ . . . Η𐅄 ΗΗΗΗ𐅄ΔΔ⊦⊦ ΙΙ ΙΙ C
ΔΔ ⊦⊦ ΙΙ ΙΙ C ΣΕΡΙΦΙΟΙ Χ 𐅅
Η ΣΙΦΝΙΟΙ ΧΧΧΗ𐅄ΔΔΔ
Δ ΙΙ ΙΙ ΙΗΤΑΙ 𐅅ΗΗΗ . . . . . . ΠΑΡΙΟΙ
ΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔ ΟΙ
ΝΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ ΧΧΧ . ΘΕΡΜΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ
ΗΗΗ . . . ΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟΚΟ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΗΗΗΗ ΚΕ
ΤΤΤ . ΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄
ΔΔΔΔ ⊦⊦⊦⊦ C, ⊦⊦⊦ ΙΙ C

ΟΙ . Ε ΤΩΝ ΙΔΙΟ . ΤΟ Τ . ΚΟ ΑΠΕΔΟΣΑΝ ΟΙΔΕ = ΙΔΙΩΤΩΝ = ΤΟΚΟ
ΑΡΙΣΤΩ . ΔΗΛΙΟΣ ΥΠΕΡ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟ ΔΗΛΙΟ ΑΡΙΣΤΩΝ
𐅅ΗΗΗΗ Α . ΥΤΣΙ . . ΕΩΣ ΔΗΛΙΟΣ
ΥΠΕΡ ΓΛΑΥΚΕΤΟ ΔΗΛΙΟ 𐅅 Η Η
ΤΥΟΚΛΕΗΣ ΔΗΛΙΟΣ ΗΗΗ ΑΓΑ . . . ΚΛΕΗΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΗΣ
ΔΗΛΙΟΣ ΥΠΕΡ ΘΕΟΚΥΔΟΣ ΔΗΛΙΟ . . Δ . . ΘΕΟΓΝΗ ΗΔΔΠΗΙ
ΤΟΣ ΔΗΛΙΟΣ ΥΠΕΡ ΤΥΟΚΛΕΟΥΣ ΔΗΛ . . ΗΗΗ ΔΗΛ ΤΗΗΗΗΔ⊦⊦ΙΙΙ
Δ⊦⊦ ΙΙΙ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ ΔΗ . . . ΟΣ ΥΠΕΡ ΔΗΛΙΟΣ
ΤΥΟΚΛΕΟΣ ΔΗΛΙΟ ΗΗ𐅄ΔΔΔΠ
⊦⊦ Ι ΠΟΛΥ . . . . Σ ΤΗΝΙΟΣ ΥΠΕΡ Μ . . . ΜΕΝΟΣ f. ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ = f. ΔΕΙΝΟΜΕΝΟΣ ſicuti in ver. 102.
ΤΗΝΙΟ ΗΗΗΗ ΛΕΥΚΙΝΟΣ ΔΗΛΙ . Σ ΥΠΕΡ ΔΗΛΙΟΣ
ΚΛΕΥΑΡΧΟ . ΗΛΙΟ 𐅅ΗΗ . . Δ ΔΗΛΙΟ 𐅅ΗΗΗΔΔΔΔ
ΔΔ ΚΛΕΟΦΩΝ ΔΗΛΙΟΣ ΥΠΕΡ ΠΙΣΤΟΞΕ . Ο ΔΗΛΙΟ ΠΙΣΤΟΞΕΝΟ
ΗΗΗ𐅄 ΠΑΤΡΟΚΛΕΗΣ Δ . . . ΟΣ ΥΠΕΡ ΔΗΛΙΟΣ
ΤΥΟΚΛΕΟΣ ΔΗΛΙΟ ΗΗΗ ΑΡΙΣ . ΕΙΔΗΣ ΤΗΝΙΟΣ ΥΠΕΡ ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ
ΟΙΝΑΔΟ ΤΗΝΙΟ ΗΗΔ . ΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟΚΟ ΠΑΡΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΤΩΝ . . ΗΗΗΔΔΠ. Μ𐅅ΗΗΗΗΔΔΠ

ΕΙΣΕΠΡΑΧΘΗ ΜΗΝΥΘΕΝ ΕΚ ΤΩΝ ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ
ΔΗΛΙΟ ΗΗ𐅄ΔΔΔΔ . Ε . ΣΕΠΡΑΧΘΗ ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔC = ΕΙΣΕΠΡΑΧΘΗ
ΜΗΝΥΘ . . ΠΑΡΑ ΠΥΘΩΝΟΣ ΔΗΛΙΟ Χ𐅅 ΜΗΝΥΘΕΝ
ΕΚ ΤΩΝ ΕΝΕΧΥΡ . Ν ΤΩΝ ΩΦ . Η ΚΟΤΩΝ ΤΑΣ ΔΙΚΑ. ΕΝΕΧΥΡΩΝ = ΩΦΛΗΚΟΤΩΝ = ΔΙΚΑΣ

ΤΙ-

Digitized by Google

*Haec exegerunt Amphictyones Athenienſium ab* ineunte *Calliae Archontis* anno *uſque ad Thargelionem menſem, qui fuit ſub Hippodamante Archonte Athenis; in Delo autem ab* ineunte *Epigenis Archontis anno uſque ad Thargelionem menſem, qui fuit ſub Hippia Archonte, quo tempore quilibet ipſorum* Amphictyonis *munus obivit; quibus Diodorus Olympiodori* filius *Scambonides Scribam geſſit. A Chariſandri* vero *Archontis* initio *Idiota Theogenis* filius *Acharnenſis uſque ad Hecatombaeonem menſem, qui fuit ſub Hippodamante Archonte*, Scriba fuit. *Soſigenes Soſiadis* filius *Xypetaeon annum ſub Callia Archonte* Scribam geſſit. Amphictyones *Epigenes Metagenis* filius *ex Coele, Antimachus Eutinomi* filius *Marathonius, Eperaſtus Meneſtrati* filius *Pallenenſis*.

## Claſſis I.

*Hae Civitates ex foenore* ab ipſis debito *dederunt Myconii* drachmas MCCLX. *Syrii* drachmas MMCCC. *Tenii Talentum*. *Ceii* drachmas CCCCLXXII. obolos IV. & *ſemiſſem*. *Seriphii* drachmas MDC. *Siphnii* drachmas MMMCLXXXX. & obolos IV. *Ietae* drachmas DCCC. *Parii* drachmas MMDCCCCLXX. *Oenaei ex Icaro* Inſula drachmas MMM. *Thermaei ex Icaro* drachmas CCCC. *Summa foenoris a Civitatibus* exacti *Talenta* III. drachmae MMMDCCCCLXXXXIII. & oboli II. cum *ſemiſſe*

## Claſſis II.

*Hi ex Privatis ex foenore* ab ipſis ſolvendo *dederunt Ariſto Delius pro Apollodoro Delio* drachmas DCCCC. *A. tyſi . . us Delius pro Glauceta Delio* drachmas DCC. *Hypſocles Delius* drachmas CCC. *Agathocles Delius pro Theocida Delio* drachmas CXXV. obolos II. *Theognetus Delius pro Hypſocle Delio Talentum* & drachmas CCCCXII. obolos III. *Antipater Delius pro Hypſocle Delio* drachmas CCLXXXXVII. & obolum *unum*. *Poly . . . . s Tenius pro M . . . mene Tenio* drachmas CCCC. *Leucinus Delius pro Clitarcho Delio* drachmas DCCCCXXXX. *Cleophon Delius pro Piſtoxeno Delio* drachmas CCCL. *Patrocles Delius pro Hypſocle Delio* drachmas CCC. *Ariſtides Tenius pro Oenade Tenio* drachmas CCX. *Summa foenoris a Privatis* exacti drachmae XDCCCXXV. ideſt 10825

## Claſſis III.

*Exactum eſt* debitum a delatoribus *indicatum ex* filiis *Epiſthenis Delii* drachmae CCCLXXXX. cum oboli *ſemiſſe*. *Exactum eſt* debitum a delatoribus *indicatum* a *Pythone Delio* drachmarum MD. *Ex pignoribus eorum, qui* ſolvendae *multae damnati ſunt*,

Exa-

exacti *pretii ſumma* drachmae MDCCCXX XXV. *Merces* ex locatione *nemorum ex Rhenaea* Inſula *ſub Archontibus Athenis* quidem *Chariſandro*, & *Hippodamante*; *in Delo autem Palaeo*, & *Hippia Talenta* II & drachmae MCCCX. *Merces* ex locatione *nemorum in Delo ſub iiſdem Archontibus* drachmae MMCCCCL XXXIIII. *Domorum* locatarum *merces ſub Hippodamante Archonte Athenis, in Delo autem Hippia* drachmae CCLXXXXV II.

Vniverſa exacti, vel *accepti ſumma Talenta* VIII. drachmae MMMMDCXXXXIII I. ac oboli III.

Erogati, vel expenſi ſumma

*Ex hoc* foenore accepto *haec impenſa ſunt. Corona, donum Deo* oblatum, *& opifici merces*, pretium drachmae MD. *Tripodes*, & *praemia pro victoria Choris, & opifici merces*, pretium drachmae M. *Architheoris Talentum. Pro deductione Theororum, & Chororum Antimacho Philonis* filio *Hermaeo Trierarcho Talentum*, & drachmae M. *Numerus boum pro Feſto emptorum* CVIII. *Pretium iſtorum Talentum*, & drachmae MMC CCCXVIII. *Folia aurea, & inauratura, pretium* drachmae CXXXXV. *In rebus ante ſacrificia in Feſto* oblatis ... *Tranſvectio Tripodum, & boum, quinquageſima* pro tributo, *& pabulum* boum, *& pretium* eorum *lignorum*, quae ....

Foenoris debiti, ſed non ſoluti, ratio

*Hae Civitates ex foenore, quod oportebat ipſae noſtri Magiſtratus tempore* ſolvere, *reddere omiſerunt, neque ſolverunt* hoc *quatuor annorum* tempore. *Cei* drachmas MMMMCXXVII. *Myconii* drachmas CCC CXX. *Syrii* drachmas MMMMDCCCC. *Syphnii* drachmas MMLXXXVIII obolos II. *Tenii* drachmas MMCCCC. *Thermaei ex Icaro* drachmas CCCC. *Parii Talenta* IV drachmas MDCCC XXX. *Oenaei ex Icaro Talentum*, & drachmas LXXX.

*Hae Civitates foenus non ſolverunt, quod magiſtratus noſtri tempore ſolvere tenebantur bis quatuor annis ſub Archontibus Athenis Callia, Chariſandro, Hippodamante, & Socratide*; *in Delo vero Epigene, Palaeo, Hippia, Pyrrhaetho. Naxii Talentum*, & drachmas MMMDC. *Andrii Talenta* II. *Caryſtii Talentum, &* drachmas MMCCCC.

*Hi ex Privatis foenus non reddiderunt*, quod debebant *noſtri magiſtratus tempore bis quatuor annis Archontibus Athenis Callia, Chariſandro, Hippodamante, Socratide; in Delo vero Epigene, Palaeo, Hippia, Pyrrhaetho. Agatharchus Ariſtonis* filius *Delius* drachmas CCCC. *Agathocles Hypſoclis* filius *Tenius* drachmas CC.. *Euphraenetus Euphanti* filius *Delius* drachmas CX. *Alcmaeonides Thraſymachi* filius *Athenienſis* drachmas DCX. *Glaucippus Clitarchi* filius *Delius* drachmas CCCCX .... *o Caryſtius* drachmas CC *Scyllias Andrius* drachmas CC. *Hypſocles Theopiſti* filius *Delius* drachmas CCC. C. *Prianeus Syrius Galepſii* filius drachmas CCCXXXXV .... *clides*

*Thra-*

Digitized by Google

ΤΙΜΗΣ ΚΕ. ΑΛΛΑΙΟΝ Χ𐅅ΗΗΗΔΔ
ΔΔΠ ΜΙΣΘΩ ΕΙΣ ΤΕΜΕΝΩΝ ΕΞ ΡΗΝΕΙΑΣ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ ΙΠΠΟΔΑ
ΜΑΝΤΟΣ ΕΝ ΔΗΛΩ ΔΕ ΠΑΛΑΙΟ ΙΠ. ΙΟ ΤΤΧ
ΗΗ . . ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ ΤΕΜΕΝΩΝ Ε. ΔΗΛΩ ΕΠΙ
ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΑΡΧΗΝΤΩΝ ΧΧΗΗΗΗ𐅄
ΔΔΔ ⊢⊢⊢⊢ ΟΙΚΙΩΝ Μ ΣΘΩ. ΕΙΣ
ΕΠΙ ΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗΣΙ ΕΝ
ΔΗΛΩ ΔΕ ΙΠΠΙΟ ΗΗ𐅄. ΔΔΔΠ
⊢⊢
ΛΗΜΜΑΤΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΤΤΤΤΤΤΤ
ΧΧΧΧ𐅅ΗΔΔΔΔ ⊢⊢⊢
⊢ ΙΙ Ι

ΑΠΟ ΤΟΤΟ. ΑΔΕ ΑΝΗΛΩΘΗ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΑΡΙ
ΣΤΕΙΟΝ ΤΩ. ΕΩ ΚΑΙ ΤΩ ΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩ ΜΙΣΘΟΣ
Χ𐅅 ΤΡΙΠΟΔΕΣ ΝΙΚΗΤΗΡΙΑ ΤΟ. Σ
ΧΟΡΟΙΣ ΚΑΙ ΤΩ ΕΡΓΑΣΑΜΕΝ . ΜΙΣΘΟΣ Χ ΑΡΧΕ
ΘΕΩΡΟΙΣ Τ ΕΙΣ ΚΟΜΙΔΗΝ ΤΩΝ ΘΕΩΡΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ
ΧΟΡΩ ΑΝΤΙΜΑΧΩ ΦΙΛΩΝΟΣ ΕΡΜΕΙΩ ΤΡΙΗ
ΡΑΡΧΩ ΤΧ ΑΡΙΘΜΟΣ ΒΟΩΝ ΤΩΝ . . Ν ΕΟΡΤΗΝ
ΩΝΗΘΕΝΤΩΝ ΗΠ ΙΙ ΙΙ ΤΙΜΗ ΤΟΤΩΝ ΤΧΧΗ
ΗΗΗΔΠ⊢⊢⊢⊢ ΠΕΤΑΛ . . . . . Α ΚΑΙ
ΧΡΥΣΩ . ΕΙ ΜΙΣΘΟΣ ΗΔΔ . . . ΕΙΣ ΤΑ ΠΡΟΘΥ
ΜΑΤΑ ΤΗΣ ΕΟΡΤΗΣ. . . . . ΙΔΗ ΤΩΝ ΤΡΙΠΟΔΩΝ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΒΟΩ . . . . . ΝΤΗΚΟΣΤΗ ΚΑΙ ΤΡΟ. . . Ι ΚΑΙ
ΞΥΛΩΝ ΤΙΜΗ ΤΩΝ ΕΠ. . . . ΝΤΙΜ. . . ΚΑ ΤΑΛΛ. . .

## In poſtica Marmoris eiuſdem parte

ΑΙΔΕ ΤΩ ΠΟΛΕΩΝ ΤΩ ΤΟ . Ο ΟΝ ΕΔΕΙ ΑΥΤΑΣ
ΕΠΙ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΑΡΧΗΣ ΑΠΟΔΟΝΑΙ. ΝΕΛ. ΠΟ.
ΚΑΙ ΟΚ ΑΠΕΔΟΣΑΝ ΤΩΝ ΤΕΤΤΑΡΩΝ ΕΤΩΝ ΚΕΙΟΙ
ΧΧΧΧΗΔΔΠ⊢⊢. ΜΥΚΟΝΙΟΙ ΗΗΗ
ΗΔΔ ΣΥΡΙΟΙ ΧΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗ ΣΙΦ
ΝΙΟΙ ΧΧ𐅄ΔΔΔΠ⊢⊢⊢ ΙΙ ΤΗΝΙΟΙ
ΧΧΗΗΗΗ ΘΕΡΜΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ ΗΗΗΗ
ΠΑΡΙΟΙ ΤΤΤΤΧ𐅅ΗΗΗ
ΔΔΔ ΟΙΝΑΙΟΙ ΕΞ ΙΚΑΡΟ Τ𐅄ΔΔΔ
ΑΙΔΕ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΤΟΝ ΤΟΚΟΝ ΟΚ ΑΠΕΔΟΣΑΝ
ΤΟΝ ΕΠΙ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ ΑΡΧΗΣ ΤΕΤΤΑ . ΩΝ
ΕΤΩΝ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΚΑΛΛΕΟ ΧΑ
ΡΙΣΑΝΔΡΟ ΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΣΩΚΡΑΤΙΔΟ ΕΝ ΔΗ
ΛΩ ΔΕ ΕΠΙΓΕΝΟΣ ΠΑΛΑΙΟ ΙΠΠΙΟ ΠΥΡΡΑΙΘΟ
ΝΑΞΙΟΙ ΤΧΧΧ𐅅Η ΑΝΔΡΙΟΙ ΤΤ
ΚΑΡΥΣΤΙΟΙ ΤΧΧΗΗΗΗ
ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΙΔΙΩΤΩΝ ΤΟΝ ΤΗΚΟΝ ΟΚ ΑΠΙΔΟ . ΑΝ ΤΟΝ ΕΠΙ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ
ΑΡΧΗΣ ΤΕΤΤΑΡΩΝ ΕΤΩΝ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΚΑΛΛΕΟ ΧΑΡΙΣΑΝ
ΔΡΟ ΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΣΩΚΡΑΤΙΔΟ ΕΝ ΔΗΛΩ ΔΕ ΕΠΙΓΕΝΟΣ ΠΑΛΑΙΟ
ΙΠΠΙΟ ΠΥΡΡΑΙΘΟ ΑΓΑΘΑΡΧΟ. . ΡΙΣΤΩΝΟΣ ΔΗ . . ΟΣ ΗΗΗΗ ΑΓΑ
ΛΕΗΣ ΤΥΟΚΛΕΟΣ ΤΗΝΙΟΣ ΗΗ . . ΕΥΦΡΑΙΝΕΤΟΣ ΕΥΦΑΝΤΟ ΔΗΛΙΟΣ
ΗΔ ΑΛΚΜΕΩΝΙΔΗΣ ΘΡΑΣΥ . . . Ο ΑΘΗΝΑΙΟΣ 𐅅Δ ΓΛΑΥ
ΚΙΠΠΟΣ ΚΛΕΙΤΑΡΧΟ ΔΗΛΙΟΣ ΗΗΗΗΔ. . . . ΩΝ ΚΑΡΥΣΤΙΟΣ ΗΗ
ΣΚΥΛΛΙΑΣ ΑΝΔΡΙΟΣ ΗΗ ΤΥΟΚΛΗΣ ΘΕΟ. . . ΤΟ ΔΗΛΙΟΣ ΗΗΗ
Η ΠΡΙΑΝΕΥΣ ΣΥΡΙΟΣ ΓΑΛΗ. ΣΙΟ. . . ΔΔΔΔΠ. . . ΚΛΕΙΔΗΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ
ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ
ΙΠΠΙΟ
ΤΤΧΗΗΗΔ = ΕΝ
ΑΡΧΟΝΤΩΝ
ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ
ΗΗ𐅄ΔΔΔΔΠ⊢⊢
ΤΑΔΕ
ΘΕΩ
ΤΟΙΣ
ΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩ
ΧΟΡΩΝ
ΕΙΣ ΤΗΝ
ΠΕΤΑΛΑ ΧΡΥΣΕΑ
ΧΡΥΣΩΣΙΣ = ΗΔΔΔΠ
ΣΥΝΚΟΜΙΔΗ
ΒΟΩΝ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ
ΤΡΟΦΑΙ
ΤΩΝ = ΤΟΚΟ
ΑΝΕΛΙΠΟΝ
ΤΕΤΤΑΡΩΝ
ΤΟΚΟΝ = ΑΠΕΔΟΣΑΝ
ΑΓΑΘΑΡΧΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ = ΔΗΛΙΟΣ
ΑΓΑΘΟΚΛΕΗΣ
*f.* ΘΡΑΣΥΜΑΧΟ vel ΘΡΑΣΙΒΟΛΟ
*f.* ΘΡΑΣΩΝ, ſicuti mox ΘΡΑΣΩΝΟΣ
*f.* ΘΕΟΠΙΣΤΟ vel ΘΕΟΦΑΝΤΟ
*f.* ΗΗΗΔΔΔΔΠ = *f.* ΠΑΓΚΛΕΙΔΗΣ

ΘΡΑ-

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| ΘΡΑΣΥΝΝΑΛΟ ΔΗΛΙΟΣ [Δ] ΙΚΩΡΕΩΝ ΘΡΑΣΩΝΟΣ . . . ΙΟΣ Η | *f.* ΔΗΛΙΟΣ. vel ΤΗΝΙΟΣ . ΣΥΡΙΟΣ . ΠΑΡΙΟΣ . |
| Η[Δ]ΔΔΔ ΛΑΧΗΣ ΛΑΧΗΤΟΣ ΣΤΕΙΡΙΕΥΣ [Η]ΗΗ | |
| . . . Α · ΣΙ . . ΝΥΜΦΟΔΩΡΩ ΔΗΛΙΟΣ ΗΔΔΔΔ ΘΡΑΣΩΝ ΑΡΡΩΝΟΣ | [Γ]ΗΗ . . ΔΑ . ΣΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟ |
| ΣΦΗΤΤΙΟ . . . . . ΡΙΣΤΗΙΔΗΣ ΔΕΙΝΟΜΕΝΟΣ ΤΗΝΙΟΣ ΥΠΕΡ ΟΙΝΑΛΟΚΛΕΟ | ΣΦΗΤΤΙΟΣ . . . ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ |
| . . . ΝΙΟ ΗΗΔ . | ΣΙΦΝΙΟ . ΜΥΚΟΝΙΟ |
| ΟΙ ΔΕ ΩΦΛΟΝ ΔΗΛΙΩΝ ΑΣΕΒΕΙΑΣ . . . . ΡΙΣΑΝΔΡ . ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗ | ΕΠΙ ΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ |
| ΣΙ ΕΝ ΔΗΛΩ ΔΕ ΠΑΛΑΙΟ Τ . . . ΤΟ . . . ΠΕ . ΡΑΓΜΕΝΟΝ ΑΙ ΑΕΙΦΥΓΙΑ | ΤΙΜΗ ΤΟΚΟ ΟΥ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟ |
| ΟΡΙ . · . ΕΚ ΤΟ ΙΕ . . . . . ΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟ ΔΗΛΙΟ Η . ΟΝ . ΟΣ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣ | ΙΕΡΟ ΤΟ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ = ΤΟΣ ΑΜΦΙ-<br>ΚΤΥΟΝΑΣ |
| ΚΑΙ ΕΥΤ . . . . ΠΙΓΕΝΗΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΟΣ Μ ΠΥΡΡΑΙΘΟΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟ Μ . | ΕΥΤΥΧΟΝ ΕΠΙΓΕΝΗΣ |
| ΠΑΤΡΟ . . ΗΣ ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ Μ . . . . . . . . . . . . . . . . . . | ΠΑΤΡΟΚΛΗΣ |
| ΑΡΙΣΤΟΦΩΝ ΛΙ . . ΠΠΟ . ΑΝΤΙΦΩΝ Τ . ΝΝΩ . ΟΣ Μ . . ΔΟΙΤΕΛΗΣ ΑΝΤ . . . Ο | ΛΙΣΙΠΠΟ Μ = *f.* ΑΝΤΙΟΧΟ |
| Μ ΤΗΛ . . ΗΣ ΠΟΛΥΑΡΚΟΣ Μ | ΤΗΛΕΣΗΣ ΠΟΛΥΑΡΧΟ |
| ΟΙΚ . . . ΕΝ ΔΗ . . . ΕΡΑΙ ΤΩ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ Τ . . . ΛΙΟ ΟΙΚΙΑ ΕΝ ΚΟΛΩ | ΟΙΚΙΑΙ ΕΝ ΔΗΛΩ ΙΕΡΑΙ = ΤΟ ΔΗΛΙΟ |
| . . ΗΗΗ Ε . . . ΤΟΗ . Ε . . . ΩΝ ΑΛΕΞΟΣ . . . ΚΕΡΑΜΕΙΑ · ΜΝΕΥΦΑ . . Ο . | ΚΟΛΩΝΩ Η ΗΝ ΕΡΑΣΤΟ ≡ Α ΗΝ ΕΥΦΑΝ-<br>ΤΟ ut verſ. 94. |
| ΣΓ . . . . . . . ΤΟ ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ ΤΟ Α ΤΩΝ ΟΦΕΜΠΕΔΙΩΝ ΟΙ . . . . Η ΗΝΑΡ . . . . | ΟΙΚΙΑ Η ΗΝ ΑΡΙΣΤΙΠΠΟ |
| ΠΟΗ . . Ε . . ΩΝ . . . Σ ΟΙΚΙΑ Η ΗΝ ΕΠΙΣΘΙ . . . Η . . . . . ΠΟ . . ΣΧΑΛ | Η ΗΝ ΕΚ ΤΩΝ . . . Σ ≡ ΕΠΙΣΘΕΝΟΣ Η |
| ΚΕΙΟΝ Ο Η . . . ΙΠΠΟΩ . . Ε . . Ω . Ι . . . . ΩΝ ΟΙΚΗΜΑΤΑ ΟΙΚΙΑ . . . . . . | ΗΝ ΤΟ |
| ΙΚ . . ΗΝ ΕΠΙΣΘΕΝΟ | |

*Thraſynnali* filius *Delius* drachmas L. *Icoreo Thraſonis* filius . . . *ius* drachmas C.
CLXXX. *Laches Lachetis* filius *Stirienſis* drachmas DCC.
. . . *a . ſi* . . *Nymphodori* filius *Delius* drachmas CXXXX. *Thraſo Arrhonis*
filius *Sphettius* . . . *Ariſtides Dinomenis* filius *Tenius pro Oenalocleo* . . . .
. . . *nio* drachmas CCX.
*Hi ex Deliis* obnoxii, vel *damnati ſunt impietatis Chariſandro Archonte Athe-*
*nis, in Delo vero Palaeo*. Multa foènus integrum *non ſolutum, & perpetuum exilium*
. . . . . . *ex Templo Apollinis Delii* . . . . . . . *Amphictyonas*,
*&* . . . . . . *Epigenes Polycratis* f. drachmis x̄ *Pyrrhaethus Antigoni* f. drachmis x̄
*Patrocles Epiſthenis* filius drachmis x̄ . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*Ariſtophon Liſippi* filius drachmis x̄. *Antiphon Tennonis* f. drachmis x̄
. . . *doeteles Antiochi* filius
drachmis x̄ *Tel* . . *es Polyarchi* filius drachmis x̄.
*Domus in Delo ſacratae Apollini Delio, domus in Colo-*
*no, quae erat ex* . . . . *figuli officinae, quae erant Euphanti*
. . . . . . . . . . *Balineum, quod* . . . . . . . *Domus, quae erat Ariſtip-*
*pi* . . . . . . . . . . . *Domus, quae erat Epiſthenis*. *Officina fabri*
*aerarii, quae erat Hippoſthenis*. *Privatorum habitationes*. *Domus* . . . . . .
*Domus, quae erat Epiſthenis*.

II. Pulcherrimo praeſtantique Marmori illuſtrando illud apprime conferre poterit, ſi in ipſo veluti limine vitia, atque errores, qui variis in locis irrepſere, perſpicue diſtinguantur; praeſertim vero lacunae, quae in exeſo mutiloque Marmore ſubinde occurrunt, rite accurateque, ſi fieri id quidem poterit, ſuppleantur: ut exinde cetera, quae ad Hiſtoriam, Geographiam, ſacroſque Deliorum, atque Athenienſium ritus, Archontes, ac Magiſtratus alios; Agones etiam, & Feſta varia ſpectare poterunt, opportune demonſtrentur. Etenim, quum neque Marmor ipſum, neque accuratum ipſius exemplar inſpicere, Lectorumque oculis ſubiicere liceat, plurima diſſimulari nunc debent, quae facile exinde de veteri Graecarum literarum forma colligi, vel obſervari profecto poſſent; ut ipſorum praeſidio praecepta, & exempla plurima a Cl. Montfauconio tradita uberius exponi, vel confirmari poſſent. Itaque id unum obſervaſſe nunc libet, ex quo plurimus certe ſplendor lacunis aliquot in exeſo Marmore rite ſupplendis accedet; quod nimirum character Ο, ſaepius in Marmore pro diphthongo ΟΥ uſurpatur: ut verſu 5. ΜΕΧΡΙ ΤΟ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΟ ΕΠΙ ΙΠΠΙΟ; ubi recepta iam characterum forma communique ſcri-

Digitized by Google

ſcribendi more nunc uſitato diceretur: ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΟΥ ΕΠΙ ΙΠΠΙΟΥ. Id vero eximiae Marmoris antiquitati mirifice conſentit; ſicuti viciſſim ex pulcherrimo hoc Monumento Athenaei [1] ſententia confirmatur, qui Achaei tragici Poetae verſus exſcribens, quum Διονύσου nomen ita poculo inſcriptum ΔΙΟΝΥΣΟ memoraſſet, obſervavit: λείπει τὸ υ ϛοχεῖον ἐπεὶ πάντες οἱ Α᾽χαιοὶ τῷ ο ἀπεχρῶντο ἐ μόνον ἐφ᾽ ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ ϗ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει τὸ ο μόνον γράφυσι: *deeſt poſtremum elementum* Υ; *quoniam litera* Ο *utebantur omnes Achaei non ſolum ea facultate, qua nunc pollet, ſed etiam quum diphthongum ſignificabat*, Ο *tantum pingentes*. Caſaubonus hic obſervavit pro Α᾽χαιοὶ *Achaei* reſcribendum eſſe Α᾽ρχαῖοι *antiqui*: quod nempe mos ille non apud Achaeos ſolum, ſed etiam apud veteres Graecos omnes, obtineret; ut hoc etiam illuſtri nitidoque monumento manifeſtiſſime demonſtratur. Ita propemodum in antiquo Deliorum Marmore, quod Montfauconius exhibuit, atque ipſe quoque in Praefatione iam protuli, character Ο pro diphthongo ΟΥ ponitur: ut in Sigei quoque Lapidis initio reperitur: ΦΑΝΟΔΙΚΟ: ΕΙΜΙ: ΤΟ: ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ: ΤΟ: ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ; idemque prorſus characteris Ο valor in celeberrimis Herodis Attici Columnis conſpicitur, [2] quibus ille veterem Graecorum ſcribendi morem expreſſit. Sic, ut exemplis iſtis a Chishullo laudatis exemplum aliud adiiciam, in Pariſienſi Marmore, quod ad annum 3. Olymp. LXXX. referendum eſſe demonſtravi, [3] legitur: ΝΟΜΕΝΙΟΣ; eademque lege ſemel iterumque ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ: ubi modo ΝΟΥΜΕΝΙΟΣ, & ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ſcriberemus; quamvis alibi ΦΡΟΥΡΟΣ, & . . . ΟΥΡΑΡΧΟΣ occurrat: quod nimirum uterque characteris Ο ſimulque diphthongi ΟΥ valor iis temporibus uſurpari conſueverit. At non facile profecto doctiſſimo Chishullo conceſſerim veteris illius Graecorum moris exemplum aliud haberi in antiquiſſima Tabula, quae in Phanagoriae Vrbis ruderibus inventa fuit: ΘΕΟ ΑΠΑΤΟΡΟ: quod ille legendum, & explicandum eſſe putavit ΘΕΟΥ ΑΠΑΤΟΥΡΟΥ *Deae* Veneris *Apaturae*. Quamvis enim in ſecundo loco Ο, pro ΟΥ exaratum eſſe videatur, in extremis tamen locis Ο, pro Ω, quod iis temporibus nondum invaluerat, ſcriptum putaverim; adeoque ΘΕΩ ΑΠΑΤΟΥΡΩ hic explicandum exiſtimo, idque facile exemplis aliis oſtendi poſſe conſpicio. Quemadmodum vero characterem Ο pro ΟΥ in variis hiſce Marmoribus uſurpatum eſſe iam diximus, ita viciſſim alicubi diphthongus ΟΥ, pro ſimplici Ο poſita apud Athenaeum [4] ipſum occurrit; quod etiam exemplis aliis, ſed ex monimentis longe recentioribus, oſtendi poſſet. Quandoquidem vero in Marmoribus illis, quae Neaechmi, Evaeneti, & Euthycriti Archontis anno poſita Cyriacus primum, mox etiam Sponius Athenis exſcripſit, diphthongus illa ΟΥ conſpicitur, perſpicuum fiet inter Olymp. CI. qua Sandvicenſe Marmor excitatum fuit, atque Olymp. CXV. quam Archontes illi praeceſſere, veterem illam diphthongi formam Athenis obſoleviſſe; ut ubique maioris perſpicuitatis amore non Ο ſimplex, ſed ΟΥ, tum in Scriptoribus, tum in Marmoribus etiam adhiberetur.

III. Quod vero ad lacunas, & hiatus omnes ſpectare poterit, qui in Marmore reperiuntur, illi facile duas in claſſes ſecerni dirimique poſſunt; ut in aliis quidem aut aliquae vocum literae, aut integrae ſubinde voces; in aliis vero numerici ſolum characteres, vel notae numerales exciderint. Vtriuſque generis lacunas explere, evanidaſque literas, aut notas reſtituere ſic enitar, ut in numeralibus quidem, niſi mea me fallit opinio, id ubique fere praeſtiterim; in vocibus vero plura reſtituerim, ſed plurima quoque intacta, vel deſperata reliquerim. Ac de emendationibus quidem, quae ex ipſo Marmoris contextu ſponte quadam ſua profluere videbantur, nihil hic dicam; quippe quum facile intelligi probarique illae poſſint, ut ex. gr. in 8. verſu pro ΕΡΓΑΜΜΑΤΕΥΕΝ, quod temere irrepſerat, reſcribendum eſſe ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ. Nonnullas ſolum indicaſſe hic libuit, quae paullo obſcuriores videri fortaſſe poterant. In verſu 16. legi ΤΟ ΤΟΚΟ, non modo quod interiectae lacunae

o ſpa-

(1) Lib. XI. c. 5. (2) Gruter. pag. 17. n. 1. (3) Faſt. Attic. Tom. I. pag. 162. (4) Lib. X. c. 20.

ſpatium, ſenſuſque perſpicuitas id exigere videbatur; verum etiam quod in I. Claſſe Civitates illae memorentur, quae non τὸν τόκον, integrum nempe foenus, ſed aliquam ſolum τῶ τόκω, hoc eſt *foenoris* ipſius partem perſolverant: quemadmodum in II. Claſſis initio explicate legitur: τῶ τόκο ἀπέδοσαν *ex foenore ſolverunt*; atque in IV. Claſſe recenſentur Civitates illae, quae τῶ τόκο, ὃν ἔδει αὐτὰς ἀποδῦναι, ἀνέλιπον, καὶ οὐκ ἀπέδοσαν *ex foenore, quod oportebat ipſas ſolvere, reliquerunt, neque ſolverunt*. Exinde vero in 21. verſu vocem ΠΑΡΙΟΙ excidiſſe, certoque reſtituendam eſſe conieci. Etenim, ſi in I. Claſſe recenſentur Civitates illae, quae foenus foenoriſque partem perſolverant; in IV. vero quae partem foenoris adhuc perſolvere tenebantur, quis aperte non videat Civitates omnes, quae in IV. Claſſe numerantur, in I. quoque numeratas eſſe oportere? Ergo, quum in IV. Claſſe ΠΑΡΙΟΙ *Parii* nitide diſerteque exprimantur, ipſorum nomen etiam in I. ſupponi reddique debet; adeoque in 21. verſu, ubi ſex literarum lacuna reperitur, ΠΑΡΙΟΙ *Parii* reſtitui debet.

In 24. verſu perſpicue legi, ſupplerique debet ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ *ſumma*; adeoque unius ſolum characteris, vel numeralis notae locus ſupererit, ut inferius oſtendetur.

In 27. verſu unius quidem literae lacuna ſupereſſe conſpicitur; ſed integra tamen ΙΔΙΩΤΩΝ vox intelligi ſupplerique debet, quae non explicate, ut in Claſſis eiuſdem fine, ſed notae compendiique inſtar expreſſa ibi fuerit.

In 33. verſu, niſi quadratarii, vel exſcriptoris vitium irrepſerit, notae, vel contractionis ope ΔΗΛ, pro ΔΗΛΙΟ exaratum fuit. Siquidem duos characteres alios, vel numerales notas ibi reſtituendas eſſe mox oſtendetur. Viciſſim vero in 34. quamvis trium characterum ſpatium exprimatur, duplex tamen character ΑΙ ſupplendus erit.

In 42. vox ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ſuperius etiam adhibita reponi debet.

In 47. verſus fine character Σ a quadratario omiſſus, vel evanidus adiungendus erit; quemadmodum in 49. quamvis nullum lacunae veſtigium ſuperſit, character Σ interſeri debet, ut legatur ΜΙΣΘΩΣΕΙΣ prorſus ut in 54. ſcriptum conſpicitur.

In 62. perſpicue ΘΕΩ ſupplendum erit, ut Apollo exprimatur, cui *Delia* Feſta peragebantur, ut inferius demonſtrabitur.

In 67. verſu, quamvis duarum ſolum literarum hiatus ſuperſit, legendum tamen videtur ΕΙΣ ΤΗΝ; niſi fortaſſe cui libeat ſuperſtitem characterem Σ in Ν refingere, adeoque ſolum ΕΙΣ reſtituere.

In 69. verſu ΠΕΤΑΛΑ ΧΡΥΣΕΑ *folia aurea* reſtitui, quod repente ΧΡΥΣΩΣΙΣ *deauratio* ſubiiciatur: ita nimirum legendum eſſe perſpicuus Marmoris ſenſus oſtendit, quamvis Taylorus ΧΡΥΣΩ. ΕΙ nobis expreſſerit.

In 71. verſu quamvis ΕΠΙ ΚΟΜΙΔΗ, vel ΣΥΝΚΟΜΙΔΗ, ſicuti mox ΕΠΙ ΠΕΝΤΕΚΟΣΤΗ ſuppleri, lacunaeque ſpatium expleri ſic poſſet; attamen ΚΟΜΙΔΗ potius, & ΠΕΝΤΕΚΟΣΤΗ ego legerim; ſicuti ſuperius cetera recto caſu exprimuntur, atque etiam repente ΤΡΟΦΑΙ memorantur. Itaque poſt vocem ΕΟΡΤΗΣ tres numerales notae; poſt ΒΟΩ duae ſolum exciderunt, quas modo conicere, vel divinare vix poſſumus.

In 75. certiſſime reponi debet ΑΝΕΛΙΠΟΝ, ut exprimatur Civitates illas foenus, quod ſolvere tenebantur, diſtuliſſe.

In 94. Fortaſſe ſuppleri legique debet ΑΓΑΘΟΚΛΕΗΣ; cuiuſmodi nomen, ſicut etiam ΤΥΟΚΛΕΗΣ, in 31. verſu reperitur.

In 104. Quamvis ibi *quatuor* ſolum, non *quinque*, characteres excidiſſe indicentur, legerim tamen ΕΠΙ ΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ.

In 105. Reſtituendum arbitror ΤΙΜΗ ΤΟΚΟ Ο ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟ ΚΑΙ ΑΕΙΦΥΓΙΑ: ut nempe exprimatur in multa iis irrogata integrum foenus, quod exactum ſolutumque non fuerat, ſimulque perpetuum exilium contineri.

In 106. Suppleverim ΟΡΙ . . . ΕΚ ΤΟ ΙΕΡΟ ΤΟ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

In 107 Senſus perſpicuitas exigere videtur, ut legatur ΕΥΤΥΧΟΝ ΕΠΙΓΕΝΗΣ, quod nimirum multam illam accepere Epigenes, aliique mox in Marmore nominati.

In

In 109. Quum poſt aliorum nomina character M *myriadi* exprimendae exaratus occurrat, hic etiam ΛΙΣΙΠΠΟ Μ reſtituendum exiſtimo. In fine facile ΑΝΤΙΟΧΟ, moxque ΤΗΛΗΤΗΣ ΠΟΛΥΑΡΧΟ reſtitui poterit.

In 111. Quum domus Apollini Delio ſacrae mox numerentur, perſpicue corrigi ſupplerique debet: ΟΙΚΙΑΙ ΕΝ ΔΗΛΩ ΙΕΡΑΙ ΤΟ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟ ΔΗΛΙΟ.

In 112. Legendum ΚΟΛΩΝΩ. Quumque perſpicue mox illius nomen exprimatur, cuius domus illa fuerat, ita quoque hic levi facilique mutatione reſcribendum arbitror Η ΗΝ ΕΡΑΣΤΟ; atque ita prorſus poſt ΚΕΡΑΜΕΙΑ corrigendum legendumque puto Α ΗΝ ΕΥΦΑΝΤΟ.

In 113. ΟΙΚΙΑ Η ΗΝ ΑΡΙΣΤΙΠΠΟ.

In 114. Fortaſſe ſupplendum Η ΗΝ ΕΚ ΤΩΝ.

In ceteris autem lacunis characteres quidem aliqui ſuppleri, ſed certo tamen illae corrigi ſupplerique non poſſunt.

IV. Proximum autem eſt, ut vitiatis mutiliſque vocibus in Marmore reſtitutis, lacunas etiam illas ſupplere enitar, in quibus numerales notae exciderunt. Vt autem id clariori quo poterit ordine peragatur, illud in ipſo veluti limine obſervari debet, quod characteres illi, vel numerales notae, quae pro veteri Graecorum more exaratae ſunt, ut in *Prolegomenis ad Notas Graecorum* pag. XXIII. expoſui, *drachmas* ſignificant, quarum quaelibet obolis *ſex*, ipſorumque ſinguli vel 6, vel 8, vel 10 aereis componebantur. Ex *centum* vero drachmis Atticis *mina*, & ex eiuſmodi 60. minis *Talentum* Atticum conſtabat: ut proinde in Talento 6000 drachmae continerentur. Itaque perſpicuus certuſque eiuſmodi characterum valor is eſſe debet, qui in ſubiecto ſchemate demonſtratur:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Τ | | 6000 | Η | | 100 |
| \|Χ\| | | 5000 | \|Δ\| | | 50 |
| | drach- | | | drach- | |
| Χ | mae | 1000 | Δ | mae | 10 |
| \|Η\| | | 500 | Π | | 5 |

Atque in iis quidem characteribus, vel numeralibus notis rite explicandis nulla propemodum obſcuritas eſſe poteſt, quum iidem ſaepiſſime in monimentis aliis occurrant. Longe tamen maxima difficultas characteribus aliis ineſſe conſpicitur, qui alicubi in Marmore reperiuntur, nimirum ⊢, I, C. Etenim character ⊢ in aerea quidem Heracleenſi Tabula obſervatur; (1) ſed ibi non aliud, quam aſperum ſpiritum graecae vocali praefixum, ſignificat; hic vero numeralis notae locum certiſſime obtinere debet. Character I ſaepiſſime in Graecis Marmoribus occurrit, ibique vel *unum*, vel *decem* ſignificat, adeoque drachmarum unitates hic exprimere videretur; ſed character alius ⊢, qui inter ipſum & characteres alios Δ, vel Π ponitur, perſpicue oſtendit eiuſmodi nota I drachmas deſignari non poſſe. Denique character C, ut Cl. Gorius obſervavit, (2) in pluribus Etruſcorum Nummis a Dempſtero, & Gorio expreſſis conſpicitur, quamvis alicubi inverſo ſitu ita Ɔ exprimatur; ſed in nullo prorſus Graecorum monimento reperitur, in quo vel *quinque*, vel *ſex* non ſignificet: qui certe valor hic illi affigi concedique non poterit, quum ipſius poteſtas minor alterius I poteſtate eſſe debeat; ſicuti characteris I valor alterius ⊢ valore minor conſpicitur; quum ubique characteres iſti hoc ordine deſcribantur ⊢, I, C: in quo proinde maior ſemper minorem ordine praecedat. Itaque quis inſolitis characteribus iſtis valor affingi unquam poterit? Certe in prima Claſſe character ⊢ bis, character I octies, & C ſemel reperitur; atque in ſumma, quae poſtremo loco ver. 58. velut ex illis collecta ſubiicitur, habetur ⊢ quater, & ſemel C: quod argumento certe eſſe poſſet characterem I *octies* acceptum duobus ⊢, adeoque quatuor I unico ⊢, aequales eſſe; & tamen in 19. Marmoris verſu reperitur ⊢⊢ Π II: quod fieri certe non poterat ſi quatuor I unico

O 2

(1) Obſerv. Liter. Tom. III. pag. 296. (2) Defenſ. Alphab. Etruſc. pag. 202.

co ⊢ aequales eſſent; perſpicue nimirum in hac hypotheſi ſcriptum foret ⊢⊢⊢. Ita propemodum, ſi univerſa characterum illorum multitudo variis in locis expreſſa in unum colligatur, in tribus Claſſibus ⊢ *duodecies*, itidemque I *duodecies* reperitur: adeoque, quum in totali Claſſium ſumma legatur ⊢ *quater*, & I *ter*, partialis aliqua ſumma totalem excederet. Denique, ſi charactere ⊢ drachma, & I obolus exprimatur, quum nota ⊢ quatuor I compoſita videatur, drachma ipſa quatuor ſolum obolis aequalis eſſet; quod a perſpicuis Veterum teſtimoniis abhorret. Ita propemodum in II. Claſſe ubi 12 ⊢, totidemque I reperiuntur, drachmae 13, & oboli 4 adiungendi forent; quum tamen in totali ſumma ⊢ *quatuor*, & I *tres* exprimantur. Hinc, quaecumque hypotheſis eligatur, ſemper aliqua in characteribus iſtis obſcuritas, atque perplexitas eſſe debet; ut proinde, vel minutiorem illam ſupputandi methodum ab Atticis uſurpatam nobis incognitam, atque inexplicabilem fateri liceat; ſive potius, ut arbitror, vitium, ac errorem aliquem in Marmore ſuſpicari, qui ex notiſſimo Atticae monetae valore corrigi, vel emendari nunc debeat. Itaque nullus hic dubito quin character ⊢ *drachmas*, ipſarumque unitates exprimat; itidemque character I *obolos*, quorum *ſex* drachmam conficiunt; quamvis in Oxonienſi Marmore ſimplices drachmarum numeri ſemper charactere I deſignentur; ut Num. XVI. mox oſtendetur; quemadmodum in hoc ipſo Marmore ubi 109. boum numerus indicatur, character ille I unitates ſignificat. Character autem C *aereis* fortaſſe exprimendis adhibitus videretur; ſed, quum eiuſmodi nota, ſive character in totali pecuniarum ſumma non appareat, ſed in illa ſolus character I, vel obolorum numerus exprimatur, character ipſe C aereos exprimere non poterit; alioquin ille octies in Marmore reperiretur, ut ex illis octo C integer obolus conficeretur, quum tamen ſemel tantum ver. 19. in illo nobis occurrat. Ergo quemadmodum Cl. Gorius in variis Etruſcorum Nummis characterem ipſum C *ſemiſſis* notam eſſe putavit; ita quoque in noſtro Marmore hunc *ſemiobolo*, hoc eſt oboli ſemiſſi, deſignando uſurpatum eſſe putaverim. Quandoquidem vero certiſsime, ut ſuperius oſtendi, in I. Claſſis ſumma error irrepſit; adeoque character aliquis in illa corrigi, refingique debet, pro ⊢⊢⊢⊢ C, quae modo in illa conſpicitur, reſcribendum arbitror ⊢⊢⊢ II C hoc eſt drachmas 3. obolos 2 cum *ſemiſſe* oboli. Ita nimirum perſpicue certoque integra cuiuslibet Claſſis ſumma conſtabit, tandemque univerſa trium Claſſium ſumma partialibus cuiuslibet Claſſis ſummis una collectis accuratiſſime reſpondebit, ut clariori quo poterit ordine nunc oſtendetur.

V. Atque, ut a prima Claſſe exordiar, illa nimirum, in qua foenoris a Civitatibus exacti ſummae recenſentur, ſi notae numerales adhuc in illa ſuperſtites ordine colligantur, poſtremaeque notae, ut ſuperius, emendentur, ſummam conſtituunt, quae in ſubiecto ſchemate collocatur ſub B

| A | | B | |
|---|---|---|---|
| T | 3 | T | 3 |
| X | 3 | X | 3 |
| H | 9 | H | 5 |
| Δ | 9 | Δ | 9 |
| ⊢ | 3 | ⊢ | 3 |
| I | 2 | I | 2 |
| C | 1 | C | 1 |

At in in Marmore dicitur univerſam I Claſſis ſummam eam eſſe oportere, quae exhibetur ſub A, ergo in extrito Marmore quatuor H prorſus exciderunt, quae proinde non ver. 21 ubi ſolum *Pariorum* nomen ſupplendum eſſe iam dixi, ſed verſu 18. & 24. hoc eſt *Ceorum*, & *Thermaeorum* ſummae reſtitui debent, quum ipſarum utraque mutila, & imperfecta videatur. Sed Thermaeorum ſummae unica ſolum H adiungi poteſt, alioquin character 𐅅 in illa conſpiceretur; eademque prorſus ratione Ceorum ſummae quatuor H adiungi non poſ-

poſſunt, ergo Ceis quidem tres H, unica vero Thermaeis adiungi debet; atque ita characteres omnes in I Claſſe ſuppleti, lacunaeque repletae erunt; ut in hac ſerie conſpicitur:

| | *imperfectae* | *ſuppletae* |
|---|---|---|
| *Ceii* . . . | H𐅄ΔΔ⊢⊢ II II C | HHHH𐅄ΔΔ⊢⊢ II II C |
| *Thermaei* | HHH. . . φάλαιον | HHHH Κεφάλαιον |

Integra vero primae Claſſis ſumma iam explorata, aliarum quoque Claſſium ſummam ita explorari, colligique poſſe putaverim. Vniverſa trium Claſſium ſumma, ut verſ. 58. 59. 60. exhibetur eſt A;

| | A | | B | | C |
|---|---|---|---|---|---|
| T | 8 | T | 3 | T | 5 |
| X | 4 | X | 3 | | |
| H | 6 | H | 9 | H | 6 |
| Δ | 4 | Δ | 9 | Δ | 5 |
| ⊢ | 4 | ⊢ | 3 | ⊢ | 1 |
| I | 3 | I | 2 | | |
| | | C | 1 | C | 1 |

ſed ſumma I Claſſis eſt B; ergo ſumma II & III Claſſis una coniunctarum erit C, hoc eſt Tal. 5. drachmarum 651. una cum oboli *ſemiſſe*; ſed univerſa ſecundae Claſſis ſumma, quae ver. 43. in Marmore exhibetur, deſinit in ΔΔΠ, hoc eſt 25. ergo III Claſſis ſumma deſinere debet in ΔΔΠ⊢C. Sed characteres adhuc in illa ſuperſtites ſummam conficiunt T 3 & 1606. drachmarum; adeoque deſineret in X𐅅HΠ⊢; ergo in partialibus ſummis, quae in hac III Claſſe lacerae, vel imperfectae conſpiciuntur, numerales notae ΔΔC certiſſime adiungi debent:

| | *imperfectae* | *ſuppletae* |
|---|---|---|
| *Epiſthenes* | HH𐅄ΔΔ ΔΔ. | HH𐅄ΔΔΔΔC |
| *Nemora Rhen.* | TTXHH . . | TTXHHHΔ |
| *Domus* | HH𐅄 . ΔΔΔΠ | HH𐅄ΔΔΔΔΠ |

Sed Epiſtheni character Δ adiungi non poterit, alioquin integra ſumma foret H; ergo ſolum C, quod in III. Claſſe deeſſe iam vidimus, adiungi ibi debet. Domorum ſummae character alius interſeri non poteſt, quam ſolus Δ; ideoque adiectis C, & Δ iam tertiae Claſſis ſumma foret T 3. & 1616 drachm. & oboli *ſemiſſis*, adeoque deſineret in ΔΠ⊢C; ſed illa deſinere debet in ΔΔΠ⊢C, ergo in Nemorum ſumma, ubi lacuna reperitur, character alius Δ adiungi debet, ac reliqua numeralis nota, quae in illo deeſſe conſpicitur, erit H. Itaque ſummis ita reſtitutis integra III Claſſis ſumma erit T 3. & 1726. drachmarum, & obol. $\frac{1}{2}$ quae ſi cum I Claſſe, hoc eſt cum T 3. & 3993 drachmis, obolis $2\frac{1}{2}$ coniungatur, conficiet ſummam T 6. dr. 5719. ob. 3. quae, ſi ex totali trium Claſſium ſumma, hoc eſt ex T 8. dr. 4644. ob. 3. ſubtrahatur, ſupererit II Claſſis compoſita ex T 1. dr. 4925. ut inito calculo hic expreſſum conſpicitur:

| | |
|---|---|
| *Summa totalis* | T 8. dr. 4644. ob. 3. |
| *I. & III. Claſſis* | T 6. dr. 5719. ob. 3. |
| *II. Claſſis* | T 1. dr. 4925. |

Itaque in hac hypotheſi II. Claſſis ſumma ita breviſſime exprimenda foret M𐅅HHHHΔΔΠ: ut nimirum character M *myriadem*, hoc eſt Talentum unum, & quatuor drachmarum millia ſignificet. Sed in ipſo Marmore ver. 43. ubi II. Claſſis κεφάλαιον *ſumma* exhibetur, duorum tantummodo characterum locus conſpicitur, atque ibi certiſſime priores characteres illi M𐅅 reſtitui debent; ergo cha-

charaćter alius H hic inſeri non poterit; quemadmodum illi ne in partialibus quidem II Claſſis ſummis locus aliquis eſſe poteſt : ergo II Claſſis ſumma maior eſſe non poterit T. 1. dr. 4825; & charaćter alius H, qui neque I, neque II Claſſi adiungi poteſt, & tamen in totali Claſſium ſumma reperitur, in aliquem III Claſſis locum transferendus erit, fortaſſe in Epiſthenis; ut proinde vera III Claſſis ſumma eſſe debeat T. 3. dr. 1826. ½. Hinc peculiaris, & diſtincta cuiuslibet Claſſis ſumma ea prorſus eſſe debet, quae in ſubiecta ſerie proponitur:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| I. Cl. | T. 3. | dr. 3993 | . ob. 2. | ½ |
| II. | T. 1. | dr. 4825. | | |
| III. | T. 3. | dr. 1826. | | ½ |
| ſumma | T. 8. | dr. 4644 | , ob. 3. | |

Iam vero integra II Claſſis ſumma ſic a me reſtituta, peculiares etiam ipſius ſummae, quae mutilae in Marmore conſpiciuntur, reſtitui, adeoque lacunae ſingulae ſuppleri poterunt. Etenim charaćteres, aut numerales notae adhuc in Marmore ſuperſtites conficiunt ſummam A;

| A | | B | |
|---|---|---|---|
| X | 4 | | |
| H | 4 | H | 3 |
| Δ | 9 | Δ | 2 |
| Π | 1 | Π | 1 |
| ├ | 4 | | |
| I | 4 | | |

ſed vera Claſſis ſumma, ut in poſtrema Marmoris parte ver. 43. conſpicitur, deſinit ut in B; ergo in Marmore charaćteres iſti ΔΔΠII certiſſime adiungi debent, ut illi cum ſuperſtitibus notis 𐅄ΔΔΔΔΠ├├├├ IIII coniunćti ſummam efficiant, quae deſinere poſſit in HΔΔΠ. Eiuſmodi vero charaćteres ΔΔΠ II ceteris adiungendi peculiaribus ſummis interſeri debent, quae lacerae conſpiciuntur, hac nimirum ratione

| | *imperfećtae* | *ſuppletae* |
|---|---|---|
| *Agathocles* | . . Δ . . | HΔΔΠII |
| *Theognetus* | . . HHHΔ | THHHHΔ |
| *Leucinus* | 𐅅HH . . ΔΔΔ | 𐅅HHHΔΔΔΔ |

Etenim charaćter Δ Theogneti ſummae adiungi non poteſt, alioquin ille charaćteribus H praeponeretur. Leucini autem ſummae nonniſi unicus Δ adiungi poteſt, alioquin charaćter 𐅄 in Marmore reperiretur; ergo unicus Δ in Leucino, reliquae notae ΔΠII in Agathocle ſuppleri debent: quumque in Leucino alterius etiam literae locus ſuperſit, neque amplius alter Δ adiungi ibi poſſit, in illo charaćter H reſtitui ſupplerique debebit. Itaque ex charaćteribus adhuc in Marmore conſpicuis, ſimulque ex aliis HΔΔΠII hac ratione nuper inventis prodibit ſumma B

| A | | B | | C | |
|---|---|---|---|---|---|
| T | 1 | | | T | 1 |
| X | 4 | X | 4 | | |
| H | 8 | H | 6 | H | 2 |
| Δ | 2 | Δ | 2 | | |
| Π | 1 | Π | 1 | | |

ſed integra II Claſs. ſumma eſſe debet A; ergo adhuc in Marmore deſideratur ſumma C, hoc eſt T & HH. Sed Theogneto nonniſi unicus H adiungi poteſt, alioquin fieret 𐅅; & in Agathocle ſpatium eidem H recipiendo aptum conſpicitur, ergo unicus H in Theogneto, alter in Agathocle adiungendus erit. Quamvis enim dua-

Digitized by Google

duarum literarum lacuna, quae ver. 33. initio ſummae conſpicitur, ubi duos characteres H, & Δ inſerendos eſſe iam diximus, characteribus IO replenda videatur, ut cum ΔΗΛ qui praeceſſerat, efficiant ΔΗΛΙΟ, numeralibus tamen notis replenda illa fuerit, quum facile vox illa ΔΗΛ truncari, compendiique inſtar indicari potuerit; numerales autem notae alibi collocari, ſive ſuppleri non poſſint. Denique character T, qui certiſſime in II Claſſe reperiri, adiungique debet, alibi inſeri non poterit, quam in *Theogneto*, ubi locus unus initio adhuc implendus conſpicitur.

Quandoquidem ergo II Claſſis ſumma eſſe debet T 1. & 4825. drachmarum, atque in Marmore ver. 43. ante characteres ΗΗΗΔΔΠ, qui ſuperſunt, duae ſolum literae adiungi poſſunt, perſpicue apparet ibi characteres M|Η| adiungendos eſſe: ita nimirum characteres ipſi M|Η|, hoc eſt Talentum, & drachmae 4500, notis adhuc ſuperſtitibus adiectae, T & 4825. drachmas conficient, cuiuſmodi prorſus integram II. Claſſis ſummam eſſe oportere iam demonſtravimus.

VI. Verum, ut ab implexis eiuſmodi Notarum generibus, atque obſcurioribus veluti ſymbolis ad Siglas alias Marmori inſcriptas digrediar, in ipſa Marmoris fronte characteres iſti E. Θ conſpiciuntur. Cl. Taylorus ita Siglas illas interpretatur Εʼυνοίᾳ Θεῶν *Benevolentia Deorum*, *Diis Benevolis*: quemadmodum prorſus characteres ipſos Θ. E. Oxonienſi Marmori (1) praefixos Maffeius (2) explicandos eſſe putavit Θεοῖς Εʼπικυρίοις *Diis Iuvantibus*. Vtriuſque coniecturam, vel interpretationem facile exemplis aliis illuſtrari, vel confirmari poſſe iam monui, (3) quum in Latinis etiam Marmoribus habeatur DIIS PROPITIIS. (4) Ita quoque Εʼπιχθωνίοις Θεοῖς *Diis Superis* in noſtro Marmore exponi, legique poſse obſervavi; quum apud Gruterum (5) nitide explicateque habeatur ΘΕΑ. ΕΠΙΧΘΩΝΙΩ ΤΥΧΗ *Deae Superae Fortunae*. Quumque in Florentino Marmore, quod a Sponio (6) profertur, ΙΣΙΣ ΕΠΙΚΟΟΣ *Iſis Obſequens*, & in Gruteriano (7) ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΥΑΚΟΥΣΤΟΣ *Hercules Obſequens* habeatur; in noſtro etiam Marmore Εʼπίκοις, vel Εʼυακόυςοις Θεοῖς intelligi fortaſſe poſſe conieci. Quandoquidem vero Marmor iſtud Athenis poſitum fuit, pecuniaeque recenſionem continet, quae ab Amphictyonibus exacta, atque in Apollinis Delii honorem impenſa fuerat, facile in ipſo Marmoris titulo exarari potuit Εʼπιχωρίοις Θεοῖς *Indigenis Diis*; quum Apollo, & Diana in Inſula Delo nati, adeoque Dii Deliorum Εʼπιχώριοι, vel *Indigenae* dicerentur: quemadmodum prorſus Marmor aliud a Reineſio (8) profertur ΘΕΟΙC ΠΑΤΡΙΟΙC dicatum; & in Sponiani Marmoris (9) initio legitur: ΘΕΟΙC ΠΑΤΡΙΟΙC ΚΑΙ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ; atque in latino Marmore (10) habetur DIS. DEAB. PATR. SACR. Coniecturis iſtis alibi iam expoſitis addidiſſe nunc libet fortaſſe legi etiam poſſe Εʼπιφανεςάτῳ Θεῷ *Praeſentiſſimo Deo*, quod in Doniani quoque Marmoris titulo reperitur; (11) niſi fortaſſe cui libeat Εʼπικειμένῳ Θεῷ *Adiacenti Deo*, vel Επικειμένοις Θεοῖς *Adiacentibus* proximiſque *Diis* interpretari, quod in Muratorii (12) Lapide obſervavi. Quid vero ſi characteres illi non *Deum*, eiuſque titulum deſignent, ſed exprimendae potius Marmoris erigendi cauſſae, vel epigraphes argumento praefixi ibi fuerint? Certe, quum nihil aliud in Marmore, quam τῦ τόκυ εἰσπραχθέντος θέσις *foenoris exacti poſitio*, calculus, ratio, vel ſupputatio contineatur, non plurimum fortaſſe ego fallar ſi Εʼισπραχθέντος, ſive Εʼισπραχθέντων Θέσις *Exacti ratio* hic intelligi legique poſſe coniiciam; quum vox illa Θέσις hac ipſa phraſi, vel ſenſu a Graecis Scriptoribus uſurpetur, ut dati acceptique calculus, & ſupputatio exprimatur; quemadmodum prorſus in eodem illo Oxonienſi Marmore ſuperius laudato poſt Notas Θ. E. repente primi verſus initio legitur: ΛΟΓΟΣ ΙΕΡΟΠΟΙΩΝ *Calculus Sacrificulorum*, quod ibi nimirum donaria in Artemiſio facta recenſeantur; ipſorumque ſupputatio a *Hieropoeis*, iis nempe, qui Sacris praeerant, exhibita contineatur.

VII. Sed haec leviora certe videri poterunt, ſi cum ceteris conferantur, quae

(1) In Append. num. 13. pag 295. (2) Siglae Lapid. pag. 54. (3) Ad Notam E. Θ. (4) Gruter pag. 4. n. 9. 10. (5) Pag. 75. n. 3. (6) Pop. Attic. pag. 208. (7) Pag 49. n. 1. (8) Claſ. I pag. 172. & Maſ. Oxon pag. 287. (9) Pop Attic. pag. 225. & Murat. pag. 137. n. 1. (10) Reineſ. Claſ. I. pag. 224. pag. 213. (11) Claſ. I. n. 141. pag. 50. (12) Pag. 169. n. 3.

quae ex pulcherrimo hoc Marmore deduci poſſunt, ut plurima de Archontibus, Amphictyonibus, Scribis, Architheoris, Trierarchis, Atticae Populis, Deliorum Feſtis, vel hactenus incognita proferantur, vel perperam a Scriptoribus tradita corrigantur. Atque, ut ab Archontibus ipſis exordiar, *quatuor* eponymi Athenienſium Archontes variis in locis in Marmore memorantur, omniumque nomina in 85. & 91. verſu ab Amphictyonibus, qui exigendo foenori inſtituti fuerant, ſic ordine recenſentur: ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τεττάρων ἐτῶν ἐπὶ Α'ρχόντων Α'θήνησι Καλλέο, Χαρισάνδρο, Ι'πποδάμαντος, Σωκρατίδο *noſtri magiſtratus tempore quatuor annorum ſub Archontibus Athenis Callia, Chariſandro, Hippodamante, Socratide*. Exinde vero manifeſtiſſime apparet Marmor iſtud anno 3. Olymp. CI. excitatum fuiſſe, quo *Socratides* Eponymorum Archontum Faſtis inſcribitur; quum reliqui tres praecedentibus annis imperaverint. Perſpicue quoque colligitur Archontem illum, qui anno 4. Olymp. C. Faſtis inſcribitur, non *Chabriam*, ut perperam in Sigonio legitur, ſed vere *Calliam*, ut in Diodoro exprimitur, appellatum fuiſſe; niſi fortaſſe potius *Calleae* nomen retinendum ſit. Certe in Oxonienſi etiam Chronico [1] Archontis huius ΚΑΛΛΕΟΥ nomen eodem prorſus modo, ac in noſtro Marmore, expreſſum conſpicitur; idque *ex errante forte typographo* profluxiſſe putavit Palmerius, adeoque legendum exiſtimavit ΚΑΛΛΙΟΥ. Sed vera tamen Marmorei Chronici lectio perſpicuo huius etiam Marmoris teſtimonio confirmatur, in quo ſaepius conſtanterque Archon ille *Calleas* vocatur. Ita quoque, quum Archon alius, qui Calliae ſucceſſit, ſemel iterumque *Chariſander* in Marmore nominetur, ipſius nomen in Diodoro, ceteriſque Faſtis omnibus emendari debet, in quibus ille *Chariander* vocatur; ſicuti perperam apud Diodorum ipſum *Hippodamus* Archon alius appellatur, qui certiſſime Marmoris huius praeſidio *Hippodamas* vocandus erit. Id vero commode praeclareque factum, quod non Eponymi ſolum Athenienſium Archontes, ſed Archontes etiam illi in Marmore nominantur, qui quatuor annis ipſis in Delo imperaverint, nimirum *Epigenes*, *Palaeus*, *Hippias*, *Pyrrhaetus*; ipſorumque tempus, ac magiſtratus ita cum Athenienſium Archontum tempore, vel magiſtratu confertur, ut unus idemque prorſus archontici anni cardo apud utroſque manifeſtiſsime demonſtretur; ut quemadmodum nempe Callias Athenis Hecatombaeone menſe anno 4. Olymp. C. magiſtratum ſuſcepit, ita quoque Epigenes tunc in Delo magiſtratum ipſum inierit. Itaque iam nullus dubitandi locus ſupererit quin in Delo quoque Archontes Eponymi ab Athenienſium Archontibus diſtincti quotannis eligerentur, quamvis Inſula Athenienſium imperio ſubiecta foret, ipſorumque legibus uteretur; adeoque facile Deliorum Archontes ex ipſis Athenienſium civibus eligerentur: ut Iſocratis [2] teſtimonio erudimur ab Athenienſium in ſocias ſubiectaſque Vrbes Α'ρχοντας *Archontes* mitti conſueviſſe. Id quidem coniecturis, & exemplis aliis non obſcure, ut opinor, in Faſtis Atticis [3] demonſtraveram, ubi ſingulos Archontes illos, qui in Deliis Marmoribus obſervantur, nempe *Phaedriam*, *Ariſtaechmum*, *Zenonem*, *Dionyſium*, *Lyciſcum*, *Nauſiam*, quamvis a Meurſio Athenienſium Faſtis inſcripti forent, atque Cl. etiam Orvillius illos *minime Deliacos*, *ſed Athenienſes*, *Archontes ſtatuerit*, [4] ex iis expungendos, ac Pſeudeponymos eſſe obſervavi; quod illos nimirum non ad Athenienſes, ſed ad Delios ſolum, referendos eſſe cenſerem. Sed coniecturis illis graviſſima iam Marmoris huius auctoritas adiungatur; qua nitide diſerteque confirmatur Deliorum Archontes ab Athenienſibus diſtingui oportere, adeoque in Deliorum Decretis non Athenienſes, ſed Delios, Archontes inſcriptos exiſtimari.

VIII. Quemadmodum vero Eponymos Deliorum Archontes ab Eponymis Athenienſium Archontibus diſtinguendos eſſe perſpicuo certoque Marmoris huius teſtimonio demonſtratur, ita quoque *Amphictyonas* etiam quoſdam Athenis extitiſſe conſpicimus, qui a celeberrimis Amphictyonici Concilii ſociis accuratiſſime diſtingui debent; quamvis illi a nullo prorſus Scriptore memoren-

(1) Epoch. 71. lin. 83. (2) In Panathen. (3) Tom. I. pag. 370. (4) Exercit. de Delo pag. 7.

Digitized by Google

rentur, ſed prima certe ipſorum mentio, eorumque nomen in hoc uno Marmore repente nobis occurrat. Vt eiuſmodi Athenienſium *Amphictyonum* varietas, atque diſtinctio clarius, & accuratius oſtendatur, obſervaſſe iuverit varias Graeciae Nationes a primis uſque temporibus certo quodam ſocietatis genere, atque inito veluti foedere coniungi coepiſſe, ut ſtatis quibuſdam temporibus Legati in ſingulis eligerentur, qui patriae Civitatis, vel Nationis nomine *autumno* quidem ad Pylas, *vere* autem Delphos convenirent, ibique de publicis Graeciae rebus, (1) de communi fauſtitate, de ſacris, de pace, vel bello communibus ſuffragiis decernerent. Conventus ille, ſive Concilium ex univerſis Graeciae Populis compoſitum *Amphictyonicum* vocari conſuevit: ſive quod in illo Ἀμφικτίονες *circumpoſiti* Populi convenirent, ut Harpocration ex Anaximene, & Androtion (2) putarunt; ſive potius, ut Harpocration ipſe ex Theopompo, Pauſanias, (3) Etymologus, & Dionyſius Halicarnaſſeus (4) exiſtimavit, quod ab Amphictyone Rege originem, nomenque acceperit. Certe in Marmoreo Oxonienſi Chronico perſpicue legitur: (5) Ἀφ' οὗ Ἀμφικτύων Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν Θερμοπύλαις, καὶ συνῆγε τοὺς περὶ τὸν ὅρον οἰκοῦντας, καὶ ὠνομάσεν Ἀμφικτύονας . . . . ἔτη ΧΗΗΙΔΠΙΙΙ: *Ex quo Amphictyon Deucalionis* filius *regnavit Thermopylis, & congregavit populos in vicinia habitantes, & appellavit Amphictyonas* . . . . *anni* MCCLVIII. Itaque ex Scriptoris huius hypotheſi Amphictyonici Concilii origo 746. annis Olympiadas, adeoque 1522. annis Chriſti nativitatem praeceſſiſſet. Nihil eſt autem cur in Nationibus illis hic ordine recenſendis immorer, quae ſuffragii ferendi ius habere conſueverant; eamque varietatem exponam, quae in Gentium ipſarum numero augendo, minuendoque, Macedonicis praeſertim temporibus, invecta fuit, quum haec omnia fuſe accurateque Prideauxius ad Oxonienſe Chronicon, (6) Vandalius Diſſertatione VI. pag. 430. aliique plurimi demonſtraverint; quemadmodum ipſe quoque plura Scriptoribus aliis incomperta opportune in Faſtis Atticis obſervavi; (7) praeſertim vero tempus oſtendi, quo Conventus ille Delphis vere, autumnoque Thermopylis habebatur. Quandoquidem vero a Civitatibus illis, quae ſuffragii iure fruebantur, Legati ad Pylas, & ad Amphictyonicum Concilium eligebantur, ii *Amphictyones*, & *Pylagorae* vocabantur; ipſiſque ſacer quidem Scriba adiungebatur, qui proinde Ἱερομνήμων *Hieromnemon* appellabatur. Quamvis autem obſcurum plane incertumque ſit quot a ſingulis Civitatibus olim Pylagorae eligerentur, perſpicuo tamen Aeſchinis loco demonſtravi, quod Theophraſto Athenis Archonte, hoc eſt anno I. Olymp. CX. Pylagorae *tres* ab Athenienſibus electi, atque ad Amphictyonas ablegati ſunt; ut nitide, diſerteque Aeſchines ipſe teſtatur: Ἐπὶ Θεοφράστου Ἄρχοντος, Ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυστίου Πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαντε ἐκεῖνον τὸν Αναγυρράσιον, ὃν ἐβουλόμην ὦ πολλῶν ἕνεκα ζῆν, καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέσβιον, καὶ τρίτον δὲ μετὰ τούτων ἐμέ: (8) *Theophraſto Archonte, Hieromnemone Diogneto Anaphlyſtio, vos Pylagoras delegiſtis Midiam illum Anagyraſium (quem multis de cauſſis vivere vellem) & Thraſyclem Leſbium, eiſque me tertium adiunxiſtis*. Itaque mirari certe quis poſſit a Prideauxio (9) quatuor Athenienſium Pylagoras ex eiuſmodi Aeſchinis teſtimonio exſculpi; & Vandalium ipſum, qui alicubi (10) Prideauxii errorem notaverat, alibi (11) quatuor Athenienſium Pylagoras, adiecto nimirum Demoſthene, numeraſſe. Non tamen quilibet ex Pylagoris illis ſuffragium ferebat, ſed cuilibet ex XII Gentibus, (12) quibus Conventus ille conſtabat, nimirum, ut Aeſchines illas enumerat, *Theſſalis, Boeotis, Dorienſibus, Ionibus, Perrhaebis, Magnetibus, Locris, Oetaeis, Phthiotis, Malcenſibus, Phocenſibus*, duplicis tantum ſuffragii ius concedebatur, ut perſpicue Aeſchines ipſe demonſtrat: (13) ἕκαστον ἔθνος ἰσόψηφον γενόμενον τὸ μέγιστον τῷ ἐλάττονι. τὸν ἥκοντα ἐκ Δωρίου, καὶ Κυτινίου ἴσον δυνάμενον Λακεδαιμονίοις (δύο γὰρ ψήφους ἕκαστον φέρει ἔθνος) πάλιν ἐκ τῶν Ἰώνων τὸν Ἐρετριέα, καὶ Πριηνέα τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταυτά: *harum Gentium unumquamque par ſuffragii ius habentem, maximam idem*

P quod

(1) Vid. Strabo Lib. IX. pag. 420. (2) Apud Pauſan. in Phoc. c. 8. (3) Phocic. c. 8. (4) Antiqu. Lib. IV. (5) Epoch. 5. lin 8. (6) Pag. 122. (7) Tomo I. pag. 147. & 357. (8) Orat. adv. Cteſi. pag. 290. (9) Ad Marm. Oxon. pag. 124. (10) Diſſert. VI pag. 451. (11) Ibi pag. 438. (12) Vide Pauſan. Phocic. c. 8. (13) Orat. de falſa Legat. pag. 262.

Digitized by Google

*quod minimam; eum, qui veniſſet Dorio, & Cytinio, tantum valere quantum Lacedaemonios (binum enim quamque gentem ſuffragium ferre). Ex Ionibus item Erithraeum, & Prienenſem quantum Athenienſes, ac ceteros eodem modo.* Eiuſmodi vero Pylagoras, Hieromnemonas, vel Amphictyonas quotannis eligi conſueviſſe, quamvis id a nullo obſervetur, ex Ariſtophane tamen non obſcure colligi, vel inferri poſſe putaverim. Etenim feſtivus ille Comicus ita Lunam Athenienſes alloquentem inducit: (1)

> Σπένδεσθ' ὑμεῖς, καὶ γελᾶτ' ἀνθ' ὧν λαχὼν Ὑπέρβολος
> Τῆτες ἱερομνημονεῖν, κἄπειθ' ὑφ' ἡμῶν τῶν Θεῶν
> Τὸν στέφανον ἀφῃρέθη
>
> *Ibi vos libatis, vel etiam ridetis quod Hyperbolus*
> *Hoc anno deſignatus Hieromnemon, a nobis fuit*
> *Iterum privatus corona.*

Scholiaſtes ad illa Comici verba obſervavit Hieromnemonas una cum Pylagoris Delphos, & ad Pylas mitti conſueviſſe; tum ſubdit: ἀπῄεσαν δὲ εἰς Δελφοὺς ἐπίσκοποι τῶν ἀναλισκομένων ἐν ταῖς θυσίαις. Ἱερομνήμονας ἔπεμπον εἰς Πυλαίαν, καὶ Πυλαγόρας. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· Ἀγαθὰ μεγάλα τῇ πόλει ἥκειν φέροντάς φασι τοὺς Πυλαγόρας, καὶ τὸν Ἱερομνήμονα. Καὶ εἰσὶν οἷον ἱερεῖς γραμματεῖς. Μνήμονας γὰρ τούτους ἐκάλουν.

Φόρτου τε μνήμων, καὶ ἐπίσκοπος ἦσιν ὁδαίων

οὐδεὶς δ' ἱστόρησε κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν Ἱερομνήμονα εἶναι τὸν Ὑπέρβολον. οὐδέπω γὰρ διέπρεπε Κλέωνος ἔτι ζῶντος: *abibant autem Delphos inſpectores impenſarum, quae fiebant in ſacrificiis. Hieromnemonas mittebant ad Pylaeam, & Pylagoras. Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis.* Bona magna civitati venire ferentes inquiunt Pylagoras, & Hieromnemonem. *Et ſunt veluti ſacri Scribae,* Μνήμονας *enim hos* (Scribas) *vocabant*

Onerisque Scriba, & inſpector ſit viarum.

*nemo autem ſcripſit Hyperbolum eo anno Hieromnemonem fuiſſe, nullo enim pacto decuit Cleone adhuc vivente.* Longe tamen illuſtrius id ex variis Aeſchinis, ſimulque Demoſthenis locis inferri probarique poterit. Narrat Demoſthenes (2) Aeſchinem ipſum 16. Antheſterionis die Mneſithide Athenis Archonte, hoc eſt, ut in Faſtis Atticis contra Meurſium oſtendi, (3) anno 1. Olymp. cx. Athenienſium Pylagoram electum eſſe; ipſumque conſeſſui praefuiſſe, quo Amphictyones bellum in Amphiſſenſes decreverunt, & Cottylo Pharſalio duce intulerunt. At Aeſchines (4) ſe quidem Theophraſto Archonte Pylagoram electum eſſe, Delphoſque una cum ceteris Amphictyonibus contendiſſe concedit; ſed, quum ab Athenienſibus, Demoſthenis fraude, lex lata foret: τόν τε Ἱερομνήμονα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τοὺς Πυλαγόρας τοὺς εἰς ἀεὶ πυλαγοροῦντας πορεύεσθαι εἰς Πύλας, καὶ τοὺς Δελφοὺς ἐν τοῖς τεταγμένοις χρόνοις ἀπὸ τῶν προγόνων: *Hieromnemonem Athenienſium, & Pylagoras, qui quovis tempore ad Pylas conveniunt, proficiſci ad Pylas, & Delphos tempore a maioribus noſtris conſtituto,* & conventus ille, qui decernendo bello coactus fuit, πρὸ τῆς ἐπιούσης πυλαίας *ante futurum conventum ad Pylas,* hoc eſt ante ſtatum tempus, habitus foret, eiuſmodi lege ſe prohibitum dicit ne cum ceteris aliarum Gentium Pylagoris ad Thermopylas conveniret: Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, κατεμείναμεν διὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα, οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφικτύονες συνελέγησαν εἰς Πύλας πλὴν μιᾶς πόλεως: *Nos igitur Athenienſes ob hoc decretum hic manſimus; ceteri autem Amphictyones ad Pylas convenerunt praeter unam Vrbem,* Athenienſem nimirum; tuncque ab Amphictyonibus bellum in Amphiſſenſenſes Cottypho Pharſalio duce decretum fuiſſe demonſtrat. Itaque, ſi Aeſchines Antheſterione menſe Pylagoras deſignatus *verno* conventui praeſedit; iterumque Pylagorae iure Thermopylis ea de cauſſa ſe non adfuiſse teſtatur, quod conventus ille non ſtato legitimoque tempore, hoc eſt *autumno,* ſed citius, ab Amphictyo-

(1) Nub. Act. I. ver. 623. (2) Orat. de Corona pag. 335. (3) Tom. I. pag. 356. (4) Pag. 252.

Digitized by Google

ctyonibus indictus, atque ab Amphictyonibus aliis celebratus eſſet, dubitari certe non poterit quin ille Pylagorae munus integro unius anni ſpatio perfungi, adeoque utrique legitimo conventui Pylagorae iure adeſſe debuerit; quemadmodum dixerat (1) Demoſthenem ipſum, quum ſuperiore anno Pylagoras electus eſſet, aperte Amphiſſenſibus faviſſe, ipſorumque gratia decretum ſuperius memoratum edidiſſe.

IX. Atque iſta quidem de Pylagoris, & Amphictyonibus illis opportune dicta ſint, qui ab Athenienſibus, aliarum Nationum inſtar, eligebantur; non modo ut aliqua hactenus obſcura, & incerta clarius exponerentur; verum etiam ut Amphictyones illos, qui in noſtro Marmore nominantur, ab iis diſtinctos longeque diverſos eſſe demonſtretur. Quamvis enim Marmoris vocibus rite diſpoſitis, atque interpunctis tres in illo Amphictyones memorentur, hoc eſt *Epigenes Metagenis* filius *ex Coele*; *Antimachus Eutinomi Marathonius*, *Eperaſtus Meneſtrati* filius *Pallenenſis*; ii tamen non unius anni ſpatio, ſed quatuor annis, hoc eſt anno 4. Olymp. C. ſimulque 1. 2. & 3. Olymp. CI. imperarunt; ut nitide diſerteque, adiectis etiam Athenienſium, & Deliorum Archontibus, in Marmore demonſtratur. Accedit etiam quod Amphictyones alii *vere* ad Delphos, *autumno* ad Pylas, ſive Thermopylas, ablegati una cum Hieromnemone eligebantur; hic autem civis ille, qui Amphictyonibus adiungitur, non *Hieromnemon*, ſed *Scriba*, vocatur; eoque tempore, quo illi Amphictyonis munere ſunt perfuncti, non unico, ſed triplici, Scriba uſi ſunt: atque ita quidem ut Scribarum alii ab Hecatombaeone menſe, alii aliunde prorſus Scribae munus inceperint; quum Hieromnemones, atque Pylagorae Antheſterione menſe incoepiſſe, exactoque autumni conventu officio exceſſiſſe videantur. Ergo Amphictyones in noſtro Marmore memorati ab Amphictyonibus aliis, ſive Pylagoris accuratiſſime diſtingui debent. Quis vero perſpicue certoque nobis oſtenderit cur & iſti quoque *Amphictyones* appellentur; quave de cauſſa *pentaeteride*, ſive *quinquennio* quolibet eligerentur? Si quidquam in tanto veterum Scriptorum ſilentio coniicere hic liceat, ſuſpicor illos *pentaeteride* qualibet ideo ſeligi, vel deſtinari conſueviſſe, ut *pentaeterica* Apollinis Delii Feſta, quae magnifice in Delo peragebantur, curarent; illam nimirum pecuniae vim ex Cycladibus Inſulis, variiſque civibus exigerent, quae ex foenore, ſive pecunia Apollini Delio conſecrata, itidemque ex nemoribus, domibus, aedibuſque aliis, quae Apollini ſacrae, variiſque civibus locatae fuerant, ſtato legitimoque tempore colligerent; ipſamque in pompa, ceteriſque Feſti apparatibus inſumerent. Ac certe quidem pecuniae Apollini ſacrae tum exigendae, tum erogandae munus, ſimulque Feſtorum hac in parte curandorum officium iis tributum fuiſſe ex integra Marmoris ſerie deduci poteſt, in qua Amphictyones ipſi recenſent quidquid a Civitatibus, aliiſque proventibus exegerant; quidquid etiam in Delium Feſtum inſumpſerant. Clarius id tamen longeque accuratius ex Marmoribus aliis oſtendi poſſet, quae Fourmontius Athenis ipſis invenit, quibus Amphictyonum decreta inſcripta fuiſſe teſtatur, (2) ut ſingularum Vrbium tributa definirentur: nempe, ut opinor, quidquid a ſingulis Vrbibus conferri, vel ſolvi deberet; quum iam inde ab Olymp. LXXXVIII. qua pentaeterica Deliorum Feſta inſtituta fuerant, ut mox oſtendetur, proventus quidam Deliis Feſtis peragendis deſtinati forent; ut Nicias ipſe καὶ χωρίον μυρίων δραχμῶν πριάμενος καθιέρωσεν, ὃ τὰς προσόδους ἔδει Δηλίους καταθύοντας ἑστιᾶσθαι (3) *& agrum centum minis emptum eidem* Apollini *conſecravit, cuius reditus in ſacrificium, & ſolemne convivium Delii inſumerent*. Ita quoque plurimi proventus alii ex domibus, nemoribus, officinis Deo conſecratis, ex multis, impiorumque civium bonis publicatis, ex hac ipſa pecuniae vi foenori circumpoſitis Vrbibus tradita oriri poterant; ut proinde foenoribus, fructibus, ac multis eiuſmodi exigendis Magiſtratus aliqui ab Athenienſibus electi merito exiſtimentur. Ea vero de cauſſa praeſides, exactores, curatores, aut magiſtratus illos

P 2 *Am-*

(1) Orat. adv. Cteſiphon. pag 290. (2) Hiſt. Acad. Inſcript. Tom. IV. pag. 545. (3) Plutarch. in Nicia.

Digitized by Google

*Amphictyonum* nomine decoratos eſse putaverim, quod illi Apollinis Delii Templum, Feſta, reſque ipſi ſacras curarent; quemadmodum prorſus *Amphictyones* alii ex variis Graeciae Gentibus electi Apollinis Delphici Templum, terramque ipſi ſacram curabant, ut ex Aeſchine, Demoſthene, Strabone, ceteriſque Scriptoribus erudimur; atque ipſi quoque, ut ex Ariſtophanici Scholiaſtae loco iam vidimus, ἐπίσκοποι τῶν ἀναλισκομένων ἐν ταῖς θυσίαις *inſpectores eorum, quae in ſacrificiis inſumebantur*, haberi conſueverunt. Id etiam facile ex ipſo tempore, quo magiſtratum ſuſcipere, ac deponere conſueverant, inferri poterit. Quamvis enim Athenienſium Quaeſtores, qui publicas nimirum pecunias exigere, & erogare tenebantur, μὴ πλείω πέντε ἐτῶν *non amplius quam annis quinque* eo munere fungi poſsent, Lycurgus tamen (1) ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας *per tria quinquennia Quaeſtor fuit*. At Amphictyones iſti ſolo quadriennio imperarunt, primuſque illorum annus cum 4 Olympico concurrebat, quum iam tertio ſuperiori foenoris ſumma a debitoribus exacta, Deliiſque Feſtis celebrandis maxima ex parte inſumpta fuiſset. Quod ſi fortaſse alia vocis origo magis arrideat, atque *Amphictyonis* nomen inde natum exiſtimetur, quod Delphico templo finitimi, vel *circumpoſiti* forent, tunc magiſtratus etiam iſti hac ipſa de cauſsa *Amphictyonis* voce deſignati cenſeri poterunt, quod Delia Feſta ab Inſulis Delo circumpoſitis, quae proinde *Cyclades* appellabantur, celebrata curarent; atque a circumpoſitis Cycladum Civitatibus foenus exigerent. Certe a Plinio, (2) ceteriſque Scriptoribus ita Cyclades enumerantur

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Andrus* | *Scyrus* | *Prepeſinthus* | *Olearus* |
| *Tenus* | *Syphnus* | *Cythnus* | *Parus* |
| *Myconus* | *Seriphus* | *Syrus* | *Naxus* |
| | | | *Delus* |

omneſque fere Civitates illae, vel Inſulae in noſtro Marmore nominantur: perinde quaſi iis pecunia Apollini ſacra locari, adeoque ab iis foenus exigi ſoleret; quemadmodum Callimachus (3) Delum Inſulam alloquens ait *decimiferas primitias quotannis* ad ipſam mitti:

Α'λλά τοι ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ἀπαρχαὶ
Πέμπονται
*Sed tibi quotannis decimiferae ſemper primitiae*
*Mittuntur*.

Ita propemodum Strabo, (4) quamvis in exprimendo Cycladum numero a Plinio diſſideat, perſpicue tamen aſſerit quod Delum ipſam celebrem fecere Cyclades Inſulae κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ θεωρούς τε, καὶ θυσίας, καὶ χοροὺς παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας *honoris cauſſa publice mittentes tum Theoros, tum victimas, tum choros virginum, & ſolemnes ibi magnos conventus agitantes*. Sed longe tamen uberius, & accuratius haec antiquiſſima Deliorum Feſtorum celebritas eximio Thucydidis teſtimonio oſtendi facile poterit, quod ea quoque de cauſſa nunc proferam, ut ipſius praeſidio *pentaeterici* Feſti inſtitutio, ſimulque tempus demonſtretur, quo redire, vel inſtaurari conſueverat; quippe quum pentaetericus etiam Amphictyonum magiſtratus ab illo pendere propemodum videatur. Accuratiſſimus Scriptor ille res ab Athenienſibus *ineunte hyeme* anni 3. Olymp. LXXXVIII. deſcribens ait Delon Inſulam ab iis luſtratam fuiſſe, tum ſubdit: (5) καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Α'θηναῖοι τὰ Δήλια. ἦν δέποτε καὶ τοπάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ι'ώνων τε, καὶ περικτιόνων νησιωτῶν. ξύν τε γὰρ γυναιξὶ, καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ε'φέσια Ι''ωνες· καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός. χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις . . . . . . . . . τὰ

δὲ

(1) Plutar. Vita X. Rhet. in Lycur. (2) Lib. IV. c. 12. (3) Hymn. in Delum ver. 278. (4) Lib. X. pag. 485. (5) Libr. III. c. 104. pag. 230.

Digitized by Google

*δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας κὴ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν, ὡς εἰκὸς, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν, κὴ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον ὀυκ ἦν: Tunc quoque primum Athenienſes poſt luſtrationem, feſta luſtralia, ludosque Deliacos, qui quinto quoque anno celebrantur, inſtituerunt. Fuit autem & priſcis temporibus in Delo frequens Ionum, & accolarum in Inſulis circumiacentibus habitantium conventus, nam cum uxoribus, & liberis ad ſpectacula conveniebant, ut nunc Iones ad Ludos in Dianae Epheſiae honorem inſtitutos confluere ſolent. Illic autem gymnicum muſicumque certamen fiebat. Et civitates eo ſaltatorum choros mittebant ...... Sed certamina, & cetera pleraque, ut credibile eſt, adverſis caſibus exoluerunt, donec Athenienſes certamen tunc inſtaurarunt, & equorum curſum addiderunt, quod ante non fuerat.* Perſpicuis eiuſmodi Thucydidis verbis erudimur pentaeterica Deliorum Feſta poſt *ſeptimum* Octobris Iuliani diem, quo ex Thucydidis ſententia hyems incoeperat, anno 3. Olympiadis LXXXVIII. inſtituta fuiſſe; ut illa proinde Dodvellus (1) affecto, vel exeunti fere Maemacterioni Athenienſium menſi, vel Octobri Iuliano, conceſſerit. Itaque, ſi pentaeteride qualibet eo prorſus anni tempore haec inſtaurata fuerint, quo primum inſtituta illa fuerant, ut longe quidem veriſimillimum puto, ſingulis *tertiis* Olympiadum annis Maemacterione menſe illa redire, vel celebrari debebant; adeoque, dum Amphictyones quadriennii tempore hoc munere fungebantur, Delia Feſta in *Socratidis* Archontis annum incidiſſent. Id autem optime accuratiſſimeque conſpirat quod foenoris exigendi, ſolvendique terminus Thargelione, vel Maio menſe ſuperioris anni *ſecundi*, ſub *Hippodamante* definitus aſſeritur. Ita nimirum Amphictyonibus exacto iam foenore, collectaque pecunia, *ſex* adhuc menſes ante Feſtum ſupererant, quibus, & Choros inſtruere, & coronam artifici concinnandam committere, & boves emere, cetera demum ad Feſtum neceſſaria pro exacti foenoris ratione, vel ſumma opportune diſponere perfecte poſſent. Ceteris autem menſibus, qui Feſto iam celebrato ad finem uſque Olympici anni *tertii* ſupererant, exactae, erogataeque pecuniae rationem reddere, publicoque monumento inſcribere tenebantur. Quod ſi fortaſſe cui libeat non *pentaeterica* ſolum, quibus decem Ἱεροποιοὶ *ſatrificuli* praeſidebant, ut a Polluce (2) erudimur, ſed *annua* quoque Delia Feſta, quae Thargelione menſe peragebantur, ab Amphictyonibus ipſis curata fuiſſe, tunc certe facilius intelligi exponique poterit cur illi *pentaetericis* iam celebratis adhuc in Magiſtratu perſtiterint, ut *annuis* nimirum Feſtis illis praeſiderent. Verum, quum in Marmore unius ſolum coronae Apollini oblatae mentio, unica Theororum tranſvectio reperiatur, ipſique Theori ab uno eodemque Trierarcho tranſvecti dicantur, praeſertim vero unius ſolum Feſti τῆς ἑορτῆς nomen ſemel iterumque nobis occurrat, longe veriſimilius exiſtimo *pentaeterica* ſolum Feſta ab Amphictyonibus curari conſueviſſe; quum *annua* ad Magiſtratus alios, Sacrorumque praeſides ſpectarent; Theori, & Chori *Theoride*, hoc eſt ſacra publicaque navi, veherentur; annua denique Feſta non ex pecuniis Apollini Delio ſacris, ſed ex privatis potius Athenienſis Vrbis, celebrata videantur.

X. Quandoquidem ergo Amphictyones illi foenori pecuniaeque exigendae, erogandaeque deſtinati, licet integro pentaeteridis, vel quatuor annorum ſpatio eo munere perfuncti fuerint, ſe tamen ἀπὸ Καλλίο Ἄρχοντος μέχρι τῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς τῦ ἐπὶ Ἱπποδάμαντος Ἄρχοντος *ab* ineunte *Calliae Archontis* anno *uſque ad Thargelionem menſem, qui fuit ſub Hippodamante Athenis Archonte*, pecuniam exegiſſe dicuntur, exinde facile inferri debet ſtatum legitimumque terminum in Thargelionem menſem anni 2. Olympiadis incidiſſe; ut proinde de Civitatibus illis, quae Thargelione menſe debitum non perſolverant, dicatur (3) τῦ τόκο, ὂν ἔδει αὐτὰς ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς ἀποδοῦναι, ἀνέλιπον *foenus, quod oportebat ipſas noſtri magiſtratus tempore ſolvere, praetermiſerunt.* Itaque in Marmore repente poſt ſeriem pecuniae ante Thargelionem anni 2. Olymp. CI. ab Amphictyonibus exactae ſtatim pecuniae in Feſto erogatae ſeries exponitur, moxque pe-

(1) Annal. Thucyd. pag. 141. (2) Lib. VIII. c. 9. ſegm. 107. (3) Verſu 74.

pecunia nondum exacta memoratur. Ita propemodum tributis illis, ac vectigalibus, quae ab Inſulis, ac locis omnibus Athenienſium imperio ſubiectis exigebantur, legitimus quidam terminus conſtitutus erat, eademque vere Dionyſiorum tempore Athenas ferebantur, ut ex Ariſtophane, eiuſque Scholiaſte erudimur; (1) quemadmodum Cl. Meurſius perſpicuis Veterum teſtimoniis demonſtravit (2) eiuſmodi tributa *duo talentorum millia* confeciſſe. At foenora illa, quae ab Amphictyonibus exigebantur, non quotannis, ſed ſolum pentaeteride qualibet, exigi conſueviſſe videntur; ut exeunte 3. Olympiadis anno, adeoque magiſtratus tempore, Amphictyones ipſi accepti erogatique calculum publicis monimentis iſtis expreſſum aliis ordine conſequutis exponerent. Atque ita prorſus, opinor, Marmoris verba, quae alioquin obſcura, & implexa forent, intelligi profecto debent ubi dicitur Amphictyones haec exegiſſe a Calliae Archontis anno ad Thargelionem uſque anni 2. Olympiadis χρόνον ὅσον ἕκαστος αὐτῶν ἦρχεν: perinde quaſi Amphictyones eo ſolum temporis ſpatio imperaſſent; quum tamen alibi nitide diſſerteque dicatur illos integro *quadriennii* ſpatio eo munere perfunctos eſſe. Eiuſmodi verbis innuitur non Amphictyones haec *quatuor ac triginta* menſibus, quamdiu imperarunt, exegiſſe; ſed ſolum interim dum hoc munere fungerentur; quamvis etiam poſt Thargelionem ipſum in magiſtratu perſtitiſſent. Ea vero lege Civitates illae, privatique Cives, qui poſt Thargelionem ipſum adhuc debebant, Marmori inſcripti videntur, ut ſi fortaſſe Amphictyonibus ipſis adhuc magiſtratu fungentibus foenus, pecuniamque debitam perſolviſſent, ipſorum nomen ex Marmore expungeretur; quemadmodum optime accurateque Taylorus poſt verſum 99. undecim literas, aut characteres abraſos ideo in Marmore deſiderari coniecit, quod Civitas illa cuius nomen ibi ſcriptum fuerat, debitam pecuniam ſolviſſet. Ita propemodum in plurimis Monimentis aliis eiuſmodi nomina pridem inſcripta deinde eraſa ſaepius occurrunt; atque, ut exemplum unum hic proferam, in aerea Canuſinorum Tabula inter *Patronos* quartodecimo loco civis unius nomen omnino abraſum conſpicitur, ubi ex veſtigiis, ac literarum ductibus adhuc ſuperſtitibus integrum C. MISONII MAGNI nomen intelligendum, ac reſtituendum eſſe putavit Cl. Nicolaus Bon, quum Tabulam ipſam aeri accuratiſſime inciſam Venetiis edidit, cuius exemplum ab humaniſſimo Gorio nuper accepi. Quemadmodum vero Amphictyones iſti, etiam peractis quinquennalibus in Delo Feſtis, adhuc in munere, vel magiſtratu ad anni *tertii* Olympici exitum perſtiterunt, ita quoque eorum Scribae ad exeuntem uſque annum Olympiadis *tertium* eo munere perfuncti videntur. Eiuſmodi Scribarum ſeries, ac tempus, quamvis obſcure implexeque in Marmore deſcribatur, ita certiſſime conſtitui debet, ut integro *Chariſandri* Archontis anno *Idiota*, integroque *Calliae* anno *Soſigenes* Scribae munus obiverit, ut perſpicue in ipſo Marmore exprimitur; *Diodorus* vero *Olympiodori* filius *Scambonides* mox *Hippodamantis*, ſimulque *Socratidis* anno Scribam geſſerit; ideoque Diodorus iſte primo loco memoretur, quod tunc temporis Scribae munus obiret, quo foenorum exigendorum terminus Thargelione menſe advenerat, ſimulque exeunte 3. Olympiadis anno, quo exacti erogatique calculus, ac monimentum excitabatur. Itaque Marmoris verba, & Scribarum, Archontumque nomina ea prorſus ratione diſtingui, vel interpungi debent, quam in latina Marmoris interpretatione exhibui.

XI. Poſt Amphictyonum, Scribarum, Archontumque nomina, qui tum Athenis, tum in Delo inperaverint, univerſa foenoris, ac pecuniae ſeries in Marmore recenſetur, quae ab Amphictyonibus exacta fuit. Ea vero tres veluti in Claſses, ut ſuperius eſt obſervatum, ita diſtingui poterit, ut alia quidem a Civitatibus, alia a privatis civibus, alia denique ex multis, atque ex nemorum, & domorum locationibus exacta fuerit. Ac univerſa quidem pecuniae vis ex foenore collecta uſuraeque gravitas opportune mox obſervabitur. De ceteris autem proventibus, pecuniaeque ſummis, quae in tertia Claſse recenſen-

(1) Acharn. Act. II. ſc. 5. verſ. 504. (2) Fortu. Athen. c. 7.

Digitized by Google

ſentur, nihil perſpicue definiri poteſt, quum neque rerum oppigneratarum pretium, neque domorum valor, neque nemorum extenſio exprimatur; ſed ſolum pecuniae quaedam μήνυθεν, & ex μισθώσει collectae recenſeantur. Atque illae quidem μήνυθεν *ex delatione* exactae hic intelligi cenſerique debent, quae veluti multa criminibus quibuſdam impoſita exigebantur, quae quum occulta forent, a delatoribus indicio demonſtrabantur. Hinc a Polluce (1) μήνυσις ἀδικημάτων *indicatio ſcelerum* memoratur; idemque Pollux (2) alibi teſtatur, quod κοινῶς φάσεις ἐκαλῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων *communiter delationes dicuntur, omnes latentium criminum indicationes*; quemadmodum alibi praemium indicanti conceſſum μηνύθρον *menytbrum* appellatum eſſe teſtatur, quod ab Apuleio (3) *indicina* vocatur. Itaque eiuſmodi *delationis*, *indicationis*, vel *indicinae* praeſidio ab Epiſthenis haeredibus, & a Pythone 1790. drachmae, veluti ſcelerum multa, exactae memorantur. Exinde vero perſpicue inferri poterit multam quibuſdam criminibus impoſitam in ſacros uſus, atque Apollinis Delii honorem deſtinari conſueviſſe; quemadmodum prorſus in aerea Lamina apud Donium (4) legitur:

TERENTIO . L . F .
A . RVFEINO . C . F .
L . TVRPILIO . C . F .
M . ALBANI . L . F .
T . MVNATIO . T . F .
QVAISTORES
AIRE MOLTATICOD
DEDERONT

aeriſque *multaticii* etiam Livius (5) meminit ubi ex illo ſigna tria conflata, atque in Capitolio poſita fuiſſe teſtatur. Ita propemodum ex iis, qui multae ſolvendae obnoxii fuerant, pignora pridem ſurrepta dicuntur, atque ex pignoribus ipſis poſtea venundatis 1845. drachmae conflatae ſunt. Quandoquidem vero ex nemoribus, quae in Rhenaea Inſula reperiebantur, talenta duo, atque inſuper 1310. drachmae; ex iis autem, quae in Delo fuerant, nonniſi 24800. drachmae, veluti locationis μισθώσεις *merces*, ac pretium pro *Chariſandri*, & *Hippodamantis* anno exactae dicuntur, perſpicue apparet quod, plura, itidemque maiora in Rhenaea ipſa, quam in Delo, nemora Apollini ſacra reperiebantur, ac Delos ipſa incolis frequentior, magiſque habitata fuerat; ut minor proinde nemoribus ſylviſque locus ſupereſſet: ſicuti viciſſim Rhenaea a Strabone (6) ἤρημον νησίδιον *deſerta, & exigua inſula* vocatur. Quin etiam exinde quoque eruditiſſimi Orvillii ſententia confirmari fortaſſe poterit, qui in pulcherrima eruditaque *Exercitatione*, (7) qua res omnes ad Delum ſpectantes accuratiſſime illuſtravit, Rhenaeam ipſam Delo maiorem fuiſſe exiſtimat; quamvis illa νησίδιον *parva Inſula*, haec autem νῆσος *Inſula* a Scriptoribus appelletur. Siquidem Scriptores illi Delo, velut honoratiori, nobilius etiam nomen indidere: quin etiam Rhenaeam ipſam Theocriti Scholiaſtes (8) *Delus* nomine appellatam eſſe teſtatur; quod illa nimirum Delo proxima, ac fere coniuncta foret; adeoque ſub uno eodemque *Deli* nomine quodammodo contineretur: quemadmodum prorſus utrumque ſcopulum illum, qui ex Delo, & Rhenaea nunc ſupereſt, uno eodemque *Deli* nomine Tournefortio teſte ab incolis appellatur. Neque tamen ex promiſcuo illo *Deli* nomine, quod Delo, ſimulque Rhenaeae concedebatur, eximium Marmor illud explicandum, eſſe conceſſerim, quod a Cl. Georgio Venetiis inſpectum, inter *Opuſcula Scientifica* (9) editum, variiſque obſervationibus illuſtratum fuit. Marmor ipſum una cum eruditi Viri interpretatione ſubieciſſe nunc libet, ut accuratius exponatur.

AP-

(1) Lib. VI. c. 38. ſeg. 170. (2) Lib VIII. c. 41. ſeg. 187. (3) Lib. VII. (4) Claſ. V. n. 61. pag. 176. & Grut. pag. 52. num. 12. (5) Lib. X. & XXX. (6) Lib X. pag 486. (7) In Miſcell. Obſerv. Vol. VII. Tom. I. Vid. & Mem. Acad. Inſcr. Tom. IV. pag. 523. (8) Idyl. XVII. ver. 70. (9) Tom. XV. pag. 205.

Digitized by Google

ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΤΟ ΑΓΑΛΜΑ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΝ ΥΠΕΡ ΤΕ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΚΑΝΗΦΟΡΟΥΣΗΣ ΔΟΡΟΘΕΑΣ
ΤΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΙΣΙΔΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ ΕΠΙ
ΜΕΛΗΤΟΥ ΔΕ ΤΗΣ ΝΗΣΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ ΚΑΙ ΜΟΣΣΧΙΩΝ
ΚΑΙ ΑΔΑΜΑΣ ΟΙ ΑΔΑΜΑΝΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΙ
ΖΑΚΟΡΕΥΟΝΤΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΟΣ ΕΠΟΙΟΥΝ

*Archelaus Dionyſii* filius *Marathonius monumentum*
*Poſuit ſibi & uxori*
*Et Filiis Caniſtrifera Dorothea*
*Ipſius filia Iſidis Sacerdote*
*Demetrio Demetrii filio Anaphlyſtio*
*Inſulae vero curatore Dionyſio Demetrii filio*
*Anaphlyſtio*
*Dionyſiodorus & Moſchio*
*& Adamas Adamantis* filii *Athenienſes*
*Aedituo Marathone fecerunt.*

Cl. Editor exiſtimavit *Inſcriptionem hanc ſepulcrale monumentum eſſe*; (1) quumque perſpicuis Veterum (2) teſtimoniis compertum ſit neminem in Delo vel naſci, vel cremari, vel tumulari conſueviſſe; ſed puerperas omnes in Rhenaeam concedere, & defunctos omnes in Rhenaeam ipſam tumulandos transferri, nodo huic dirimendo coniecit eiuſmodi Marmor non in Delo, ſed in Rhenea, repertum fuiſſe; quippequae, Tournefortio teſte, ipſa quoque *Deli* nomine vocaretur. Sed eximius Scriptor ille maxima pietatis, doctrinaeque gloria merito commendatus hic fallitur. Etenim vox ἄγαλμα non *ſepulcrale monimentum*, ſed *ſtatuam*, ſignificat, quae ab Archelao pro ſui, uxoris, filiorumque ſalute *Iſidi* dicata fuit; ideoque neque Demetrius, neque Dorothea Archelai filia Iſidis Sacerdos erat, ut ille coniecit, ſed ſolum *caniſtrifera*, ſive *ciſtifera* cenſeri illa debet: de quibus κανηφόροις uberrime Meurſius in *Eleuſiniis*, aliique plurimi diſputarunt. Iſidem vero a Deliis ipſis honorari, eique pro ſalute atque incolumitate titulos, honores, & ſtatuas dicari conſueviſſe, ex hoc alio Marmore deduci poteſt, quod ex Vheeleri Itinerario pag. 375. acceptum minus feliciter accurateque D' Orvillius expoſuit: (3)

ΠΟΠΛΙΟΣ
ΤΟΥΤΩΙ
ΥΠΕΡΕ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ
ΙΣΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟ
ΚΡΑΤΕΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ

Breviſſimo huic Marmori illuſtrando doctiſſimus Editor adnotavit: *Qui haec vota fecit* pro propriis annis *fuit Romanus, ut praenomen* Πόπλιος *commonſtrat; nomen fuerit forte* ΤΟΥΤΩΡ Tutor, *quod cognomen Romanis non incognitum: etiam* ΤΟΥΤΟΣ *poſſet legi*. Id facile quidem eruditiſſimo Viro conceſſerim perperam a Sponio, qui in Miſcell. Eruditae Antiquitatis Sect. I. Art. 5. pag. 19. ita Marmoris initium expreſſit:

ΠΟ-

(1) Ibi pag. 210. & 208. (2) Vid. Strab. Lib. X. pag. 486. Thucyd. Libr. III. c. 104. & I. c. 1. & Diod. Lib. XII.
(3) Cap. VIII. pag. 56.

ΠΟΠΛΙΟΣ.....
ΤΟΥΤΩ........
ΥΠΕΡ ΕΑΥΤΩΝ..
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ

legi ΕΑΥΤΩΝ: at non multo ſane concinnior ſenſus erit, ſi inſolita phraſi ΥΠΕΡ ΕΤΩΝ ΙΔΙΩΝ *pro ſuis annis* legatur: perinde quaſi Publius ille votum, aut ſtatuam Serapidi *pro ſuis annis* poſuerit. Vera Marmoris lectio, atque interpretatio ex Fabretto deduci poterat, qui Cap. VI. n. 182. pag. 493. Marmor ipſum ex antiquioribus Gallandii Schedis habet:

ΠΟΠΛΙΟΣ
ΤΟΥΤΡΟΡΙΟΣ
ΥΠΕΡ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ

Itaque, ſicuti in ſuperiori Marmore Archelaus Iſidi ὑπέρτε ἑαυτοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν τέκνων *& pro ſe ipſo, & pro uxore, & pro filiis* ſtatuam dicaverat; ita Publius Serapidi ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ἰδίων *pro ſe ipſo, & pro ſuis* ſtatuam conſecravit.

XII. Iam vero, ut a Deliis Marmoribus iſtis ad noſtrum revertar, expoſita pridem exacti foenoris, pecuniaeque ſumma, illa quoque pecuniae, & argenti vis in Marmore recenſetur, quae ab Amphictyonibus in Deliis Apollinis Feſtis erogata fuit. Itaque primo loco (1) ςέφανος ἀριςεῖον τῷ Θεῷ *corona munus Deo* oblatum memoratur; eiuſque valor 1500. drachmarum fuiſſe dicitur. Mox τρίποδες νικητήρια τοῖς χοροῖς *tripodes victoriae praemia Choris* diſtributa nominantur, in quibus 1000. drachmarum ſumma erogata fuit. Quamvis autem Chori non ab Athenienſibus ſolum, ſed a ceteris etiam civitatibus Delum mitterentur, ut perſpicuo Callimachi teſtimonio erudimur: (2)

... πᾶσαι δὲ χορὸς ἀνάγουσι πόληες
*omneſque choros agunt Civitates*,

longeque illuſtrius ex Thucydidis loco ſuperius expoſito, atque eximio quoque Plutarchi teſtimonio demonſtratur; non alii tamen, quam Athenienſium Chori in noſtro Marmore deſignantur, quibus Apollinis laudes certatim concinnentibus illi, qui ceteris excellere videbantur, victoriae gloria ſimulque praemium conceſſum fuit. Eiuſmodi vero praemii loco tripodem tribui conſueviſſe nunc diſcimus; quemadmodum tripodes ipſos in Lycaeis Arcadum Ludis victoribus diſtributos eſſe Diſſertatione IV. opportunius expoſui; (3) tripodis Apollini conſecrati mentio in Thaletis vita apud Laertium (4) reperitur, tripodeſque Iſmenio Apollini Thebis dedicatos eſſe Pauſanias (5) teſtatur. Ceterum Choros ipſos ex viris, (6) praeſertim ex pueris, atque adoleſcentibus formatos fuiſſe pluribus Veterum teſtimoniis oſtendi poſſet. Sed inſignem unum Athenaei locum hic proferam, ut vera ipſius interpretatio, quae doctiſſimis etiam Viris incomperta fuit, ſi fieri id quidem poterit, demonſtretur. Athenaeus, (7) ut oſtenderet *ſaltatorum*, ac *pocillatorum* munera ab ingenuis etiam, ac nobilioribus Athenienſium civibus uſurpari conſueviſſe, de ipſorum *Orcheſtis*, vel ſaltatoribus ita loquitur: ὠρχοῦντο δὲ οὗτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος νεὼν τοῦ Δηλίου, (τῶν πρωτο ..... τες Ἀθηναίων,) καὶ κατεδύοντο ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν. ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτός ἐστιν ᾧ Θαργήλια ἄγουσι. καὶ διασώζεται Φύλησιν ἐν τῷ δαφνηφορείῳ γραφὴ περὶ τούτων: *Saltabant porro hi circa fanum Apollinis Delii primores Civitatis, tragicis veſtibus induti. Enimvero Apollo hic eſt, in cuius honorem Thargelia celebrant: qua de re*

q *in*

(1) Verſ. 61. (2) Hymn. in Delum ver. 279. (3) Pag. 75. (4) Lib. I. ſeg. 29. (5) Boeotic. c. 10. (6) Pauſan. Meſſen c. 4. (7) Lib. X. c. 6.

Digitized by Google

*in Daphnephorio tribubus Athenienſium literae publicae aſſervantur*. Eiuſmodi Scriptoris locum mirifice vitiatum, perperamque ab Interprete explicatum eſſe Caſaubonus obſervavit. Itaque primum in mutilo Athenaei textu reſcribendum aſſerit τῶν πρώτων παῖδες Ἀθηναίων *primorum pueri Athenienſium*: idque pulcherrime cum Athenaei ſententia conſentit, qui eiuſmodi choros ex primoribus etiam ingenuiſque civibus inſtitutos eſſe contendit. Deinde vero, quamvis in editis Codicibus habeatur Τηραϊκῶν, perſpicue tamen certoque legendum aſſerit Caſaubonus Θηραϊκῶν, quod in manuſcriptis omnibus obſervatur. Sed quid, inquit ille, eiuſmodi voce prorſus incognita deſignatur? Vt commodus inde ſenſus aliquis exſculpatur, exiſtimat Θηριακῶν *ferinarum* ibi reſcribendum eſſe: quod nimirum Orcheſtae in Apollinis Delii Feſtis ferinis pellibus induti ſaltarent; eo prorſus ritu, quo Luperci in Lupercalibus Romae Feſtis pellibus ipſis amicti per urbem circumcurſabant. Ego vero doctiſſimi viri pace nihil in Athenaeo corrigendum eſſe putaverim. Quamvis enim Apollo λυκοκτόνος *lupicida* a Graecis alicubi nominetur, atque in Heſychio viderim Σατυρικὸς *Satyricos* aliquando Θῆρας *Theras* appellari, indeque facile ſuperiorem Caſauboni coniecturam confirmari poſſe obſervaverim; nullibi tamen ferinas pelles in Choris adhibitas eſſe conſpicimus; quum tamen Chori ipſi, ipſorum apparatus, pompa, characteres omnes ſaepiſſime in Graecis Scriptoribus exprimantur. Itaque vel ſplendide hic ego fallor, vel accurata Athenaei eiuſque vocis interpretatio ex Heſychio ipſo deduci debet. Ait Heſychius peplum quoddam ab Athenienſibus Θήραιον *Theraeum* vocari conſueviſſe; illud nimirum, quod variegatum, variiſque coloribus infectum eſſet; eiuſque nomen ex Thera Inſula derivatum: Θήραιον. πέπλον τὸ ποικίλον οἱ Ἀττικοί. δοκεῖ δὲ ἀπὸ Θήρας τῆς νήσου προσαγορεῦσθαι *Theraeum peplum variegatum* vocant *Attici*, *videtur autem a Thera inſula denominatum eſſe*. Itaque, quum Therae incolae non modo Θηραῖοι *Theraei*, ſed etiam Stephano teſte Θηραϊκοὶ *Theraici* vocarentur, variegatum peplum, quod ab ipſis nomen acceperat, non modo Θήραιον, ſed etiam Θηραϊκὸν, ſive potius & Θηραίων, & Θηραϊκῶν ab Athenienſibus appellari profecto potuit: ut proinde concinnior, veruſque Athenaei ſenſus hic eſſe debeat, quod Athenienſium primores circa Apollinis Delii templum *Theraicorum*, hoc eſt variegatis, veſtibus induti choreas agitabant. Poſtrema vero Athenaei verba optime, accurateque Caſaubonus ipſe reſtituit, quum Φυλῆσι legendum aſſerit; nimirum *in Phylis* Atticae Populo ubi pictura quaedam extitiſſe videtur, in qua celebris ille chorearum ritus, & veſtium color exprimeretur: ut optime proinde Caſaubonus voce γραφὴ non *literas*, ſed *picturam* intelligendam eſſe coniecerit. Quod vero picturam illam veſtiumque imaginem Athenaeus in *Daphnephorio* Δαφνηφορείῳ fuiſſe tradidit, id ego facile de loco quodam, ac fortaſſe Templo, Apollini ſacro intelligendum putaverim: quemadmodum prorſus apud Thebanos Apollinis Iſmenii Sacerdos Δαφνηφόρος *Daphnephorus*, ſive *Lauriger* appellari conſueverat, (1) quod ex lauru, opinor, Apollini ſacra coronam geſtaret.

XIII. At neque *Chori* ſolum, ſed *Theori* quoque ipſorumque principes *Architheori*, in Marmore nominantur; qui Athenis Delum conceſſerint. Siquidem Cives illi, qui Patriae nomine ad ſacros Ludos, ad ſolemnes Graeciae conventus, ad Oracula, ad ſacra quoque extra Atticae fines peragenda mittebantur, *Theori* nomine vocabantur, ut innumeris Veterum teſtimoniis erudimur; ac ille, qui ceteris praeerat, *Architheorus* dicebatur, ut ex Andocide, aliiſque pluribus oſtendi poteſt. Quin etiam navis ipſa, qua in annuis Deliorum Feſtis, ut antea vidimus, Theori vehebantur, Θεωρὶς *Theoris* appellabatur, ut Callimachus ipſe teſtatur: (2)

> Ἔνθεν ἀειζώοντα Θεωρίδος ἱερὰ Φοίβῳ
> Κεκροπίδαι πέμπουσι
> *Hinc ſempiterna Theoridis ſacra Phoebo*
> *Cecropidae mittunt*;

iiſque

(1) Pauſan. Boeotic. c. 10. (2) Hymn. in Delum ver. 314.

Digitized by Google

iiſque ritibus ornari, Delum appellere, atque Athenas reverti ſolebat, quos fuſe Plato in *Phaedone* deſcribit, ut in Faſtis Atticis obſervavi. [1] Id vero in pentaetericis Feſtis iſtis magnifice decoreque peragi conſueviſſe ex ipſo nauli pretio non obſcure colligitur; quum *Antimacho Philonis* filio *Hermeio*, qui trierarchi munere fungebatur, eiuſque itineris, vel tranſvectionis curam ſuſceperat, *talentum*, atque inſuper dr. *mille*, ſeptem nimirum drachmarum millia, hoc eſt *ſeptingenti* Philippei nummi ſoluti dicantur. Nec plurimum fortaſſe ego fallar ſi celebrem pompam illam, Chororum varietatem, apparatum, ceteraque id genus, quae tunc temporis ab Athenienſibus ſplendide magnificeque peragebantur, ex Niciae exemplo profluxiſſe dixerim, qui curandis eiuſmodi Deliis Feſtis deſignatus, illa nova quadam, nobiliorique pompa celebravit. Eximium Plutarchi locum exſcribere hic libet, ut exinde pluribus in noſtro Marmore memoratis ſplendor aliquis opportune accedat. Μνημονεύεται δ' αὐτῦ ϗ τὰ περὶ Δῆλον, ὡς λαμπρὰ ϗ θεοπρεπῆ φιλοτιμήματα. τῶν γὰρ χορῶν, ὓς αἱ πόλεις ἔπεμπον ᾀσομένους τῷ Θεῷ, προσπλεόντων μὲν ὡς ἔτυχεν, εὐθὺς δ' ὄχλου πρὸς τὴν ναῦν ἀπαντῶντος, ᾄδειν κελευομένων κατ' ὐδένα κόσμον, ἀλλ' ὑπὸ σπουδῆς ἀσυντάκτως ἀποβαινόντων ἅμα ϗ ςεφανουμένων, ϗ μεταμφιεννυμένων, ἐκεῖνος ὅτε τὴν Θεωρίαν ἦγεν, αὐτὸς μὲν εἰς Ῥηνίαν ἀπέβη τὸν χορὸν ἔχων, ϗ τὰ ἱερεῖα, ϗ τὴν ἄλλην παρασκευὴν, ζεῦγμα δὲ πεποιημένον Ἀθήνησι πρὸς τὰ μέτρα, ϗ κεκοσμημένον ἐκπρεπῶς χρυσώσεσι ϗ βαφαῖς, ϗ ςεφάνοις, ϗ αὐλαίαις κομίζων διὰ νυκτὸς ἐγεφύρωσε τὸν μεταξὺ Ῥηνίας ϗ Δήλου πόρον, οὐκ ὄντα μέγαν. εἶθ' ἅμα ἡμέρᾳ τήντε πομπὴν τῷ Θεῷ, ϗ τὸν χορὸν ἄγων κεκοσμημένον πολυτελῶς, ϗ ᾄδοντα, διὰ τῆς γεφύρας ἀπεβίβαζε. μετὰ δὲ τὴν θυσίαν, ϗ τὸν ἀγῶνα ϗ τὰς ἑςιάσεις, τόντε φοίνικα τὸν χαλκοῦν ἔςησεν, ἀνάθημα τῷ Θεῷ, ϗ χωρίον μυρίων δραχμῶν πριάμενος καθιέρωσεν, οὗ τὰς προσόδους ἔδει Δηλίους καθύοντας ἑςιᾶσθαι, πολλὰ ϗ ἀγαθὰ Νικίᾳ παρὰ τῶν Θεῶν αἰτουμένους: *Iam commemorantur eius in Delo magnifica & religioſa munera. Nam quum chori, quos civitates ad canendum mittebant in Apollinis honorem, appellerent promiſcue, & quia navi turba repente occurrente canere iubebantur, nullo ordine, ſed nimia feſtinatione incompoſite ſimul deſcenderent de navi, coronas ſumerent, & veſtes, ille quum Theorus eſſet, traiecit ſecum in Rheneam chorum, victimaſque, & reliquum apparatum trahens; ad haec pontem Athenis comparatum competentem, atque eximie exculptum auro, pictura, ſertis, tapetibus deportans, nocte fretum eo inter Rheneam, & Delum medium, quod non eſt latum, iunxit. Mox ubi diluxit, pompam Deo, & chorum magnifice comptum cantantemque traduxit per pontem. Secundum ſacra, ludos, & epulum palmam aeneam Apollini poſuit, praediumque ſacravit, quod decem millibus drachmarum comparaverat; cuius vectigal impenderent in ſolemne epulum Delii, multam felicitatem ab Diis Niciae precantes*. Quemadmodum ergo in Niciae pompa Chori, Coronae, *inauratio*, tincturae, epulum, ſacrificia, pons, aliaque plura memorantur, ita quoque in noſtro Marmore πέταλα χρύσεα *folia aurea*, χρυσώσεις *inauratio*, προθύματα τῆς ἑορτῆς *praevia ſacrificia ad Feſtum*, ἀριθμὸς βοῶν τῶν εἰς τὴν ἑορτὴν *numerus boum Feſto deſtinatorum*, τροφαὶ *cibus*, ξύλων τιμὴ *lignorum valor* ordine recenſentur, quae in Deliis Feſtis anno 3. Olymp. CI. celebrandis uſurpata fuere. Quandoquidem vero boum numerus 109. fuiſſe dicitur, ipſorumque valor 8419. drachmarum exprimitur, facile inferri inde poterit hecatombem Apollini immolatam, carneſque alias civibus diſtributas fuiſſe; obiterque obſervari etiam poterit ita boum pretium deſignari, ut ipſorum quilibet $77\frac{1}{2}$ drachmis, hoc eſt 78. fere Romanorum denariis, vel *iuliis*, conſtitiſſe videatur. Denique, ne minutioribus aliis immorer, obſervari poſtremo poterit non modo pecuniam hic exprimi, quae tripodibus, bobuſque tranſvehendis inſumpta fuerat; ſed eam quoque, quae πεντεκοςῇ *quinquageſimae* ſolvendae erogata fuit, tributo nimirum, ac vectigali, ut ab Harpocratione erudimur, quod aerario publico pendebatur, quum publici Quaeſtores, πεντεκοςολόγοι *quinquageſimae exactores*, vectigalium redemptores, ac publicani ex rebus etiam Deo conſecrandis pecuniam corradere niterentur. Eiuſmodi vero *quinquageſimae*, ciborum, li-



(1) Tom. II. pag. 320.

lignorumque valor nobis incognitus eſſe debet, quum in extrema Marmoris parte, ſive poſt verſum 73. integer verſus exciderit, in quo valor ille, quin etiam facile univerſa erogatae pecuniae ſumma, eadem prorſus ratione ſubducto calculo exprimebatur, qua acceptae pecuniae, foenoriſque exacti ſummam ſuperius expreſſam eſſe conſpicimus.

XIV. Quemadmodum vero Amphictyones perſpicuis, diſtinctiſque Claſſibus pecunias illas in antica Marmoris facie expreſſere, quas a Civitatibus, Civibus, ac proventibus aliis exegerant; ſimulque pecuniae ſummam, quam in Deliis Feſtis erogaverant, ut rite, fideliter, accurateque ſuo ſe munere perfunctos eſſe demonſtrarent; ita in poſtica Marmoris ipſius parte Civitates, ac Cives illos enumerant, qui vel integram debiti foenoris ſummam, vel aliquam ipſius partem quadriennii ſpatio ſolvere detrectarunt; ut foenoris adhuc exigendi ſummam Amphictyonibus aliis mox anno 4. Olymp. ci. eligendis oſtenderent. Illud autem hic opportune obſervaſſe iuverit, quod, ſi utrumque pecuniae genus, eius nempe, quod exactum fuerat, & illius, quod adhuc exigendum ſupererat, inito calculo coniungatur, foenoris ſumma, quod integro quadriennii ſpatio a Civitatibus, & privatis ſolvendum erat, ea ſaltem eſſe debet, quae in ſubiecto ſchemate exprimitur:

| *Civitates* | *Privati* |
|---|---|
| Tal. 15. drach. 2230. | Tal. 2. drach. 3180. |

adeoque a Civitatibus ſingulis annis 23058. drachmae foenoris inſtar exigebantur; quum foenoris a privatis Civibus ſolvendi ſumma 3795. drachmarum numerum proxime excederet. Eiuſmodi vero uſurae ſummam, quae in prima, ac ſecunda ſerie, vel claſſe exprimitur, graviſſimam eſſe oportere ex univerſa illius ſumma, quae partim ex foenore iam exacto, partim ex pecuniarum, vel uſurae ſumma, quae debita quidem, ſed nondum ſoluta fuerat, exſurgit, facile deduci poteſt. Optime quidem novi apud Athenienſes uſuras leviores plerumque, ac moderatas eſſe conſueviſſe; ut proinde Aeſchines [1] Timarchi improbitatem exaggerans dixerit illum *triginta* minis ſupremum in Andro magiſtratum occupaſſe, oboloſque *novem* in ſingulas *minas* uſurae nomine ſolviſſe: in quo certe foenoris genere oboli *tres* ex *ducentis* obolis orirentur. At foenus illud, quod hic a Civitatibus, ipſarumque civibus facile mercaturae deditis exactum conſpicitur, fortaſſe *nauticum* erat: quod longe gravius eſſe conſueverat; quum in Corcyrenſi etiam Marmore legatur, quod ex 180. minis minarum 50. fructus quotannis exigebatur. Quemadmodum vero Marmoris huius praeſidio gravis uſurae modus, foenoriſque acerbitas aperte colligitur; ita quoque in pecuniariis poenis, multiſque infligendis Athenienſes ipſos ſeveriores fuiſſe ex poſtrema Marmoris parte colligitur ubi *myriades*, hoc eſt decem drachmarum millia, veluti poena reis infligebantur. Sic, ut exemplum aliud hic proferam, Plutarchus [2] memorat feminam, quae bigis Eleuſina concederet, lege a Lycurgo rhetore lata ſex drachmarum millibus multari conſueviſſe; eamque legem ab ipſius Lycurgi uxore repente violatam eſſe teſtatur.

XV. Sed haec leviora ſunt certe, quam ut diligentius inquiri, vel fuſius exponi debeant. Id unum potius, coronidis loco, obſervandum eſſe putaverim quod in extrema Marmoris parte ver. 104. illorum nomina recenſentur, qui veluti impietatis rei *Chariſandri* Archontis anno, hoc eſt 1. Olymp. ci. damnati fuerant; ipſiſque non modo *myriadis* unius multa infligitur; ſed perpetuum quoque ab Apollinis Delii Templo exilium indicitur. Exinde vero, niſi mea me fallit opinio, perſpicue certoque deduci debet, quod iis temporibus Apollinis Delii Templo non alii, quam Athenienſes, praeerant, ibique ſacra adminiſtrare, ius dicere, ſupremaque poteſtate frui conſueverant. Neque enim Athenienſium Amphictyones exilium a Templo indicere, ſacris arcere, impieta-

(1) Orat. adv. Timar. pag. 185. (2) Vita X. Rhetor. in Lycur.

Digitized by Google

tatis damnare, multam infligere potuiſſent, ſi ſuprema in ſacris illis poteſtas, Templique cura non Athenienſibus ipſis, ſed Deliis, commiſſa foret. Itaque controverſia illa, quae inter Delios, atque Athenienſes exarſerat, utri Deliis ſacris praeeſſe deberent; ad proxime conſequuta tempora referri debet: ut facile ex variis etiam Plutarchi, & Demoſthenis locis inferri poteſt. Etenim Demoſthenes, (1) ut Aeſchinis improbitatem iampridem perſpectam oſtenderet, ait ipſum aliquando ab Athenienſi Populo, & Senatu electum fuiſſe Σύνδικον ὑπὲρ τȣ̃ ἱερȣ̃ τȣ̃ ἐν Δήλῳ ἐις τȣ̀ς Ἀμφικτύονας *Syndicum*, ſive Athenienſium patronum *pro, Templo, quod eſt in Delo, ad Amphictyonas*, ſed eiuſmodi munus, ac legationem graviſſimo Areopagitici Senatus decreto Aeſchini ereptam, atque Hyperidi demandatam fuiſſe. Clarius, & apertius adhuc id a Plutarcho (2) demonſtratur, qui varia Hyperidis munera deſcribens ait: Συςάντος δὲ πρὸς Δηλίȣς ἀμφισβητήματος ποτέρȣς δεῖ προΐςασθαι τȣ̃ ἱερȣ̃, αἱρεθέντος Αἰσχίνου συνειπεῖν, ἡ ἐξ Ἀρείȣ πάγȣ βȣλὴ Ὑπερίδην ἐχειροτόνησεν, ϗ ἔςιν ὁ λόγος Δηλιακὸς ἐπιγεγραμμένος. *contraverſia cum Deliis orta Athenienſibus utri ſacris praeeſſe deberent, Aeſchine electo, ut cauſſae Athenienſium patrocinaretur, Senatus Areopagiticus Hyperidem negocio ei deſtinavit, extatque Oratio eius Deliaca inſcripta*. Id etiam perſpicuo Scholiaſtae (3) Hermogenis teſtimonio confirmari facile poſſet, quod a Caſaubono profertur. Ac certe quidem inter varias Hyperidis Orationes celeberrima fuerat Oratio *Deliaca*, (4) qua nimirum Athenienſium cauſſam, atque ius in Delii Apollinis Templum, & ſacra eleganter adeo, copioſeque egit, ut communi Amphictyonum decreto Delii Apollinis ſacra, Templique cura Athenienſibus ipſis conceſſa, vel confirmata fuerit. Hinc ubique fere in antiquioribus Deli Marmoribus, quibus *Sacerdotum*, vel *Aedituorum* munera memorantur, ſemper Athenienſium civium nomina occurrunt, qui iis muneribus fungerentur. Quod ſi fortaſſe in Marmoribus aliis Tyrii, ac Delii nominantur, ea ad ſequiora tempora referri debent, quibus Romani Delum Athenienſium imperio eripuerant: quemadmodum certe magiſtratus omnes, ac ipſa quoque ſacerdotia in Inſula Delo non a Deliis, aut Athenienſibus, ſed a Romanis plerumque civibus gerebantur. Ita in eximio Marmore apud Muratorium (5) legitur:

Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΝ ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΝΟΥΙΟΝ
ΦΙΛΕΙΝΟΥ ΥΙΟΝ
ΤΟΝ ΕΠΙ ΙΕΡΕΑ ΔΗΛΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ

*Senatus Areopagi, & Senatus Sexcentorum, & Populus Tiberium Claudium Nuium*, ſive Novium, *Philini filium Sacerdotem Delii Apollinis perpetuum &c.*

XVI. Quid vero ſi praeſtantiſſimo Athenienſium Marmore, quantum certe maxima interdum obſcuritas patiebatur, expoſito ad Marmor aliud opportune digrediar, in quo eadem fere argumenti ratio, acceptae nimirum, erogataeque pecuniae ſupputatio, reperitur; ut illud proinde ſuperiori Marmori arctiſſimo veluti foedere coniungatur? Illud in Oxonienſium Marmorum Appendice num. XIII. pag. 295. eodem prorſus titulo, frequentibus lacunis, & erroribus inquinatum conſpicitur, quos accuratiſſime exprimendos curavi:



(1) Orat. de Coron. pag. 332. (2) Vita X. Rhet. in Hyper. (3) Περὶ Σεμνότητος pag. 389. (4) Vide Fabric. Biblioth. Graec. Tom. IV. pag. 421. (5) Pag. 551. n. 1.

Θ. Ε.

ΛΟΓΟΣ ΙΕΡΟΣ . ΤΩΝ ΤΩΝ ΙΕΡΟΠΟΙΗΣΑΝΤ......ΕΠ...ΧΟΝ..
ΠΟΛΕΩΣ.ΡΤΟΥΤΟΥΠΟΛΥ..ΣΤΡΑΤΟΥΟΝΤ....ΠΕΡΕΝΙΑΥΤ....
ΑΡΓΥΡΙΟΝΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙΠΑΡΑΙΕΡΟΠΟΙΩΝ....ΕΙΣΑΓΕΤ.....
ΠΑΡΟΥΣΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΟΥΤΗΣΠΟΛΕ........
ΠΟΨΩΝΣΚΥΚΑΚΟΣΤΟΥΛΕΟΝΤΕΑΙΟΥΔΡΑΧΜΑΣΜΙΧΗΗΗ.....
ΕΘΕΣΑΝΕΙΣΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝΤΑΜΙΑΙΑΝΤΙΓΟΝΟΣΤΕΛΕΣΑΡ........
..ΕΙΛΟΜΕΝΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΤΩΙΘΕΩΙΔΡΑΧΜΑΣ.ΜΧΧΗΗΗ......
ΕΨΑΛΗΤΟΥΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙΣΥΝΤΩΙΤΩΝΑΥΛΗΤΩΝ
ΔΟΜΕΝΜΗΝΟΣΓΑΛΙ...ΙΩΝΟΣΠΑΡΟΥΣΗΣΒΟΥΛΗΣΙ.....ΓΡΑ...
Μ.ΧΧΧΧ.ΤΟΥΤΟΕΔΑΙΝΕΙΣΟΜΕΝΤΗΙΠΟΛΕΙΚ...Α..ΟΨ....
ΤΕΡΟΥΔΕΥΤΟΙΣΤΟΙΣΕΝ.... ΑΛΛΙΑ....ΑΝΑΡΟΔΑΙΕΥΚΑ.....
ΕΩΣΑΜΕΝΕΙΑΔΕΞΙΟΙΟΥΔΙΔΥΜΩΝΔΗΜΑΚΟΥΚΠΑΙΝΕ........
ΔΗΜΟΧΑΡΟΥΣΘΕΜΙΣΤΑΤΟΡΑΙΛΑΜΙΩΝΟΣΔΙΑΙΤΩΙΔ.....
ΚΑΙΤΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣΑΝΤΙΓΟΝΩΙΤΕΛΕΣΑΡΧΙΔΟΥΑΠΟΛΛΟ.....
ΠΟΛΥΒΩΙΚΑΛΛΙΔΙΚΟΥΙΕΡΕΚΛΕΔΕΙΙΠΥΘΟΙΛΕΟΥΣΠΟΛΥ......
ΑΜΝΟΥΔΙΟΓΕΝΕΙΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.ΔΡΑΧΜΑΣ.ΜΧΧΧΧ.ΚΑ.Α.....
ΜΕΝ&Ε........ΝΑΛ.... ΕΞΕΙΛΟΜΕΝΕΙΣΤΑΕΡΓΑΜΗΝΟΣ.. Α.....
ΣΗΣΒΟΥΛΗΣ....ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ...ΚΑΙΑΛΛΟΕΞΕΙΛΟΜ.......
ΤΩΝΔΡΑΧΜΑΣΧΧΧΧΗΗΗΗ𐅄ΔΔ.ΚΑΙΕΛΟΜΕΝΤΟΙΣΕΙΚΗΥ....
ΤΕΛΕΣΩΝΟΥΛΥΣΙΞΕΝΩΙΤΙΜΗΣΙΔΗΜΟΥΔΙΑΚΡΙΤΩΙΩΧ.....
ΤΟΥΤΟΠΑΡΕΔΟΜΕΝΕΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΙ.ΙΕΡΟΠΟΙΟΙΣΕΥΚΛΕΙΔΙ....
ΘΕΝΟΥΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ..........ΚΑΙΤ....ΑΛΛ..ΑΡ....
ΚΑΛΛΙΧΑΝΤΟΥΚΡΙΗΡΟΝ ...ΜΝΩΝΠΥΡΡΩΝΗΗΔΔΔΔΠΙΙΙΠΑ
Ρ ΑΤΟΥΡΑΜΝΩΝ...ΑΙΝΤΟΥΧΩΡΟΥΗΗΗΗ𐅄ΔΙ.ΠΑΡΑΑΛ....
ΛΑΙΜΑΧΟΥΙΠΠΟΔΡΟΜΟΥ.ΗΗΔΔΙ.Ι.ΠΑΡΑΜΕ.... ΝΥΜΟΥΩΙ....
ΑΛΛΟΝΑΥΤΩΙΜΕΡΟΣ.ΔΕΡΙΟΝΑΡΑΨΙΔΟΝΝΙΟΥΚΑΙ...ΚΟΝ....
ΤΟΕΜΠΑΝΟΡΜΩΙ.𐅄..ΛΗΣ....ΝΗΣΚΑΙΑΛΚΙΜΑΧΟΥΔ.....
ΝΟΣΗΗ𐅄ΙΙΠΑΡΑΛΑΜΠΙΩΝΩΣΤΟΥΟΜΟΥ...ΗΔΔΔΔΙΙΑΝ...ΜΟΥ...
ΑΣ𐅅ΗΗΗΗ.....ΝΙΣΣΚΙΤΩΝΕΙΑΣΗΗΗΗ⊢⊣ΠΕΟΚΡΙ......
ΝΟΣΚΑΙΝΙΚΑΡΧΟΣΗΗΔΔΙΙΠΟΛΥΞΕΝΟΣΑΚΡΑΣΔΗΛ.......
ΧΙΩΝΗΗΗ𐅄ΗΗΣΥΝΩΝΥΜΟΣΙΕΡΟΜΒΡΟΤΟΥΥΠΕΡΚ........
ΣΟΣΙΜΧΧΕΙΩΝ𐅄ΔΔΙ.ΤΙΜΟΣΤΡΑΤΟΣΥΠΕΡΑΡΙΣΤ.........
Α ΛΛ..ΔΙ..ΑΑΙ..Δ.Ε.ΑΝΝΕΠΙΣΘΕΝΗΣΤΗΣΑΡΚΕΔΛΛΠΓ.....
ΣΟΥΘΕΟΔΩΡΟΣΟ....ΑΥΤΟΥΙΕΡΟΣ𐅄ΚΑΙ.ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ..ΗΣ...
ΟΛΕΙΔΗΣΤΩΝΑ...ΔΡΩΝΟΝ𐅄ΔΙΙΙΕΥΤΥΧΟΣΕΤΙΣΘΕΝΕΙΔ.....
ΝΟΣ𐅄ΔΗΠΑΡΑΤΩΝΤΟΥΑ.ΝΑΡ..ΣΔΔΔΔΠΙ.Ι.Ι.......ΘΕΟΡΤ...
ΘΕΟΡΤΛΟΥΤΟΕΠΙΒΑΩΟΝΑΥΤΟΙΣΤΗΣΕΓΓΥΗΣΕ........ &c.

Quicumque in Marmor ipſum oculos coniecerit, facile cum Seldeno, ac Prideauxio repente intelliget pecuniarum ſeriem in illo recenſeri, quae in *Artemiſio* poſitae, & in *Artemiſio* erogatae fuerant; idque iis Civitatis Quaeſtoribus, Scribis, & Archonte, quorum nomina in exeſo mutiloque Marmore memorantur. Sed quis *Archon* ille, quae *Civitas*, quod *Artemiſium* hic indicatur? aut cui nam Vrbi eximium iſtud Antiquitatis monimentum adſcribi unquam poterit; quum neque Vrbis nomen ullibi nitide diſerteque exprimatur; neque ſaltem a Seldeno, aut Prideauxio locus ille, vel regio indicetur, in quo Marmor inventum fuerit? Certe mirari, vel indolere quis poterit quod praeclaris eiuſmodi Monimentis, ex quibus uberrimus aliquando ſplendor plurimis Hiſtoriae, vel Geographiae capitibus oriri poſſet, non modo temporis edacitas, ſed incurioſa quoque exſcriptorum oſcitantia novam veluti caliginem affuderit, quum ipſorum ſitum, ac veluti patriam exponere, vel adnotare neglexerunt. Itaque, ſi cui fortaſſe libeat Marmoris patriam inquirere, adeoque plura, quae exinde nativa quadam ſerie deduci poſſunt, exponere, is certe liberiori ſolum coniecturae indulgere debeat: donec aliqua ex parte ambiguis coniecturis iſtis vel dirimendis,

dis, vel confirmandis lux oriatur. Id certe mihi ab aequo humanoque lectore concedi velim, ut quidquid haeſitando conieci, proferre nunc liceat: ut, niſi veram Marmoris patriam exſculpere, ac definire ego poſſim, nonnulla tamen Antiquitati illuſtrandae opportuna, nec inutilia demonſtrentur. Antequam tamen de Oxonienſi Marmore, eiuſque patria quidpiam hic proferam, breviſſimum Marmor aliud ſubieciſſe nunc iuverit, quod in Faſtis Atticis [1] exhibueram: eoque libentius hic iterum profero quod illud Smyrnae poſitum eſſe deinde accepi, adeoque *Callimaeonem*, & *Panemum* menſem in ipſo memoratum civilibus Smyrnenſium annis inſerendos eſſe cognovi:

. . . . . ΟΝΤΟΣ ΤΗΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ · ΒΟΥΛ . . . . . .
ΑΙΜΙΛΙΟΥ ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΙΤΑΛΟΥ ΟΙΔΕ ΠΡΥ
ΤΑΝΕΥΣΑΝ ΜΗΝΑ ΚΑΛΛΙΜΑΙΩΝΑ Κ ΚΑΛΛΙΑ
ΣΑΝ ΤΟΝ ΠΑΝΗΜΟΝ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΦΙΛΗ
. . . . . ΤΡΟΦΙΜΟΥ

Praeſidente *Senatui Neocori bonore decorato*
. . . *Aemilio Aeliano Italo*, *hi Prytanes fuerunt menſe Callimaeone*, & . . .
. . . . menſe *Panemo ſub Archonte Philemone Trophimi* filio.

Perſpicue apparet in poſtrema Marmoris huius parte, quae nunc interiit, civium illorum nomina exarata fuiſſe, qui *Prytanis* munere perfuncti iam fuerant, ut proinde haec Inſcriptio veluti prolixioris alterius titulus haberi debeat. In ipſo tituli initio ſuppleverim ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΝΤΟΣ, ſive ſi libeat, ΒΟΥΛΑΡΧΕΟΝΤΟΣ; quemadmodum prorſus in alio Marmore, [2] quod Cyriacus in Phocide exſcripſit, habetur ΒΟΥΛΑΡΧΕΟΝΤΟΣ ΚΑΛΛΙΚΛΕΟΣ; & apud Sponium [3] in Thyatireno Lapide legitur ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΒΟΥΛΑΡΧΟΝ. In extrema 1. verſus parte non modo vox integra ΒΟΥΛΗΣ, ſed etiam *Aemilii Aeliani Itali* praenomen exaratum fuerat; qui eo anno Smyrnenſi Senatui praeſidebat. Quod vero Senatus ipſe ΝΕΩΚΟΡΟΣ *Neocorus* appelletur, perſpicue oſtendit Marmor iſtud poſt Tiberii Caeſaris aetatem excitatum eſſe, quo *Neocori* dignitas primum Smyrnaeis conceſſa fuit; ut optime accurateque Nummorum praeſidio demonſtravit Vaillantius; [4] quumque eo titulo, ac dignitate Smyrnaei maxime efferri, gloriarique ſolerent; non modo ſaepiſſime in Nummis, ſed in Marmoribus ipſis hunc expreſſere, ut in Muratoriano lapide [5] legitur ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΔΗΜΟΣ *Neocorus Smyrnaeorum Populus*. Quoniam vero iterata *Neocori* dignitas Smyrnaeis ab Hadriano Caeſare conceſſa fuit, ut in Oxonienſi Marmore [6] nitide diſerteque legitur; eaque tertio ſub Caracalla ſunt decorati, Marmor iſtud ante Hadriani tempora excitatum videtur; quum ſola *Neocori* dignitas, non iterato ipſius numero, exprimatur: quemadmodum prorſus in alio Smyrnaeorum Marmore [7] Traiani temporibus poſito Νεωκορος Σμυρναιων Δημος *Neocorus Smyrneorum Populus* vocatur; at in alio [8] poſt Caracallam excitato [9] habetur Τρις Νεωκορως των Σεβαςων *tertio Neocorus Auguſtorum*. Quemadmodum vero Aemilius Aelianus Italus Neocori Smyrnenſium Senatus Praeſes vocatur, eiuſque nomen Marmori, veluti temporis annique character, praefigitur, ita quoque Philemon Trophimi filius *Archon* vocatur, quod Eponymus Smyrnenſium Magiſtratus eſſet. Optime quidem novi in Smyrnenſium Nummis, ac Marmoribus non *Archontes*, ſed *Strategos*, velut Eponymos ipſorum Magiſtratus, inſcriptos occurrere. Sic in Oxonienſi Marmore [10] habetur:

ΓΕΣ-

(1) Tom. II. pag. 470. (2) Murat. pag. 978. Num. 1. (3) Itin. pag. 114. (4) Pag. 220. (5) Pag. 343. (6) Num. 28. pag. 93. (7) Spon. Itin. pag. 130. (8) Ibid. pag. 125. (9) Marm. Oxon. n. XV pag. 296. (10) Num. 129. pag. 264.

Digitized by Google

.... ΓΕΣΣΙΟ
... ΦΛΑΚΚΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ
ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΟΠΛΟ
ΦΥΛΑΚΙ (1)

ubi ΑΥΛΟΣ ΓΕΣΣΙΟΣ legendum eſſe putaverim, cum in Neronis Caeſaris Nummo a Smyrnaeis cuſo apud Vaillantium (2) legatur Α. ΓΕΣΣΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ. Sed aliquando tamen in Nummis ipſis, ac Marmoribus non *Strategi*, ſed *Archontis*, nomen occurrit. Ita in Smyrnenſi Lapide apud Reineſium (3) legitur:

| | |
|---|---|
| ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΠΑΙΗΟ | *Aeſculapio Paeo-* |
| ΝΙ ΔΙΟΓΝΗΤΟΣ | *ni Diognetus* |
| ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ | *Apollonii* filius |
| ΔΙΟΓΝΗΤΟΥ ΑΡΧΩΝ | *Diogneti* nepos *Archon* |
| ΚΑΘΙΕΡΩΣΕ | *excitavit* |

Itaque mirari certe non poſſumus ſi in noſtro Marmore non *Strategi*, ſed *Archontis*, nomen habeatur; non modo quod maxima in Smyrnaeorum ritibus varietas irrepſiſſe potuit; verum etiam quod Smyrnae Strategi, ſimulque tamen Archontes etiam eligi, variiſque monimentorum generibus inſcribi potuerint. At neque *Strategos* ſolum, aut *Archontas*, ſed *Prytanes* etiam publicis Smyrnaeorum monimentis inſcriptos eſſe conſpicio. Certe ipſorum Nummus a Spanhemio profertur, in cuius poſtica parte nitide diſerteque legitur:

ΣΜΥΡ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ *Smyrnaeorum. Prytanes*

ſive quod tunc eponymam, ac ſupremam dignitatem Smyrnaei, Adrianenſium, Aegeorum, ac Rhodiorum inſtar, *Prytanis* titulo vocarent; ſive potius quod Nummus ille a Prytanibus ipſis cuſus foret, quamvis eo tempore Strategus etiam, aut Archon electus eſſet; quemadmodum certe in Oxonienſi Marmore (4) *Smaragdus Prytanis*, & *Claudianus Prytanis*, ſimulque tamen in ipſo Marmoris titulo Smyrnenſis Vrbis *Strategus* nominetur.

XVII. Quum vero Prytanum Smyrnaeorum mentio tum ex Spanhemii Numiſmate, tum ex noſtro Marmore iniecta fuerit, quid prohibet quin aliqua etiam ipſorum muneri, ac numero explicando proferam; quae vel incerta, vel prorſus incomperta merito videbantur? Prytanes aliquos a Smyrnenſibus eligi conſueviſſe perſpicuo Ariſtidis teſtimonio erudimur. Ille nimirum aſſerit ſe Smyrnam Dionyſiorum Feſtorum tempore conceſſiſſe; (5) tum ſubdit: ἦσαν δ' ἀρχαιρεσίαι κατ' ἐκεῖνον χρόνον Πρυτανεῖαι (6) *habebantur autem eo tempore Comitia Prytanaea*. Samuel Iebbus in accuratiſſima Ariſtidis hiſtoria exinde collegit Ariſtidem Smyrnae *Prytanis* munere perfunctum eſſe; quemadmodum Ariſtides ipſe teſtatur ſe pridem Φύλακα τῆς εἰρήνης *cuſtodem pacis* electum fuiſſe; hoc eſt, ut optime Iebbus ipſe adnotavit, eo magiſtratu decoratum, qui *in leg. unic. Cod. de Irenarchis*, & *leg.* 18. §. 7. *ff.* Εἰρήναρχος, vel *Irenarcha* vocatur, cuius munera fuſe Valeſius (7) explicavit. Ceterum quot olim Smyrnae Prytanes eligerentur Cl. Auctor ille incertum eſſe fatetur; quumque Mileſii Marmoris initium ex ineditis Sherardi Schedis ſubieciſſet, in quo legitur: Ἐπιμελεθέντος τοῦ Ἀρχιπρυτανίδος Κτησίου τοῦ Κισίου, καὶ τῶν συναρχόντων αὐτοῦ *Curante Archiprytanide*, ſive Prytanum principe, *Cteſia Ciſii* filio, *&* *ipſius Collegis*, exinde collegit Prytanes *ſeptem* a Mileſiis eligi conſueviſſe; quum tamen in ipſo Marmore *quinque* ſolum Archiprytanidis Cteſiae *Synarchontes*, ſive Collegae memorentur; adeoque non *ſeptem*, ſed *ſex* ſolum, Mileti *Prytanes* admitti debeant. Smyrnenſium vero Prytanum nu-

(1) Num. 129. pag. 264. (2) Pag. 17. (3) Claſ. I. num. 206. (4) Num. 28. pag. 931. (5) Serm. ſac. Pag. 341. (6) Pag. 342. (7) Ad Euſeb. Hiſtor. Lib. IV. c. 15.

Digitized by Google

numerus adhuc obſcurus eſſe conſpicitur. In Oxonienſi quidem Marmore,[1] quod ad Smyrnenſes ipſos ſpectavit, cives duo *Prytanis* titulo decorantur; in alio[2] Fl. Oneſimus Πρύτανις πρῶτος *Prytanis primus* vocatur, ex Spanhemii autem Nummo, atque ex noſtro Marmore plures fuiſſe colligitur; ſed ipſorum numerus definiri certe vix poterit. Athenis quidem quinquagenarius Prytanum numerus habebatur; ſed Smyrnenſium Prytanes ab Athenienſibus plurimum diſſidebant: ut proinde immerito Athenienſium Prytanum munera, ac ritus Prideauxius[3] ad Smyrnaeos traſtulerit; adeoque Fl. Oneſimum, qui in Smyrnenſi lapide πρύτανις πρῶτος *Prytanum primus* vocatur, *Epiſtatam* fuiſſe dixerit: perinde quaſi Smyrnae quoque *Epiſtatae* eligerentur: aut Athenis ipſis *Prytanum*, non vero potius *Proedrorum*, Epiſtata vocaretur. Id unum tamen ex noſtro Marmore inferri, atque obſervari merito poterit, quod Prytanum dignitas non *annua* fuerat; ſed Prytanes ipſi menſibus ſingulis, Athenienſium Prytanum inſtar, eligebantur; ideoque cives illi, quorum hic nomen interiit, *Callimaeone* menſe Prytanis, *Panemo* vero alterius magiſtratus munere perfuncti dicuntur. Ita propemodum Ariſtides aſſerit poſt Dionyſia Smyrnae celebrata comitia eligendis Prytanibus contigiſſe. Itaque, quum Dionyſia *primo vere*, ut Ariſtides alibi[4] demonſtravit, hoc eſt *medio Antheſterione* menſe, ut Philoſtratus[5] ait, Smyrnae peragerentur, perſpicue apparet Ariſtidem, alioſque Prytanes ipſius collegas non anni initio, ſed exeunte Antheſterione menſe, qui Elaphebolioni Attico reſponderit, eo munere perfunctos eſſe.

XVIII. Nihil eſt tamen, quod in eiuſmodi Marmore praeſtantius haberi, vel accuratius obſervari merito poſſit, quam menſis *Callimaeonis* nomen, quod Scriptoribus omnibus indictum, nullibique in Marmoribus aliis compertum, nunc primum repente nobis occurrit. Iampridem Eruditis omnibus obſervatum erat Smyrnaeos, Aſianorum, ac Syrorum inſtar, Macedonum menſes, ipſorumque nomina in civilibus annis recepiſse: ut ex teſtimoniis, & exemplis illis apparet, quae ex Vſſerio, aliiſque Scriptoribus in Faſtis Atticis[6] opportune iam protuli. Quandoquidem vero Macedones Europaei, aliique plures a menſe Dio, Syri tamen, aliique ipſos imitati ab *Hyperberetaeo*, veluti cardine, civiles annos auſpicabantur, adeoque ex. gr. *Peritius* apud illos *quartus*, apud iſtos vero *quintus* menſis eſſe debebat; atque exinde perplexitas oriebatur, menſis nomen apud Smyrnaeos, ubi publicis monimentis inſcribebatur, ex ſolo ordine deduci coepit, quem ille in civilis anni periodo obtineret. Hinc in Marmore Aphrodiſiae poſito apud Iebbum[7] legitur: Ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ Ἀττάλου υἱοῦ Μενάνδρου μηνὸς δωδεκάτου. *Sub Stephanephoro Attalo Menandri filio menſe duodecimo*; in Smyrnenſi Marmore habetur μηνὸς τρίτου *menſe tertio*; atque, ut exemplis aliis abſtineam, Ariſtides ipſe, qui vera Smyrnenſium Menſium nomina expreſſit, hac una phraſi menſem aliquando deſignat:[8] σχεδὸν γὰρ ἡ τέτρας ἐπὶ δέκατου δευτέρου μηνὸς ὡς νομίζομεν οἱ ταύτῃ *tunc erat 14. circiter dies ſecundi menſis, ut hic appellamus*. Interim tamen dum Smyrnaei alterutram ex rationibus iſtis in exprimendis temporibus, ſeu menſium nominibus utebantur, vetera quoque menſium nomina ſubinde uſurpabant. Hinc Ariſtides ubi plurimas morbi viciſſitudines, & ſomnia ſibi divinitus immiſſa deſcribit, *Poſideonem*, ac *Lenaeonem* menſem memorat, quorum ille *hiemalis* eſſet, atque in ſolaribus Smyrnaeorum annis 24. Decembris die inciperet; ipſique *Lenaeon* proxime ſubiiceretur. Itaque, ſicuti duos menſes illos non accepto a Macedonibus nomine, ſed veteri Smyrnaeorum voce, appellatos eſſe conſpicimus; ita quoque *Callimaeon*, ac *Panemus* in ſuperiori Marmore memorati non Macedonicorum, ſed Smyrnaeorum, menſium nomina cenſeri debent; ut fortaſſe Panemus ipſe Callimaeonem proxime conſequeretur: & quemadmodum Corinthiorum *Panemus*, ut alibi[9] demonſtravi, a Macedonum Panemo certiſſime diſtinguebatur; ita quoque Smyrnaeorum *Panemus* a Macedonico diſtingui debet. Ita propemodum Epheſii, quamvis

(1) Num. 28. pag. 93. (2) Num. 116. pag. 148 (3) Ad Marm. Oxon. pag. 106. (4) Pag. 202. (5) Vit. Sophiſt. Lib. I. §. 25. pag. 531. (6) Tom. II. pag. 464. (7) Notae in Ariſtid. (8) Sermon. Sacr. II. (9) Faſt. Att. Tom. II. pag. 419. & pag. 423.

Digitized by Google

vis interdum Macedonica menſium nomina uſurpare conſueverint; aliquando tamen in publicis Monimentis vetera Ionum nomina conſervarunt. Hinc in ipſorum Pſephiſmate apud Ioſephum legitur [1] μηνὸς Ληναιῶνος πρώτη *menſis Lenaeonis primo* die. In Epheſino Marmore reperitur: [2] Ποσειδεῶνος πέμπτη ἀπίοντος *menſis Poſideonis viceſima ſexta* die; denique in alio apud Heſſelium legitur: [3]

ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΕ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣ
ΜΟΥ ΕΣΤΙΝ ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ ΤΟΙ... ΩΝΙΜΟΝ ΑΥΤΗΣ
ΕΙΝΑΙ ΜΗΝΑ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ ΠΑ.. ΝΜΕΝ ΑΡΤΕΜΙΣ
ΩΝ ΠΑΡΑ ΔΕ ΜΑΚΕΔΟΣΙΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙΝ
ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΝΙΚΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΠΟΛΕΣΙΝ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝ ΕΝ Ω ΜΗΝΙ ΠΑΝΕΓΥΡΕΙΣ ΤΑΙ
ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΗΝΙΑΙ ΕΠΙΤΕΛΟΥΝΤΑΙ

*Maximum vero erga eam cultus ſignum eſt, quod Menſis eius nomine vocetur, qui apud nos quidem Artemiſon dicitur; ſed apud Macedones, & reliquas Graecas Gentes, tum etiam in earum Vrbibus Artemiſius: quo menſe conventus & ſacrificia aguntur.* Doctiſſimus Bimardus ΠΑΛΙΝ hic legendum eſſe coniecerat. Ego vero in Faſtis Atticis [4] ΠΑΛΑΙ reſcribendum putaveram; ſed modo re diligentius explorata perſpicue certoque legendum arbitror ΠΑΡ ΗΜΙΝ: ut nempe exprimatur menſem illum Dianae cognominem apud Epheſios quidem ΑΡΤΕΜΙΣΩΝΑ *Artemiſonem*; apud Macedones autem, Genteſque varias, quae Macedonicis menſibus utebantur, *Artemiſium* vocari. Itaque, ſicuti *Poſideon*, ac *Lenaeon* Epheſiis, ac Smyrnenſibus, omnibuſque, ut opinor, antiquis Ionibus communis erat; ita quoque Epheſiorum *Artemiſon* Smyrnaeis etiam adſcribi debet; ac viciſſim Smyrnaeorum *Callimaeon*, & *Panemus* ad Epheſios ipſos transferri: ut proinde iam quatuor vera Epheſiorum, ac Smyrnaeorum, hoc eſt Ionicorum, menſium nomina inventa cenſeri poſſint. Nihil eſt autem cur in inquirenda *Callimaeonis* menſis origine, nominiſque cauſſa nunc immorer. Id unum divinando fere coniecerim, eiuſmodi nomen fortaſſe a Diana derivatum videri; quae, ſicuti *Lucina* a Latinis dicebatur, adeoque partubus adeſſe, pulcroſque partus reddere putabatur; ita quoque hoc ipſo ſenſu ΜΑΙΑ *Maea*, & ΚΑΛΛΙΜΑΙΑ *Callimaea* a Graecis appellari potuerit, menſiſque ipſi ſacer ab eiuſmodi Dianae, Lucinae, vel *Maiae* munere *Callimaeon* vocari. Ita quoque vix dixerim quid alia voce Καλλιασάν, qua certe publicum munus aliquod, aut magiſtratus a Prytanibus illis Panemo menſe ſuſceptus indicatur, intelligi exponique debeat. Si quidpiam in Marmore corrigi mutarique poſſit, adeoque ΚΑΛΛΙΟΣΑΝ legi liceat, facile *Aediles*, aut publicorum Operum Curatores intelligi poſſent, quibus commiſſum foret, ut Smyrnenſem Vrbem *pulcriorem*, ac ſplendidiorem efficerent. Certe Smyrnenſibus Vrbis nitorem cordi maxime fuiſſe, eoque nomine eos gloriari conſueviſſe, ipſorum Marmora perſpicue oſtendunt, in quibus eadem Vrbs πρώτη τῆς Α'σίας κάλλει ϗ μεγέθει [5] *prima Aſiae pulcritudine, & magnitudine* vocatur. Verum, quum nulla nobis Scriptorum teſtimonia ſuppetant; alibique Ε'κλογεὺς, [6] & Ε'ξεταςὴς [7], peculiaria Smyrnaeorum munera occurrant, facile ea voce publicum quoddam munus exprimitur, quod ignorare nunc cogimur.

XIX. His autem de veteri Smyrnenſium magiſtratuum, ac menſium nomine opportune obſervatis coniecturas etiam, ac indicia nunc proferam, quibus ἀδέσποτον Oxonienſe Marmor, quod illuſtrandum ſuſcepi, non alteri veriſimilius Graecorum Vrbi, quam Smyrnae, concedi poſſe putaverim. Atque illud in primis obſervari maxime velim, quod in eiuſmodi Marmore verſ. 9. mutilum, atque exeſum cuiuſdam menſis nomen occurrit: quod aliud opinor, eſſe non poterit, quam *Callimaeon*. Ita quidem priores tres vocis characteres expreſſit Seldenus, ut [8] ΓΑΛΙ.. exaratum videretur; at Seldenus ipſe fatetur

(1) Antiqu. Lib. XIV. c. 10. (2) Maffeii Sigl. pag. 61. (3) Append Praef. ad Inſcript Gudii num. 23. & Murat. pag. 579. n. 1. (4) Tom. II. pag. 449. (5) Marm. Oxon. n. 2 pag. 47. & n. 76. pag. 130. (6) Ariſtid. (7) Marm. Oxon n. 1. pag. 14. (8) Pag. 45.

Digitized by Google

tur [1] *quod ſubobſcura ſunt elementa*, ideoque nihil facilius, quam ſuperſtites literas non ΓΑΛΙ, ſed ΚΑΛΛ, conficere; adeoque facili, levique mutatione ΚΑΛΛΙΜΑΙΩΝΟΣ legendum eſſe. Ita quoque ver. 17. iterum, vel *Callimaeon* ipſe, vel alter menſis occurrit, in quo pecuniae quaedam in opera, Feſto nimirum conſecrata, numerantur. Ergo, ſi *Callimaeonis* menſis nomen huic Marmori inſcriptum concedatur, Marmor ipſum ad aliquam ex Ioniae Civitatibus referri debet. Sed Epheſo, Colophoni, Erythrae adſcribi certe non poterit, quum in iis non *Archontes*, ſed *Prytanes*, aut *Strategi*, veluti Eponymi magiſtratus eligi, publiciſque monimentis inſcribi ſolerent; ergo veriſimilius Smyrna ſupererit, in qua Archontas eligi conſueviſſe iam vidimus. Quamvis enim Archontes ipſi Athenis etiam eligerentur, eiuſmodi monimentum iis adſcribi certe non poterit, quum hic Α῎ρχων πόλεως vocetur; ſicuti prorſus in Theſſalonicenſi Marmore habetur πολειταρχόντων; [2] nullibi vero in Athenienſium Marmoribus, *Callimaeon* menſis, aut Α῎ρχων πόλεως, aut Γραμματεὺς πόλεως occurrant; viciſſim vero ſemper aliquis Atticae Populus civium nominibus adiungatur: quorum tamen nullus omnino in hoc prolixo Marmore memoratur. Ita quoque Smyrnenſi Marmori facile mireque convenit, quod pecunia quaedam ΕΜΠΑΝΟΡΜΩΙ data, vel accepta memoratur. Siquidem Strabo [3] perſpicue diſerteque teſtatur quod poſt Samum, in quo *Tauropolium*, hoc eſt Dianae Templum, atque Pygelias oppidulum, in quo Munychiae Dianae Fanum reperitur, λιμὴν Πάνορμος καλούμενος ἔχων ἱερὸν τῆς Ε᾿φεσίας Α᾿ρτέμιδος, εἶθ᾿ ἡ πόλις *portus Panormus cum templo Epheſiae Dianae, deinde Vrbs ipſa Epheſus*. Quamvis enim *Panormi* voce portus quidam in Attica, Achaia Mileſiorum, Samo, & Epiro vocaretur, ut Palmerius accurate obſervavit; non alium hic tamen Panormum intelligi exiſtimaverim, quam qui in Samiorum, & Epheſiorum ora a Strabone deſcribitur. Denique quod *Artemiſium*, hoc eſt Dianae templum, in Marmore nominetur, atque in illo pecunia depoſita, & choris erogata dicatur, id Epheſo quidem perſpicue conveniret; quum apud Epheſios Dianae templum Α᾿ρτεμίσιον vocaretur, unde Appianus [4] ait quod Epheſii Italos τοὺς ἐς τὸ Α᾿ρτεμίσιον καταφυγόντας συμπλεκομένους τοῖς ἀγάλμασιν ἐξέλκοντες ἔκτεινον *qui in Artemiſium confugerant, ſtatuaſque amplexati fuerant, extrahentes occiderunt*. Sed Smyrnaeis quoque *Artemiſium* aliquod, Dianaeque templum concedi facile poterit; quum ipſi quoque, Ionum omnium inſtar, Dianam eximio cultu honorarent; ipſique templum excitaſſe, & ſacra peregiſſe videantur. Certe Prideauxius *Aureliam Fauſtam* illam, quae in Smyrnenſi lapide Α᾿ρχιέρεια *Sacerdos maxima* vocatur, non alio, quam Dianae, ſacerdotio functam exiſtimavit. Quod vero non Smyrnae, ſed Epheſi ſolum, Artemidis Sacerdotium fuiſſe ille dixerit [5] profecto fallitur, quum in pluribus etiam aliis Ioniae civitatibus Dianae Templa, Sacerdotes, & honores haberentur, ut ſuperius eſt obſervatum; adeoque mirari plane quis poſſit, cur Prideauxius ipſe mox adiecerit quod *vix ulli Ionum Dianae templum in propriis Civitatibus habuere*. [6] Ceterum, ſi cui fortaſſe libeat *Artemiſium* illud, quod in noſtro Marmore nominatur, non Smyrnae, ſed in alia quadam Vrbe, aut etiam Epheſi collocare, per me licet. Id ego tamen non de Epheſo, ſed de alio prorſus templo intelligendum potius putaverim, quod a Smyrnenſibus excitatum, atque iis temporibus adminiſtratum fuerit. Certe, ut coniecturis iſtis illuſtre teſtimonium aliud accedat, inter Smyrnenſia Marmora, cuius apographum ex Sherardi Schedis excerpſit Salvinius, Marmor occurrit, in quo Α᾿λέξανδρος Α᾿νταίου τοῦ Βακχίου βουλευτὴς φυλῆς Α᾿ρτεμισιάδος nominatur; moxque Marmor aliud reperitur, cuius initium eſt: ΟΙΔΕ ΤΔΡΤΣΑΝΤΟ ΤΟ ΤΕΜΕΝΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΦΕΣΙΑΙ. ΠΤΡΡΟΣ ΣΙΜΟΤ. ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ. ΣΩΤΑΣ ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΤ. κ.τ.λ. Ergo Templum iſtud, cuius memoria una cum Smyrnenſium civium nominibus, qui pecuniam contulerant, Smyrnae conſecrata fuit, ad Smyrnaeos ipſos ſpectavit; ideoque facile *Artemiſii* nomine vocari potuit. Quandoquidem vero in Oxonienſi hoc Marmore dicitur drachmas Μ ΧΧΗΗΗ ΤΩ ΘΕΩ *Deo* conſecratas fuiſſe, id faci-

(1) Pag. 173. (2) Murat. pag. 595. n. 2. (3) Lib. XIV. pag. 639. (4) Mithridat. (5) Pag. 47. (6) Pag. 17.

cile de Iove Olympio,[1] vel de Apolline,[2] vel Aeſculapio[3] intelligi poterit, quorum templum Smyrnae poſitum erat, ubi eximio prorſus honore colebantur. Sed fieri fortaſſe etiam poteſt, ut non ΤΩΙ ΘΕΩΙ, ſed ΤΗΙ ΘΕΩΙ, in Marmore exaratum fuerit; ideoque Diana ipſa intelligatur, cui Feſta a Smyrnenſibus celebrata fuerint. Ea vero magnifice ſplendideque peracta fuiſſe ingens pecuniae erogatae ſumma demonſtrat; quum *duodecim mille*, & *tercentas drachmas* ſuperaverit. Ita ſuperius habetur ΔΡΑΧΜΑΣ ΜΙΧΗΗΗ.... ubi Cl. Maffeius[4] anceps fuit num drachmae *Mileſiae* memorentur; ſicuti mox ubi legitur: ΔΡΑΧΜΑΣ Μ. ΧΧΧ, cogitavit num μεγάλας legi debeat. Mihi vero veriſimilius videtur characterem Ι, ſi vere Marmori inſcriptus fuit, interpunctionis inſtar habendum eſſe; ſive potius in Χ refingendum. Etenim drachmarum qualitas perſpectiſſima fuerat, adeoque clarius exprimenda minime videbatur; ſicuti nullibi in Athenienſi Marmore ſuperius expoſito demonſtratur. Quod ſi fortaſſe clarius haec indicari debuit, cur character ille non ſemper, ſed ſemel ſolum, inſeritur? Itaque, niſi plurimum fallor, priori loco ubi legitur ΜΙΧΗΗΗ.. reſtitui debet ΜΧΧΗΗΗ.. alioquin maior erogatae, quam acceptae, pecuniae ſumma fuiſſet; ut facile intelliget quicumque ſummas in Marmore expreſſas comparaverit. Stigma vero, vel punctum, quod alio in loco reperitur, fortaſſe ex ſolo quadratarii, vel typographi vitio irrepſit, ut optime Maffeius ipſe ſuſpicatus erat; quamvis etiam facile character unus, vel numeralis nota, puncto interpoſito, ab alia diſpeſci potuerit; ut in pluribus Monimentis aliis factum conſpicimus. Ingenue tamen fatendum, quod in plurimis eiuſmodi numerorum notis feliciter explicandis, riteque definiendis monetae valoribus plura nobis praeſidia deeſſe videntur, quae aut a Scriptoribus, aut certe ex perſpicuis, prolixioribuſque Monimentis aliis expectanda forent. Sic, ut innumeris exemplis aliis abſtineam, in hoc ipſo pulcherrimo Athenienſium Marmore, quod illuſtrandum ſuſcepi, characterem ⊢ ſingulis drachmis exprimendis uſurpatum eſſe demonſtravi; quamvis ipſius valorem Tayloro incompertum, vel diſſimulatum eſſe iam videam, qui pecuniae exactae ſummam Tal. VIII. & drachmarum 4640. & aliquot obolorum fuiſſe dicit; perinde quaſi character ⊢ non drachmas ipſas, ſed obolos ſolum, exprimeret. Nec aliud certe, quam drachmas ipſas, in Oxonienſi, atque ut ipſe quidem conieci, olim Smyrnenſi Marmore character iſte ſignificat, ubi in extrema, magiſque evanida ipſius parte ſubinde occurrit. Itaque Smyrnenſe, vel Oxonienſe Marmor hac etiam in parte cum Athenienſi noſtro, vel Sandvicenſi mire conſentit; ut ipſorum proinde utrumque veterem ſolemnemque morem nobis exhibeat, quo Athenienſes, ac Gentes aliae, publicae, privataeque pecuniae rationes ſubducere, atque perennibus Monimentis inſcribere conſueverant; quamvis Cl. Taylorus nullum prorſus eius moris exemplum aliud extare dixerit; adeoque Sandvicenſe Marmor ea de cauſſa eximium, atque in eo genere unicum habendum eſſe putaverit.

(1) Ariſtid. Serm. Sacr. III; (2) Strabo Lib. IV. pag. 956. (3) Ariſtid. ibid. (4) De Sigl. p. 99.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google